




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513


[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)




Sv
2

Th. 5979

f. IV
30,





Policratici Contenta,

Festiuū opus: & omni statui delectabile lectu: qđ intitulat **Policraticū** De nugis curialiū et vestigijs philosophoꝝ **Joānis** **Salisburyensis** doctissimi sane & eloquetissimi viri: **exemplar** unde excusum est emendatissimū et annotationibꝰ marginalibꝰ adiutū: prestāte et emissionē **pecurāte grauisimo** doctissimoqꝰ patre **Confessore regio**. Quod quidē opus libris octo digestum est.

I. **Primus** De fortuna /et Magia /et magie partibus.

II. **Secundus** De naturalibus et mathematicis.

III. **Tertius** De virtutibus et vitiis.

IIII. **Quartus** De differentia regis et tyranni.

V. **Quintus** De republica.

VI. **Sextus** De militia et peritia militari.

VII. **Septimus** De academicis /philosophis /& religionibus.

VIII. **Octauus** De finibus quos variū variū sibi prestuunt.

Insup indices duo /liue due tabule pncecessarie. Vna capitū /et altera materiarū: et itegriꝰ opus tū carmine /tū p̄sa q̄ vnq̄ alias emissū sit.

Sord. in. gen.



Paderborn.

Venale in vico sancti Jacobi in Sole aureo:
et in Lilio aureo apud beniuolos mercatores
magm Bertholdū Rebolt: & Joānē parū.



Dic liber intitulatur de nugis curialiū & vesti-
giis philosophorum / cuius Ioannes Salesbe-
riēsis Carnotēsis ep̄s fuit author. De quo qui
de authore in cronicis fratris. B. guidonis de
Anno dñi. M. C. LXXX. vel circa / tēpore
se. re. dñi alexandri pape. iiii. ita scriptū reperi-
tur. ¶ Ioannes carnoteñ. ep̄us tam sapiētia
q̄ animi strēnuitate famosus / ab hac vita recedit. Hic socius fuit
sancti Thome martyris Cantuariensis archiepiscopi: cuius vi-
tam & passionem descripsit. Scripsit etiam librum quem intitu-
lauit de nugis curialium & philosophorum vestigiis / in quo de
diuinis ethnicisq; scripturis affatim testimonia cōgerens: satis
innotuit q̄ fiterit ipse sapientia affluens / q̄ venustus eloquio: q̄q;
doctrina preclarus. ¶ Vnde scribit quidam / de dicto Ioanne
hoc modo. Ioannes de Salesberis vir alti consilii & prudentie
approbate scripsit ad dominum Thomam virum sui temporis
prudētissimum / Henrici secundi regis anglorum cancellariū
hunc librum / in octo partiales libros distinctum: cui Policraticus
nomen est / de nugis curialium & philosophorum vestigiis
eloquio sapienti & venusto. In quo (vt ait Magister Petr⁹ ble-
señ.) optima forma eruditionis est: & propter artificialem sen-
tentiarum varietatem inestimabilis materia voluptatis. Edi-
dit etiam insigni & eleganti metro architrenium quod prin-
cipem trenarum interpretari possumus. Conscripsit etiam vitā
& passionem triumphalem iam nominati sancti Thome post
cancellariatū cātuariensis archiepiscopi: qui in diebus suis so-
lus se pro iustitia dei & ecclesie libertate murū opposuit / cū quo
dictus Ioānes & bonorum tēporaliū suorum rapinā & exilium
longū vt fidelis cū patre filius passus est. Hinc petrus blesē in
epistola ad eū consolatoria manū & oculū sanctissimi archip̄su-
lis eū appellat. Cū autē cōplacuit dño saluatori / labores vnici p̄
pugnatoris sui morte cōpēsare victoriosa: dū pius Thomas ab
impio milite cedere in sacro capite / Ioannis huius brachium
fere simul precisum est. De cuius consolidatione cū medicus fe-
re post annū desperaret / nocte quadā astitit dicto filio suo mar-
tyr venerabilis / & apprehendens brachiū madida panniculi ce-
da linei inuoluit dicens / vade sanus es. ¶ Post aliquot tempo-
ra dictus Ioannes deo vocante in nobili vrbe Carnotensiū pon-
tifex factus est: vbi dans voci sue vocē virtut / & actione linguā
preueniens post vberes manipulos christi illatos horreo / obiit

In Polícraticū.

Anno christiane salutis Millesimo centesimo & octogesimo.

CPetrus Blesē in epistola quadā ad eum iam carnotensem episcopum opus suum de sanctissimi martyris passione triumphali ita commendat. De mandato domini mei scribere triumphum sanctissimi Thome martyris nostri attemptassem nisi aliud scriptum fortuitus obtulisset euentus / quod elegātiā / stili & ingenium Magistri Ioannis Salesberiensis exprimebat & linguam. Admirans ergo gratiam que diffusa est in labiis tuis substiti ne laudes quas lingua erudita dictauerat indoctis humane sapientie verbis & stilo degeneri deturparem: & iniuri⁹ fierem martyri qui per insufficientiam rudis ingenii tante magnificentie preconia decertassem.

Iohannes Carnotensis episcopus (si Ioāni trittēhem abbati Spanhemensi creditur) patria Salesberiensis: beati Thome Cantuariensis archiepiscopi quondā clericus atq; discipulus: vir in diuinis scripturis eruditus: & in secularibus litteris nobiliter doctus: ingenio subtilis: eloquio disertus: & pulchra venustate compositus: carmine excellens & prosa: nec minus religione q̄ scientia venerabilis. Scripsit multa preclara volumina: quibus nomen suum posteris notificauit: sed pauca eorum ad manus nostras peruenerunt. Legi opus insigne de nugis curialium & philosophorū: quod prenotare voluit.

Polycraticon:	li. viii.	Iocūdissimus tū in mul.
Pœnitentiale:	li. i.	Cū miserationes dñi.
Vitā scī Thōe archiepi:	li. i.	
Epistolarū ad diuersos:	li. i.	

Claruit sub Federico imperatore primo. Anno dñi. M. CXL

CEutheticus Iohannis epi Carnoteñ. In poliraticon.

SI mihi credideris / linguā cohibebis / & aule:
Lumina non intret pes tuus: esto domi.
Aspectus hominum cautus vitare memeto:
Et tibi commissas / claude libelle notas.

Omnia sint suspecta tibi / quia publicus hostis
Et maiestatis diceris esse reus.

Ignis edax / gladiusque ferox / tibi forte parant:
Aut te polluta subruet hostis aqua.

Cum tamen exieris / faciem velabit amictus /
Deformentque cutem / puluis & aura tuam.

Dextra ferat virgam / premat & sua mantica dorsum:
Trita tegant frontem pillea pero pedem.

Sit gradus & cultus / habitus peregrinus eunti:
Non nisi barbariem / barbara lingua sonet.

De picta uorum dices te gente creatum:
Nam licet his lingua liberiore loqui.

Hospitiisque fidem queres super omnia quo sis
Tutus ab infidiis / quas tibi quisque parat.

Stultos / prudentes / nimium prauosque cauebis:
Et quos insignes garrula lingua facit.

Si quis amat verum / tibi sit gratissimus hospes:
Et quem delectat gloria vana / caue.

Iure patronatus illum cole / qui velit esse
Et sciat & possit tutor ubique tuus.

Ergo queratur lux cleri / gloria gentis
Anglorum / regis dextera: forma boni.

Questus regni / tibi cancellarius angli
Primus: sollicita mente petendus erit.

Hic est qui regni leges cancellat iniquas:
Et mandata pii principis / equa facit.

Si quid obest populo / vel moribus est inimicum:
Quicquid id est / per eum definit esse nocens.

Publica priuatis / qui prefert comoda semper:
Quodque dat in plures / ducit in ere suo.

Quod dat habet / quod habet dignis donat / vice versa
Spargit sed sparset / multiplicantur opes.

Vtque virum / virtus animi / sic grata forme:
Vndique mirandum gentibus esse facit.

In Poliraticon.

Tardus ad hunc sanus si certet acumine martis
Indoctusq; plato/varroq; stultus erit.
Curio si certet verbis/vincetur ab ipso.
Victus si certet quintilianus erit.
Huius nosse domum non est res ardua cuius
Non duce quesito semita trita patet.
Nota domus cunctis vitio non cognita soli
Lucet/ab hac lucem diues egenus habent.
Illa patet miseris patet domus illa beatis
Hic patre letatur advena quisq; suo.
Cum referata semel fuerit tibi ianua currens
Ad thalamum domini progrediere tui.
Expecta dum turba fluat que feruet in aula.
Fessaq; sint domini membra fouenda thoro
Accedas/vultum mutabis/mantica nugas
Excutiat/peregre tunc peregrinus erit.
Non tamen ostendas oculos q; principis vrat
A quo tota tibi vita salusq; datur.
Si facies illi tua displicet:vnde placebis?
Eius in arbitrio iusq; fauorq; manent
Quod prohibet fieri scelus est/quod precipit equum.
Iuraq; pro placito stantq; caduntq; suo.
Huic que sola placet sola virtute placebis:
Que tibi si desit cetera cuncta nocent.
Iura colit/pacem statuit/fundatq; quietem.
Et tumidos hostes mente manuq; domat.
Sed seu iura nocent seu fulminat ensis in hostes
Non nisi sancta gerit/non nisi sancta probat.
Confer ei quosamq; duces quosamq; potentes:
Plebs erit hoc viso maxima turba ducum.
Si reges videas quid ad hunc nisi rustica turba
Et bene si dici rustica turba queunt.
Particulãq; tui premonstrans experiere
Que maneat tecum gratia vel quis honor.
Si placet hoc totus poteris fortasse patere.
Sed si displiceat cetera claude toga.
Verba salutantis sint prima/subinde factus
Te dabis obsequiis/hospitiãq; petes.
Non grauis hospes eris potuq; ciboq; verendus:
Sufficiat vestis non preciosa tibi.

Plato Varro
Curio.
Quintilianus.

Carmina Io. epi carnotensis

Non oneraris equis faleras nec poscis equorum/
Nec te seruatorum copia magna premat.
Sufficiat vel sola domus visusq; patroni
Eius & alloquio consilioq; frui:
Curia quid possit quid speret plebs nisi regni
Vires/vna domus sola docere potest.
Si deuelatam faciem monstrauerit aut non/
Prestringat visum casibus ille tuum.
Quid sapiens stulto differt/quid paupere diues.
Quid misero felix/si sapias ecce vides.
Si fuerit letus oculos auresq; libenter
Exponet nugis forsitan ille tuis.
Sic igitur nugas sparges ne tedia gignant
Que rebus letis sunt inimica nimis.
Si iubet vt nugas agites nugare decenter.
Nam sibi per nugas seria credet agi.
Vtilibus nugas sic aptes seria ludis/
Vt tibi sit grauium nulla timenda manus.
Si iubet vt taceas statua taciturnior esto.
Nec redimas signis verba negata tibi.
Cum satiatus erit vel cum maiora vocabunt
Ora/conductus detur vt inde tibi.
Incitus atq; redi ne querens carpere nugas
Ausus es/infligant tela necemq; parent.
Vnum discedens secretum profer in aure.
Quidquid agant alii tu memor esto tui.
Queq; caro fenum flos feni gloria carnis.
Hec nihil est/nihilo quid minus esse potest?
Munera fortune viscata puta vitiorum.
Semia sunt/scelerum pabula/mortis iter.
Sunt laquei/sunt insidie/sunt toxica mortis:
Quam non effrigient quos dea ceca colit.
Quod fortuna dedit & quod dabit est alienum.
Auferet hoc totum cum volet illa tibi.
Retia pennatis nequeunt preuisa nocere.
Tu quecuq; vides retia mentis habe.
Retia sunt quecuq; vides hoïemq; ligatum.
Ad miseram mortem per mala queq; trahunt.
Forsitan vnde tibi datur hec audacia queret.
Dices/nil metuens omnia tutus agit.

Munera for-
tune.

In Polícraticum.

Omnia tutus agit quem nec spes nec timor angit.
Cui mala nulla placēt omnia tutus agit.
Hispana rediens aut vasconis vtere lingua.
Sed tamen in verbo plus grauitatis habe.
Indue sic linguam sic vestes indue gentes/
Salua sit vt morum regula salua fides.
Pendeat ex humeris crux enea sit coma tetra/
Hispidā cesaries barba rescisa parum.
Sitq; grauis vultus / sint frons oculiq; pudici:
Infantesq; manus pauper amictus erit.
Dum tibi conductus fuerit securior ibis.
Et via sit pedibus quelibet apta tuis.
At si defuerit longas pretende dietas.
Contineatq; pedes publica strata tuos.
Nusq; diuertas ne quis te ledat euntem.
Nugarūq; luat garrula lingua notas.
Omnia si nescis loca sunt plenissima nugis.
Quarum tota cohors est inimica tibi.
Ecclesia nuge regnant & principis aula.
In claustro regnant pontificisq; domo.
In nugis clerus in nugis militis vsus.
In nugis iuuenes: totaq; turba senum.
Rusticus in nugis / in nugis sexusq; vterq;
Seruus / & ingenuus / diues / egenus in his.
Accelera gressus: tanto diplomate pergens.
Ad mare quo morum littora nostra petunt.
Hospitium tandem sera cum nocte subibis
Vt valeas: esto sobrius / esto grauis.
Gens penetranda tibi per larga bibaxq; loquaxq;
Et cui in morem gesseris hostis eris.
Emergunt lites modice quas magne sequuntur.
Iurgia vulneribus fota necēq; ferunt.
Sed quia virtutem gens diligit & veneratur.
Si bene credaris viuere tutus eris.
Non modo tutus eris sed summo dignus honore.
Queq; libet fieri cuncta licenter age.
Cantia te felix genuit te cantia fouit
Illustris regum pontificumq; parens.
Hic tibi debetur sedes finisq; laborum:
Illa tibi requiem preparat illa domum.

Hispana.
Vasconis lin-
gua.



Cantia.

Carmina Io. epi carnotensis

Anglorum.
Britonum.

Anglorum sedem primam pete siue britonum.
Si britonum maior dicere nemo vetat.
Indignum litem si tempus agit breue longam
Digna quidem non sunt tempora longa breui.
Cum de re constet non sit de nomine pugna.

Lana capra.
Britannis.
Angelus.

Non foueat litem lana caprina diu
Quicquid vis dicas/dum sit caput illa britannis
Quam tibi presignat angelus arce micans.
Angelus iste quis est: aut que domus ista requires:
Namq3 nouos rerum forma mouere solet.

Xps.

Hec est illa domus que xpm prima recepit:
A qua suscepit insula tota fidem:
Insula tota fidem cepit fideiq3 parentem
Predicat/extollit/audit/honorat/amat.

Magni consilij
datore angelus?

Consilij magni si nosti forte datorem
Non erit ignotus angelus iste tibi.

Angeli descri
ptio.

Angelus e specula /totum circūspicit orbem.
Et corpus pennis subuehit atq3 tegit.
Sic videt e specula sic protegit omnia pennis/
Vt ius non habeat hostis in orbe suo.

Hic tempestates prenucciat atq3 serenum
Ventorum rabiem tempat atq3 maris.

Ne quid obesse queat non dormit/nocte dieq3
Stat/quia subiectos vndiq3 stare facit.

Accedens propius xpi properabis ad aulam
Vt veniam culpis promereare tuis.

Illic finiti soluentur vota laboris.
Hic lachrymas gemitus/hic pia cura dabit.

Excipiet fratrum te ducem tota chorea
Et laudes pro te sospita leta canet.

Quicquid habes quod eis placeat largire libenter
Cui libet vt fuerit vtile cuiq3 dabis.

Brito.

Si potes odoni studeas donare salutem.
Accipiatq3 brito te veniente crucem.

Hic narrare tui tandem discrimina fati
Exacteq3 vie prospera cuncta licet.

Ouis. vulpes.
Agnus.
Leo. Asellus

Quid si ouis sub vulpe latens vulpes ve sub agno:
Pelle leonina dic quid asellus agat.

Turtur. Pas
ser. Canis.

Quid leo dum seruit quid agit dum regnat asellus.
Turturis in specie passeris acta canes

In Poliraticū.

Quid faciant pardi timidi leporesq; feroces:
Et spes conuersi que sit habenda lupi.
Quid repēs testudo paret scarabeus o nustus:
Curq; leui ventus grandis ab imbre cadit.
Sed quia nemo potest cunctis virtute placere:
Sufficiat paucis te placuisse bonis.
Spernantur si forte tue sub iudice nuge.
Non sit iniqua manus / aut tua lingua procax.
Libera donentur cunctis suffragia / teq;
Iste bonum dicat: dicat & ille malum.
Si locus est liber: cur non sit libera lingua?
Nemo satis firmus quem leuis aura mouet.
Quid facient enses si te leuis aura cruentet:
Verba quidem non sunt verbera: verba times.
Linguarum strepitus solidam non transeat aurem:
Auris inepta nimis quam sonus vrit iners.
Exercent alii linguas: tibi pareat auris:
Lingua quidem prodest non tamen aure magis:
Illis in lingua mens est tibi cor sit in aure.
Os patulum sit eis / auris aperta tibi:
Obice virtutis confringitur impetus oris:
Et lingue stimulo mens male sana perit.
Nemo nisi vanus falso letatur honore:
Conscia mens culpe quam maledicta mouent.
Frons adamante tibi sit durior / igne perusta:
Sit cutis / a verbis ne notet ora rubor.
Plena pudore tamen qualem decet illius esse:
Qui timeat vitii sordidus esse nota.
Alterius lingue dic quis moderatur habenas?
Vix est qui proprie possit habere modum.
Lubrica sepe cadit quoniam versatur in hudo:
Sepe cadens labem contrahit atq; notam.
Inter multiloquos & grandia verba ferentes:
Esto tardiloquus / estoq; pauca loquens.
Dum linguas acuunt alii / tibi calleat auris:
Et sit dulichio remige surda magis.
Nec tantum valeat temeraria lingua loquentis:
Pectoris vt possit rumpere claustra tui.
Si patiens fueris nunq; tibi verba nocebunt.
Turbatorq; tue nemo quietis erit

Pardi. Lepo
res. Lupi.
Testudo.

Proverbia.

Adamante.

Carmina Io. epi carnotēsis

Excitiet pacem quam dat patientia nullus:
Sic licet exermis conterit arma tamen.
Utantur linguis tu viribus vttere mentis:
Si fapis /a linguis gloria magna venit.
Nam que fit doctrina viri patiētia monstrat:
Imbelliq; manu bella nefanda premit.
Quis feret armatam que sola triumphat inermis:
Armatāq; manum vincere sola potest.
Vix patiens forti melior / minor esse triumphus
Verbis q̄ mentis dicitur / estq; minor.
Sperne malos / venerare bonos: ignosce volenti
Ledere: nulla bonis vltio grata magis.
Nulla virum fortem vindicta magis decet ista:
Principibus semper debet adesse viris.
In quorum manibus lex si viget ignea punit:
Dum miseret fidos / dum cupit esse facit.
Prouocat ad facinus / dum seuit iniqua potestas:
Et sibi subiectos non finit esse pios.
Nemo sciens illum ledit quem credit amicum:
Regula fida nimis quisquis amandus amet.
Hec hominum disiuncta solet coniungere corda:
Ista potest hominem conciliare deo.
Hac duce carpe viam gradienti nemo nocebit:
Et poteris cunctas tutus inire manus.
Illa tamen metuenda manus que tractat iniquas
Sordes: quam maculant era colore suo.
Non quia polluitur & polluit / est fugiēda:
Sed quoniam nummus toxica seua gerit.
Toxica perpetuam paritura famēq; sitimq;
Et miseram vitam mortis & omne genus.
Nulla libris erit apta manus ferrugine tincta:
Nec nummata queunt corda vacare libris.
Non est eiusdem nummos librosq; probare:
Persequiturq; libros grex epicure tuus.
Ignis auaritie cum fenum carnis adurit
Surgit: & eternum construit vsq; focum.
Omnia cum possit manus omnipotentis: auare
Mentis egestatem non satiare potest.
Non satiare potest manus omnipotentis auarum:
Dic michi quis poterit quod nequit illa manus?

In Polícraticum.

Nonne satis miser est quem nec deus ipse beare
Sufficit? vltorius quis miser esse potest?
Nūmipete cum libricolis nequeunt simul esse: Nūmipete.
Ambos crede mihi/non capit vna domus.
Ergo caue miseros:nec ab his nisi tristia speres:
Nam miseri cultor /quis nisi stultus erit?
Est antiqua nimis:nimis est sententia vera:
Quam docuere patres ennius atq; cato. Ennius.
Cato.
Tam quod habet q̄ quo caret:omne desit auaro.
Occupet:incumbat:res aliena tamen.
Semper habundabit:qui rebus nouerit vti:
Et mens vtendi nescia:semper eget.
Pauca potest diues & plurima pauper habere:
Nescit egestatem diues:egenus opes.
Nullus amicus ei qui multa cupit:nec amicus
Est sibi cui nimium res aliena placet.
Si cupidus fuerit hostis caueatur vt hostis:
Si sit amicus eo cautior esse stude.
Iurat crede minus:non iurat credere noli:
Iuret non iuret hostis ab hoste caue.
Et fugias quos liuor edax felicibus hostes: Cōtra iuidos
Sic facit vt virtus flectere nulla queat.
Muneribus fortasse tuis placabis aranum:
Ledere quo cesset inuidus esto miser.
Altius misera gaudet mēs inuida sorte:
Cunctaq; vicini commoda damna putat.
Et nisi festinus fugeres te plura monerē:
Vix pateris dici pauca:vel ista tene.

¶ Laus deo.

¶ Subscripta metra pulchre & plenissime conti-
nent materiam illam que habetur infra libro .vi.
cap. xxiiii. de membris corpis: quō aduersus sto-
machū quasi voracitate oīm labores exhauriret
conspirauerant.



Concilium celebrant humani corporis artus:
Inter se de se plurima verba ferunt.
Incidit in ventrem sermo: de ventre queruntur.
Q̄ grauis est dominus / & nimis vrget eos

Carmina in. xxiiij. ca. vj. lib. Polícraticí.

Tandem rethorico pingens sua verba colores:
Aggreditur fratres lingua/superba suos.
Quis furor o ciues/que tanta licentia fratris
Audeat in nobis ponere turpe iugum?
Turpe iugum certe/quādo seruus dominatur:
Et dominus seruit.hic iubet:ille facit.
Certe nos serui turpes digna cruce digni:
Ludibrium miseri degeneresq; sumus.
Nam ventrem dñm nobis elegimus ipsi:
Omnia colligimus que sibi grata putat.
Nulla quies nobis.mouet hunc.mouet hunc:vocat illum.
Surge piger/somnos excite/tolle moras.
Quere cibos epulasq; para.vinumq; propina
Mésam pone.dies preterit:hora fugit.
Ecce duo veniunt hostes/mortemq; minantur:
Imminet inde fames/imminet inde sitis.
Ergo deficiam nisi subuenias mihi velox:
Preueniasq; famem preueniasq; cibos.
Sic me sic alios pulsat lasciuia ventris:
Et me plus aliis turgidus iste premit.
Me quasi preconem causarum iurgia sepe
Exercere iubet/paruaq; dona sequi.
Et modo patronus modo iudex & modo testis
Clamo.iura patrum concio.falsa loquor:
Sub specie veri curans inducere falsum:
Fallo/periuuro.pretereosq; fidem.
Fasq; nephasq; simul equali pondere libro:
Per licitum pariter illicitumq; vagor.
Si lateri vel pontificis vel principis asto:
Tunc vnguenta paro blanda re placere volens
Vngo blanditiis vt delicias sibi venter:
Accumulet:ac me distrahit ille nocens.
Nonne manus nostre ventri seruire laborant:
Nonne minas eius imperiumq; timent?
Furantur.rapiunt.operantur.& omnia venter
Suscipit.et sorbet omnia silla vorax
Huic oculus seruit studiosus currit vbiq;
Nuntiat hec domino que meliora videt
Heu pedibus quātos indixit sepe labores:
Quos minus affligit quos sine lege premit.

In Polícratícon.

Inde dolor nostri consumit corporis ossa.
Membra quatit: vires haurit/acatq; cutē.
Est ad seruitium nobis studiosa voluntas
Gratia nulla tamen/conqueror inde magis.
Nam bene cum seruo respondet gratia: multum
Temperat: immo facit dulce laboris onus.
Huic vero cum multa damus: cum multa paramus
Non cessat querulus dicere/pauca datis.
Si dederis hodie: nisi cras dederis: nisi rursus
Et rursus dederis: perdere prima potes.
Et si forte suis dicit satis est: satis illud
Post modicum tempus incipit esse parum.
Dicite quis tantam possit fatiare carybdim?
Dicite q̄ta cupit: quis dare tanta potest?
Hic etiam nostros auget cumulatq; dolores:
Et gula nos nimium pessima sepe premit.
Illi gustus abest: hic portam seruit & iste
Vilis leno/procax gartio/scurra vagus.
Hi duo per mundi currunt elementa: quid aer
Et pariat tellus/quid freta: scire volunt.
Non volucris penna: non eradit fera cursu.
Non piscis ceco gurgite tutus erit
Nouerunt varios hi dispensare sapes
Vt magis alliciant illiciantq; cibus
Gustus discernit quod transmittit gula: venter
Abscondit/pbat hic/hic rapit: ille capit.
O venter q̄to deturpas crimine mundum
Immundūq; facis turpia queq; mouens
Propter te fiunt homicidia/furta/rapine/
Infidie/strages/iurgia/bella/doli.
Currit ad ecclesiā monachus/miles gerit arma
Quisquis sectatur lucra/colonus arat.
Ex te virtutū casus animiq; ruina.
Membrorum pestes luxurieq; lures.
Tu nabuzardan princeps dominusq; cocorum
Nāq; tibi sero mane coquina strepit.
Tu follis tumidus: vas plenu fardib?/ imo
Plenus fece/locus/non locus immo lacus.
Vos ergo fratres mecum discernite qualis
Hic dominus: mecum cernite quale iugum.

Carmina in. xxiiij. capitulū



Turpe iugum credo quando seruus dominatur.
Et dominus seruit: hic iubet ille facit.
Turpe iugum vere quando ratione sepulta
In nobis venter imperat/illa filet.
Viuere debemus non ventri sed rationi.
Vir bonus hanc nec hunc captat habere ducem.
Paulus ait venter esce datur escaq; ventri.
Sunt duo iuncta sibi perdet vtrūq; deus.
Nos ergo pudeat tali seruire patrono.
Gloria nostra per hunc nobilitasq; perit.
Surgite state precor: animo pugnate virili.
Magna parat nobis premia pugna breuis.
Eternum pereat qui ventri seruiat vltra.
Sit procul a nobis qui sua regna feret.
Sit sine fine labor: sit naufragium sine portu.
Continuus sit ei perpetuusq; labor.
His verbis animat socios facundia lingue.
Et monet & munit & docet esse viros.
Ergo simul iunctos confederat vna voluntas.
Astringitq; sibi quos ligat vnus amor.
Indicunt bellum ventri iurantq; q; eius
Vincula dissoluēt: discutiētq; iugum.
Sic statuunt & sic confirmant federe facto.
Ventrem destituunt nec famulantur ei.
Iam pes/lingua/manus/& cetera membra quiescunt.
Pes negat ire/loqui lingua/iuuare manus.
Prima dies illi tranquillo tramite currit.
Sic quisquam posset ille nec ille ferunt.
Altera ieiunium nescit compescere ventrem.
Latrantemq; gulam pacificare nequit.
Tertia consumptos macie vix sustinet artus:
Nāq; maligna nimis vrget vbiq; fames.
Pes torquet: manus egrotat/languet caput/ora
Pallunt/suspirant pectora: lingua tacet.
Omnia turbantur in corpore/nullus in illo
Est vigor/eger ibi luctus/vbiq; dolor.
Rursus post longos gemitus: conamine multo
Vix hos balbutit languida lingua sonos.
Quid facimus nil proficimus magis & magis omnes.
Deficimus/premimur/affligimurq; fame.

Sexti Libri Policratici.

A ventris rabie venit hec iniuria nobis.
Hoc eius nobis parturit ira malum.
Sentio grande malum: sed causa mali mihi clausa:
Quod nocet ecce patet: cur nocet iste/latet.
Nunc igitur fratres vobis presentibus ipsum
Conueniam: queram que sit origo mali.
Tunc se conuertens ad ventrem lingua: quid (inquit)
Tam male nos ledis/hic furor vnde tibi?
Respice/nonne tuos conciuēs perdere curas?
Quando vides casum: non releuare paras?
Hostis es & ciuis/hec recta fronte repugnant.
Iuncta sibi melius ciuis amicus erunt.
Et vacuum & plenum te semper habebimus hostem.
Semper erit nobis tristis vterq; status.
Quando tumes plenus: nimia te mole grauari
Clamas/& tecum nos facis esse graues.
Quando iaces vacuus/quia te ieiunia ledunt
Latras:& querulus nos facis esse graues.
Ergo precor miserere tui miserere tuorum.
Ne tecum pereant: teq; tuosq; iuuā.
Exponas cur non quereris/vel quid tibi queris.
Et ne queso noce: sed facienda doce.
His verbis claudit sermonem lingua: vicemq;
Venter ei reddens incipit ista loqui:
Audiui lingue strepitus:& eos sapienter
Sustinui/fratres ledimur inde parum.
Lingua quidem membrum modicum sed molle/citoq;
Labitur:& loquitur sepius absq; modo.
Nam de scintilla magnum fouet & mouet ignem.
In fornace sua fabricat inde dolos.
Inde nimis nostros agitat discordia ciues.
Nam pacem turbat/& mihi tela iacit.
Me dominum fratres vobis ostendit & hostem.
Sed scio q; vobis seruiō vosq; colo.
Cum nos de massa rerum natura vocauit.
Et nobis formam materiāq; dedit.
Iunxit in humano nos corpore/iunxit amico
Federe/nos semper iungeret vnus amor.
Omnia precepit fieri communia nobis.
Omnibus vt proprium nullus habere velit.

Carmina in. xxiiij. ca. vj. lib. polícratícon.

Omnibus officia distinxit/meq; ministrum
Constituit vobis/et dedit esse cocum.
Inde paro vobis escas:alimenta ministro.
Vitam cum seruo/pauca reseruo mihi.
Vos date.suscipio/susceptum decoquo.coctum
Distribuo vobis.fercula queq; gero.
Pauper sum seruus nil possum ponere vobis
Si nihil cōfertis/non mea bursa vacat.
Nec nimium curo nec ego nimium modo quero.
In medio positus opto tenere modum.
A nimio veniunt fastidia/crimina/morbus/
Crapula/luxurie/fax/laterisq; dolor.
A nimio veniunt infeste mortis imago
Frons tristis/facies pallida/laxa cutis
A medio veniunt mens semper sobria/corpus
Robustum/felix vita/iocosa quies
Ergo si caureat diues ne deuret vltra
Q̄ satis & pauper curat habere panem.
Et vos si sapitis seruare modum modo dando/
Dispensator ero pro ratione dati.
Sepe mihi dabitis/quia vultis sepe cibari.
Nāq; per hec vobis vita salusq; datur.
Surgite ne mortis inducat inertia somnum.
Somno desidie iudico sepe mori
Turpiter occumbit quem torpor vulnerat/ ergo
Surgite/mors properat/sentio vita fugit.
Ventris ad has voces membrorum turba resumit
Vires/& rediens induit arma vigor.
Surgunt/officiis insistant/debita soluunt.
Inuigilat operi singula membra suo.
Quos socios vite fecit natura:laboris
Aut oneris socios mutua cura facit.
Sic litem sepelit leto concordia fine:
Hic quoq; vult finem carmen habere suum.

Finis Laus deo.

Polycratici de curialium nugis & vestigiis
philosophorum Prologus incipit.



Locundissimus tum in multis/tum in eo ma-
xime est litterarū fructus: qđ omniū intersti-
tiorū loci & temporis exclusa molestia/ami-
corum sibi inuicem presentiam exhibent/ &
res scitu dignas:cito aboleri non patiūtur:nā
& artes perierant euanuerāt iura: fidei & to-
tius religionis officia queq; corruerant:ipseq;
recti defecerat vsus eloquii/ nisi in remediū infirmitatis huma-
nelitterarū vsū mortalibus diuina miseratio pcurasset. ¶ Exē-
pla maiorū que sūt incitāmēta & fomēta virtutis:nulli oīno exi-
gerent aut seruaret:nisi pia sollicitudo scriptorū & triūphatrix
inertie diligentia/eadem ad posteros transmisset. Siquidē vi-
ta breuis:sensus ebes/negligentie torpor/iūtilis occupatio/nos
pauca scire pmittūt:& eadē iugit̄ excutit & auellit ab animo
fraudatrix sciētie iūmica/& inuida semp memorie nouerca obli-
uio. Quis enī alexandros sciret aut cesares? Quis stoicos aut
paripatheticos miraret/ nisi eos insignirēt monimēta scripto-
rum? Quis apostolorū & pphetarū amplexanda imitaretur ve-
stigia:nisi eos posteritati/diuiue littere cōsecrasset?arcus trium-
phales tūc pficiūt illustribus viris ad gloriā:cū ex quibus causis
& quorū sint imp̄ssa docet inscriptio:liberatorē patrie/fundato-
rem quietis tunc demum īspector agnoscit/cū titul⁹ triūphato-
rem que nostra britānia genuit indicat pstantinū. Nullus enim
vnq̄ cōstās gl̄ia claruit:nisi ex suo vel scripto alieno. Eadem est
asini & cuiusuis impatoris post modicū temp⁹ gloria:nisi qua-
ten⁹ meōria alterutri⁹ scriptorū bñficio progef. Quot & q̄tos
arbitraris fuisse reges/ de quibus nusq̄ sermo est aut cogitatio?
Nihil ergo cōsiliōsi⁹ est captatorib⁹ glorie q̄ litteratorū & scribē-
tiū maxie grām pmereri. Inutilit̄ enī ab eis geruntur egregia
ppetuis tenebris obducēda:nisi l̄rarū luce clarescāt. Quicqđ fa-
uoris aut p̄coniorū aliūde p̄hiſ p̄ide est ac si echon que audis in
fabulis plausus recipiat theatrales. Desinit enī cū cepit. ¶ Ad
hec in dolore solatiū:recreatio in labore:in paupertate iocūditas:
modestia in diuitiis & delitiis fidelissime a litteris mutuatur.
Nā a vitiis redimif anim⁹:& suauis & mira quadā/etiā i aduer-
sis iocūditate reficif/cū ad legendū vel ad scribēdū vtilia mētis
intēdit acūmē. Nullā in reb⁹ hūanis iocūdiore aut vtiliore occu-

¶ Fax & studiū
cōmendatio.

Cesares.
Alexandros.
Paripaterici
Aplorū & pro-
phetarū vesti-
gia.

Prologus.

patioñe inuenies / nisi forte diuinit⁹ compuncta deuotio orãdo
diuinis insinat colloquiis: aut corde per charitatē dilatato / deū
mente concipiat: & magnalia eius apud se quasi quadā medita
tionis manu pertractet. Experto crede: quia omnia mundi dul
cia his collata exercitiis amarescunt / eo quidē magis quo cuiq;
sensus integrior / & ratio icorrupta iudicii purioris viget acumi
ne. Noli ergo mirari / quare aliquē gradū scale que nūc sola nos
uit ascēsu / put quandoq; monuisti non ascendo: quare maiorib⁹
me non ingero curiis: cū tibi & socratis rñsurus sim verbo: q̄ in
terrogatus ab amicis quare non in forētib⁹ negociis versares /
respōdit. Que locus hic callet / ego nescio: que ego calleo / locus
hic nescit. Ego enim contēno que illi aulici ambiunt / & que ego
ambio / illi contēnūt. Mirare magis quare nō precipido aut rum
po funē / si alas solui non potest: qui me in curialib⁹ nugis tam
diu tenuit & tenet adhuc tātē obnoxiiū seruituti. Iam fere annis
duodeci nugatū esse tedet: & penitet me lōgē aliter institutum
& quasi sacratoris philosophie lactatū vberib⁹ ablactatūq; de
cuerat ad philosophantiū transisse cetū q̄ ad collegia nugatorū.
Et te quidē sentio in eadē conditione versari: nisi quia rector &
prudētior si facis quod expedit: stas semper immotus in solide
virtutis fundamento: nec agitaris arūdinea leuitate: nec delitia
rum sectaris mollia: sed ipsi que mundo imperat imperas vani
tati. Vnde cū tibi diuerse prouincie cōgestis meritarū laudum
preconiis quasi arcū erigant triumphalē: ego vir plebei⁹ striden
ti fistula inculti eloquiū librum hūc ad honorē tuū velut lapillū
in aceruo preconiorū tuorū conieci: sciens quia sicut non habet
vnde placeat ex venustate: sic ex deuotiōe scribētis non poterit
displicere. Nugas p̄ parte cōtinet curiales / & his magis insinat
quib⁹ vrgef magis: pro parte autē versaf in vestigiis philoso
phorū quid in singulis fugiendū sit / aut sequendū / relinquēs ar
bitrio sapiētis. Et q̄a ne ledāt aliquē / eā oportuit pueniri in quo
nihil nugatorū possit argui: te virorū nostre etatis elegantissimū
decreui cōuenire: & q̄ vidētur in mei lib⁹ arguenda descri
bere. Sic enim cum ineptias suas lector vel auditor agnoscat il
lud ethiciū reducet ad animū: quia mutato nomine de se fabula
narratur: precipue cum omnes nouerint / quantis tu serietatib⁹
ingiter occuperis. Sic dū alios docet seneca: suū monet lucillū.
Ad oceanū & pāmachium scribit hieronym⁹: & aliorū pleriq;
castigat excessus. Quisquis autē blādientis causaf ineptias: ne
gocium cū tempore metiatur. Et quod sapiētis est: ex causis di

Rephēssio vel
instructio vni⁹
oēs informat.

In Poliraticum.

cendi dicta diiudicet. Siquid aut cupia asperius sonat: non in fe-
quicq̄ dictum nouerit: sed in me ipsum & similes mei qui mecum
cupiunt emedari: aut in eos qui collapsi in fata: omnem rephen-
sionem equanimiter ferunt. Noui enim quia nullis grauis est per-
cussus achilles: & p̄sens etas corrigitur: dum preterita suis me-
ritis obiurgatur. Sic dum corrigitur oratius etiam seruis ut de
cembri libertate utantur indulget. Omne uaser vitium ridenti
flaccus amico: tagit & admissus circū precordia ludit. Que ve-
ro ad rem pertinentia a diuersis auctoribus se animo ingerebāt
dum conferrent aut iuuant: curauit inserere tacitis interdū no-
minibus auctorum. tum quia tibi utpote exercitato in litteris
pleraq̄ plenissime nota esse noueram: tum ad lectiōem assiduā
magis accenderetur ignarus. In quibus si quid a fide vera lon-
gius abest: mihi ueniam deberi confido: qui non omnia que hic
scribuntur vera esse promitto: sed siue vera siue falsa sint / legen-
tium vsibus inferuire. ¶ Neq̄ enim adeo excors sum: ut prove-
ro astruam: quia pennatis auibus quondam testudo locuta est /
aut q̄ rusticus urbanum murem mus paupere tecto acceperit /
& similia: sed quin hec figmenta nostre famulentur instructio-
ni non ambigo. Hec quoq̄ ip̄a quibus plerumq̄ utor / aliena sūt:
nisi quia quicquid ubiq̄ bene dictum est facio meum. Et illud
nunc meis ad compendium / nunc ad fidem & auctoritatē alie-
nis exprimo uerbis: & quia semel cepi reuelare mentis archa-
na: arrogantiam meam plenius denudabo. Omnes ergo qui
michi in uerbo & opere philosophantes occurrunt: meos clien-
tes esse arbitror: & quod maius est: michi uendico in seruitutē:
adeo quidem: ut in traditionibus suis seip̄os p̄ me linguis obii-
ciant detractorum. Nam & illos laudo auctores. Neq̄ enim alex-
xandrum uidi uel cesarem: nec socratem zenonem uel: platonē
aut aristotilem disputantes audiui. De his tamen & aliis eque
ignotis ad utilitatem legentium retuli plurima. Cedo tamen
ne uidear cōtentione gaudere: & me officiosis fateor usum esse
mendaciis: & si aliter emulus nō quiescit: quoniam ego meum
cornificium habeo / & laminium: me mendacii reum esse con-
sentio: qui scriptum noui / quia omnis homo mendax: adeo qui
dem: ut nec uastum pectus turgidus ueter: tumida facies & ru-
bicunda: lingua procax: & insulsa: & paratior mores corrodere
alienos q̄ suos corrigere / nostrum exceperit laminium. Quis
ipse sit nisi ab iniuriis temperet dicam: & plane cognoscet: quia
inueteratum esse: plenam non confert nec integram seruat au-

Testudo.
Mus.

Alexander.
Cesar. Socra-
tes. Zeno.
Plato.
Aristoteles.

ps. cxv.

Polícratíci Prologus.

Achademi-
cū secta cōmē-
da ad quā tu-
lius in senectu-
te transiuit.

Optima limi-
tatio.

toritatem. Procedat tamen & publicet : arguat meum ratioe
vel auctoritate mendacii: & ego / vel ad inimici vocē non refu-
giam emendari / immo & amicū ducā qui meū castigabit erro-
rem. Si tamē alicubi auctori aliter q̄ scripserim inueniaf / non
ideo cōstabit me esse mentitū: cū in strategematicis hystoricos
qui frequēter ab inimicem dissidēt sim secutus / & in philosophis
achademicis disputās p̄ ratiois modulo q̄ occurrerāt pbabilia se-
ctatus sim. Nec achademicorū erubesco professionē: qui in his
que sunt dubitabilia sapienti ab eorū vestigiis nō recedo. Licet
enim secta hec tenebras rebus oibus videat inducere: nulla vti-
tati examinande fidelior: & auctore cicerone q̄ ad eā in senectu-
te diuertit / nulla p̄fecti familiarior est. In his ergo que incidē-
ter de puidētia & fato & libertate arbitrii & sibi dīcta sūt / me
achademicum potius esse noueris q̄ eorū que dubia sunt teme-
rarium assertorē. Scripturā quoq; testimoniis ad cōmodū ex-
planande sentētie q̄q; vsus sum: ita tñ vt nihil fidei: aut bonis
morib; inueniaf aduersū / ac si sentētiās tā modernas q̄ veteres
eadē incōmutabilis v̄itas genuisset. Siquidem facies nō oibus
vna. Non diuersa tñ qualem decet esse sororū. Oīa v̄o tuo reser-
uant examini: vt tibi maior & iustior corrigēdi q̄ mihi scribēdi
gl̄ia debeaf. Inequalitas aut̄ voluminū variis est occupationi-
bus ascribenda / q̄bus incuria fidi distractus sū: vt vix aliqd̄ scribe-
re q̄q; licuerit: Dū tamem tolosam cingitis ista aggress; sum:
& me curialibus nugis paulisper ademi: illud voluēs in aīo: q̄a
ociū sine litteris mors est: & viui hoīs sepultura. Si qs ignotos
auctores cū lamīnio calūniatur: aut fictos / rediuiū platonis af-
fricanū ciceroni sōniantem & philosophos saturnalia exercētes
accuset: aut auctori nostrisq; figmētis idulgeat / si publice serui-
unt vtilitati. Preterea lectori & auditori quanta possū deuotiōe
supplico: vt me patri misericordiarū cōmendare dignētur i ora-
tionibus suis & erratib; meis q̄ multiplicati sūt sup̄ numerum:
veniā studeant obtinere. nam & ego spero me p̄cipē esse oīm
timētū dñm / & corde & voce vicissim p̄ indigentibus oro: vt
actus & cogitationes n̄as omnipotēs & miserator dñs emun-
det: & ne vitiorū rapiamur errorib;: spū sancto mentes illustra-
re dignetur magni consilii angelus.

¶ Explicit prologus.

Tabula capitulorū Polīcratīci.

- ¶** Tabula capitulorū Libri primi. qui in. xlii. diuidit̃ ca. fo. xv. fa. ii.
- Ca. i. Quid maxime noceat fortunatis. folio. i. facie. i.
- Ca. ii. Quid in studiis alienum. folio. i. fa. i.
- Ca. iii. Distributio officiorū ex politica constitutione veterū. fo. i. fa. ii.
- Ca. iiii. De venatica auctoritatib⁹ & speciebus ei⁹ / & exercitio licito & illicito. fo. i. fa. ii.
- Ca. v. De alea / & vsu / & abusu illi⁹ fo. vi. fa. i.
- Ca. vi. De musica / & instrumentis / & modis / & fructu eorum fo. vii. fa. i.
- Ca. vii. De dissimilitudine augusti & neronis. fo. ix. fa. i.
- Ca. viii. De hystrionibus / & mimis / & p̃stigiatorib⁹. fo. ix. fa. ii.
- Ca. ix. Vnde dicatur prestigiuz / & quis fuerit auctor eius. fo. x. fa. ii.
- Ca. x. Qui sint magi / & vnde dicatur. fo. x. fa. ii.
- Ca. xi. De sp̃eb⁹ magice. fol. x. fa. ii.
- Ca. xii. Qui sunt incātatores: arioli: aruspices / phitii: vultiuoli imaginarii: coniectores: chiromantici: specularii: mathematici: saliatores: sortilegi / & augures. fo. xi. fa. i.
- Ca. xiii. De variis ominib⁹. fo. xii. f. i.
- ¶** Capitula secūdi libri polīcratici. q̃ in. xxix. diuidit̃ ca.
- Ca. i. Omnia vana esse: & res ex fide sua cuiq; respondere. fo. xv. fa. ii.
- Non contēendas esse rerū omnino naturalium significationes. fo. xvi. fa. i.
- Signorum alia esse vniuersalia: alia particularia: & qd significet geminatio solis fo. xvi. fa. ii.
- De signis que precesserūt ex cidiū hierosolimitanuz nouissimum. fo. xvii. fa. i.
- Quāta fuerit calamitas obfessorum & obstinate malicie quis fuerit finis / & q̃ pietas titi. fo. xviii. fa. i.
- De maria que vrgente fame comedit filiū. fo. xx. fa. ii.
- De numero occisoruz: captiuorum / & peremptorum fame. fo. xx. fa. ii.
- De peregrinatione fidelium quos sub ea tēpestate seruauit christus apud pellā. fo. xxi. fa. i.
- Testimoniuz quod perhibet ioseph⁹ xp̃o. fo. xxi. fa. ii.
- De vespasiano qui cecum & claudum curasse legitur. fo. xxi. fa. ii.
- Signa esse que cōtra naturā fiunt. fo. xxi. fa. ii.
- Nihil contra naturam auctore platone q̃ naturaz dicit dei volūtate. fo. xxii. fa. i.
- Q̃ deus signis suam premunire dignatur creaturam. fo. xxii. fa. ii.
- Quid signum: & de somno. fo. xxii. fa. ii.
- De specieb⁹ somniorum / & Ca. xv.

Tabula capitulorū

- causis & figuris / & significacionibus. fo. xxiii. fa. i.
- Ca. xvi** Generalia quedam de significacionibus tam somniorum q̄ aliarum figuraliū. fo. xxiii. fa. ii.
- C. xvii.** Coniectoriā non esse sequendam. fo. xxv. fa. ii.
- C. xviii** De fundamento mathematice: & exercitio sensuum / & viribus anime: & profectu rationis: & efficacia liberalium disciplinarum. fo. xxvii. fa. i.
- Ca. xix.** De differentia mathematice doctrinalis & mathesis reprobate: & traditiōe mathematicorū: & erroribus eorum. fo. xxix. fa. i.
- Ca. xx.** Qz puidētia rerū naturā non perimit: neq; series rerum imutat puidētiā: & q̄ liberū arbitriū manet cū puidētia. fo. xxxi. fa. ii.
- Ca. xxi.** An possint a deo sciri que nō sciūtur: & q̄ rerum mutabilitas ei nequaq̄ est infligenda: & q̄ idem scientia prescientia / dispositio / prouidētia / predestinatio: & q̄ vera infinita sunt vt numerus eorū non queat auferri vel minui: & q̄ prouidētia nullam necessitatē rebꝫ indicit. fo. xxxii. fa. i.
- C. xxii.** Qz ex possibili non sequitur ipossibile. Et quid ex quo necessario cōsequatur nouit altissimus qui om̄ia solus potest. fo. xxxiii. fa. i.
- Abiectio noui stoici. folio C. xxiii. xxxvii. fa. ii.
- Qz mathematici sunt temerarii indifferēter futura iudicio suo subiicere presumes. fo. xxxviii. fa. i.
- Qz argumentum a signo suo nō est necessariū: & de ezechia / achab / & niniuitis. & q̄ ea q̄ significant imitari p̄nt. fo. xxxviii. fa. ii.
- Qz sententia dei moueri potest: q̄ cōsiliū dei immutabile est: & voluntas dei prima omnium causa / & q̄ mathesis via damnationis. fo. xxxix. fa. ii.
- De aruspiciibus / & chiromanticis / & phitonicis / & faulis deiectione. fo. xli. fa. i.
- De speculariis: & q̄ maligni spiritus interdum futura p̄nosunt: & subtilitate nature: & longa experientia temporis / & reuelatiōe superiorum potestatum / & q̄ sepe decipiunt aut decipientes / aut decepti: & q̄ specularios mala idubitata sequunt. fo. xlvii. fa. i.
- De phisicis / theoreticis / & practicis. fo. xlviij. fa. ii.
- C** Capitula libri tertii. qui in xv. diuiditur ca.
- Quid salꝫ vniuersalis & publica. fo. l. fa. i.
- Que sit prima cōtemplatio hominis sapientiam affectantis: & quis sit fructus speculationis huiꝫ. fo. li. fa. i.

Polícraticí.

- Ca.iii. Qz superbia radix malonum est: & cōcupiscentia lepra generalis que omnes inficit. fo. li. fa. ii.
- Ca.iiii. Quid adulator assentator & palpo/ & q̄ eis nihil perniciosius. fo. lii. fa. i.
- Ca.v. De cautela adlatorū: & fraude multiplici & comitib⁹ adulationis & sequela. fo. liii. fa. i.
- Ca.vi. Qz adultores multiplicati sunt super numerum: & a preclaris domibus honestos & diffiles sui expellunt. fo. liiii. fa. i.
- Ca.vii. Fraudem adulatorum/ i initione vitandam: & q̄ muneribus aut obsequiorū difficultate validissime procedit. fo. lv. fa. i.
- Ca.viii. De mundana comedia: vel tragedia hui⁹. fo. lv. fa. ii.
- Ca.ix. Qz mūd⁹ suos habet elifos. & eadē fides est nostri tēporis & precedentium patrum: & virtutis cultores inspectores sūt theatri huius: & de virtute quā adepti fideles ex fide & vmbra qua non omnino caruerunt fideles. fo. lvii. fa. ii.
- Ca.x. Qz sibi persone coaptantur: & depreciantur dissociate: & de cleopatra augusto & scipione: & q̄ romani vanitati dediti sunt: & quis sit adulatoris finis. fo. lviii. fa. ii.
- Ca.xi. De munusculariis & promissariis: & q̄ promittere nō expediat ad virtutem. fo. lx. fa. ii.
- De rationalib⁹ & secretariis diuitum: & q̄ amicitia nō nisi i bonis est: & q̄ diues familiarem potius exprimat q̄ amicam. & licet familiaritas diuitum utilis videatur: sepissime periculosa est: & q̄ innocent vendendum est. fo. lxi. fa. ii.
- Qz vēdicari possunt que sunt adulationibus acquisita: & de lenonibus & mollibus & pena eorū: & q̄ pudicitia auferri non potest violenter nisi mens ip̄a cōsentiat. fo. lxiii. fa. ii.
- Adultores puniendos esse tanq̄ hostes deorum & hominum: & veritatem grātanter amplectendā: & patientiam custodiendā: tā rationibus q̄ exēplis maiorum. fo. lxv. fa. i.
- Qz ei dumtaxat licet adulari quem licet occidere: & q̄ tyrannus publicis hostis est. fo. lxviii. fa. i.
- Incipiunt capitula libri q̄rti. qui in .xii. diuidit̄ ca.
- De differētia principis & tyranni & quid est princeps fo. lxix. fa. i.
- Quid lex & q̄ princeps licet sit legis nexibus absolut⁹ legis tamen seruus est & equitatis: geritq̄ personā publicā & innocenter san-

Tabula capitulorum.

- Ca.iii. **Q**uod princeps est minister sacerdotum; & minor eis: & quod sit ministerium principatus fideliter gerere. fo. lxx. fa. i.
- Ca.iiii. **Q**uod diuine legis auctoritate constituitur principem legi iustitie esse subiectum. fo. lxxi. fa. ii.
- Ca.v. **Q**uod principem castum esse oportet: & auaritiam declinare. fo. lxxii. fa. ii.
- Ca.vi. **Q**uod debet legem dei habere pre mente & oculis semper: & perit esse in litteris & litteratorum agi consiliis. fo. lxxiii. fa. ii.
- Ca.vii. **Q**uod timore dei docere debet & humilis esse: & sic serua re humilitatem: quod auctoritas publica non minuatur: & quod preceptorum alia mobilia: alia imobilia. fol. lxxv. fa. ii.
- Ca.viii. **D**e moderatione iustitie & clementie principis: que debent in eo ad utilitatem rei publice contemperari. fol. lxxvii. fa. i.
- Ca.ix. **Q**uid sit declinare ad dexteram vel sinistram quod princeps prohibetur. fo. lxxviii. fa. ii.
- Ca.x. **Q**uid utilitas de cultu iustitie principes consequantur. fo. lxxviii. fa. ii.
- Ca.xi. **Q**ue sit alia merces principum. fo. lxxix. fa. i.
- Ca. xii. **E**x quibus causis transferantur principatus & regna. fo. lxxx. fa. ii.
- I**ncipiunt capitula libri quinti qui in xvii. diuiditur capitulis. Epistola plutarchi instruens traianum. fo. lxxxii. fa. ii.
- Ca. i. **Q**uid res publica secundum plutarchum: & quid vice anime in ipsa obtineat aut membrorum. fo. lxxxiii. fa. i.
- Ca. ii. **Q**ue precipue versentur in intentione plutarchi: & de reuerentia exhibenda deo & rebus sacris. fo. lxxxiii. fa. ii.
- Ca. iii. **D**e reuerentia rerum & personarum: & quot modis personam sit venerabilis. folio lxxxv. fa. i.
- Ca. v. **Q**ue pena imineat his qui ministris ecclesie locorumque venerabilium iniurias inferunt: & de priuilegiis locorum venerabilium: & quod absolutio nec per vim extorqueri / nec surripi potest per fraudem. fo. lxxxv. fa. ii.
- Ca. vi. **D**e principe qui caput est rei publice: & electione eius & priuilegiis: & premio virtutis & culpe: & quod beatum Iob debeat imitari / & de virtutibus beati Iob. folio lxxxvii. fa. ii.
- Ca. vii. **Q**ue mala vel bona subiecti proueniant de moribus principum: quod & aliquorum strategematicis roborat exemplis. fo. xc. fa. ii.
- Ca. viii. **Q**uare traianus videatur omnibus preferendus. fo. xciii. fa. i.
- Ca. ix. **D**e his qui in republica obtinent

Polieraticí.

- nent locū cordis: & q̄ iniq̄
 arcēdi sunt a cōsiliis pote-
 statū & de timore dei &
 sapia & phia. fo. xcii. fa. ii.
- Ca. x.** De laterib⁹ potestatiū quorū
 necessitas explēda est: ma-
 licia expmēda. fo. xcvi. fa. ii
- Ca. xi.** De oculis aurib⁹ & lingua po-
 testatiū: & de officio p̄fidis
 & q̄ iudicē oportet h̄re iu-
 ris & eq̄ notitiā/volūtatez
 boni/& ptātē exequēdi:&
 q̄ iuramēto debet eē legi-
 bus alligat⁹: & a sordibus
 munerū alien⁹. f. xcvi. f. ii
- Ca. xii.** De sacramēto iudiciū & colla-
 tione pythagore & alexā-
 dri & i qb⁹ reb⁹ gr̄az ptib⁹
 possit facē iudex:& d̄ q̄stī-
 onib⁹ captiosis. fo. xcvi. ii
- Ca. xiii** Quō iudiciū debeat ordina-
 ri/& de p̄ceptiōe sacramē-
 ti calūnie qd̄ ex necessita-
 te p̄stāt actor & re⁹:& qd̄ i
 mineat illi qui iuramentū
 subire detractat:& de sac̄-
 mēto aduocatoriū & pena
 calūniatorū: siue p̄uarican-
 tiū aut tergiuersatiū. f. c. ii.
- C. xiiii.** De rōne instforū. fo. ci. fa. i.
- Ca. xv.** Que ptineant ad religionez
 procōsulū: p̄fidū & ordina-
 riorū iudiciū/& q̄ten⁹ exē-
 nia ptendi liceat:& de cice-
 rone / Bernardo / martino
 gaufrido carnotēsi. fo. ci. ii.
- Ca. xvi** De crimie repetundarū q̄ te-
 nent iudices & p̄fides qui
 aliqd̄ oīno accipiūt ppt̄ eas
 res q̄ sibi sūt ex offō faciē-
 de. & de samuele q̄ docet
- iuge sacrificiū eē debere i
 domo iudic̄ q̄ seipsā colla-
 tiōe iustitie & bonorū ope-
 rū exhibet tēplū di. f. ciii. ii
- Ca. xvii.** Pecuniā p̄tēnēda esse p̄ sapia
 qd̄ etiā veterū philosopho-
 rū p̄bat̄ exēplis. fo. cv. fa. ii
- ¶** Incipiūt capitla libri sexti
 qui in. xxx. diuiditur ca.
- Ca. i.** Q̄ manus reipublice aut ar-
 mata est aut inermis:& q̄
 sit iermis: & de officio ei⁹
 fo. cviii. fa. ii.
- Ca. ii.** Q̄ militia delectū exigit sciē-
 tiā & exercitationē. fo. cx.
 fa. ii.
- Ca. iii.** De militib⁹ gloriosis q̄ mili-
 tie iutiles sunt. fo. cxi. fa. ii.
- Ca. iiii.** Quarū rerū sciētiā & exerci-
 tiū oporteat h̄re milites:&
 q̄ eos ociari nō licet: & de
 augusto q̄ filias suas fecit
 istitui i lanificio. fo. cxii. f. i
- Ca. v.** Duo esse p̄cipua que militē
 faciunt: delectū scilicet &
 sacramētum. fo. cxii. fa. ii.
- Ca. vi.** Que mala pueniāt nr̄is ne-
 glecto delectu militum:&
 qualiter haroldus valēses
 subegerit. fo. cxiii. fa. ii.
- Ca. vii.** Que sit contēptio sacramēti
 militaris/& q̄ sine eo mi-
 litare nō licz. fo. cxiiii. fa. i.
- Ca. viii** Armata militiā ad religio-
 nem ex necessitate teneri
 sicut illā q̄ in clero diuinis
 obsequiis cōsecratur & q̄
 miles sicut honor̄ ita & la-
 bor̄ nomē ē. fo. cxiiii. fa. ii.
- Ca. ix.** Q̄ fides deo debita sit cuius
 homini p̄ferēda nec serua-

Tabula capitulorū

- tur homini nisi deo seruetur. fo. cxv. fa. i.
- Ca. x.** De priuilegiis militū & q̄ facramēto astricti sūt ecclie: & quare gladius offeratur altari. fo. cxv. fa. i.
- Ca. xi.** Qz milites durius castigādi sunt si militie lege cōtēpta priuilegiis abutunt. fo. cxv. fa. ii.
- Ca. xii.** Qz varia aīaduērsio pcedit ī eos q̄ duci non obtēpāt: & q̄ten⁹ debeat obediri: & in qb⁹ mādati locū habeat examiatio militaris ī quibus non. fo. cxvi. fa. ii.
- Ca. xiii.** Quare cingulo priuant milites. & q̄ exauctoratus nō habet aliqd̄ cū gladio/ te loue p̄mercium. & q̄re gladius insertus est. cingulo. fo. cxviii. fa. ii.
- C. xiiii.** Qz disciplina militaris plurimū pdest: & qd̄ militiam maxie frāgit. fo. cxix. fa. i.
- Ca. xv.** Romanos p̄ ceteris in disciplina viguisse: & in eis iūlium cesarem floruisse p̄ ceteris. fo. cxx. fa. i.
- Ca. xvi.** Quē nostratib⁹ mala pueniant ab indiscipline. fo. cxx. fa. i.
- C. xvii.** Nobis a n̄ratibus eē exēplar virtutum/ & quas ciuitates in ytaliam cōdiderit brēni⁹/ s̄m̄ atiquas hystorias. fol. cxxi. fa. i.
- C. xviii.** Exēpla recentiu hystoriarū & quō rex hēricus scds tēpestatem & pcellas regis stephani serenauerit & pa-
- cauerit isulā. fo. cxxi. fa. ii.
calculādi: aut lud⁹ in quo plene vicisse ē ad denūciatū calculum in campis aduersarii constituisse perfectā & maximā armoniā. Cum vero in eisdē armonica: arismetica: vel geometrica triū terminorum medietate exultat semiplena victoria ē. Quenis alia: et si cōtingant citra triūphi gloriā: aut ludētis felicitatē/ aut artis pitiam protestātur. Iocūdem quidem & fructuosū est numerorū nosse certamina: q̄ depredatiōi inueniant obnoxii: & qua ratiōe in castris sint: alii tutiores omniū periculorū ignari: nisi forte circūuenti ab hostibus captiuentur. ¶ Huius voluptate certaminis ptholomeū: alexādrum: cesarē: cathonē: ipsū quoq; famiū grauiore operas legim⁹ temperasse: quo etiā iter ludēdum id agerēt vnde essent philosophicis negociis aptiores. Alea vero exciso regno asie iter manubias euerse vrbis nō sub vna tantū specie migravit ad grecos. Huic thessara: calcul⁹: tabula vrio: vel dardana pugna: tricolus senio: monarch⁹ orbicoli: taliorchus: vulpes: quorū artem vtilius est dediscere q̄ docere. Quis enim nō erubescat: si sortis sue gratiā/nō virtuti debeat: sed taxillus? quis fretilli cautelā sue prudētie nō doleat anteferrī? Nonne satis improbata est cuiusq; artis exercitatio: qua quāto quisq; doctior: tāto nequior: aleator qdē oīs hic est. ¶ Mēdaciōrū siquidē & periuriorū mater est alea: et ex alieni cōcupiscētia/sua prodigit: & nullam habēs patrimoniū reuerētiā cū illud effuderit: sensim in furta dilabitur et rapinas. Illā vero nōnulli preferūt in qua vlixes lusisse legi⁹ eo q̄ ingenii aliquaten⁹ multa meditatiōe excitare videatur acūmē. Sed ex eo mihi videt̄ perditior: cū nihil infelicius sit q̄ in eo in quo minimū proficias plurimū laborare. Est enim iūtilis iportunitas deprecātis qua inutilia acquirūtur: & querēdi inanis est diligentia: cū inuenisse nō proderit. ¶ Possēt vtiq; mot⁹ animi: & mētis agitatio/que ibi frustra distrahitur: reb⁹ pulchrioribus & melioribus accommodari. Aleam vero a regione morū illius auctoritas prorsus exterminat: qui vniuersum orbem docens in filio eam denūciat omnibus fugiēdam. Ab ea siquidem armantur ad lites homines / incurrunt inimicitias: in miserā & si non miserabilem incidunt egestatem. Si denunciationis queris auctorem: illum agnosce: q̄ non sibi: sed toti genitū se credidit orbi. ¶ Est tamē cum ī aliqua specie sui licēter admittitur honesta: si absq; vitio/curarum grauium pondus alleuiet: & sine virtutis dispēdio iocundam interpolationem offerat gaudiorum. Omnis vero licētia moderatiōis suffragio pualescit: & solide virtutis vsu ab ī

Bona dispositio rei publice

Ptholome⁹.
Alexander.
Cesar. Catho
Samius.

Alea detestatio.

Vlixes ludū scazorū iuenit

Mala que a ludo pueniūt.

Alea ludere qñ licitū sit.

temperantia deformatur. Totius vero licetie moderatrix est lo-
ci/teporis/modi/persone/& cause premissa inspectio:que oim
negociorum faciem decora venustate commendat: aut turpi-
tudinis condemnat opprobrio. Est ergo in singulis plurimū ha-
benda ratio personarū cum natura:conditio: fortuna suis singu-
le hominem induat personis: ex quibus quid se deceat:erit vni-
uscuiusq; colligere. Decorū siquidem aliunde non prouenit. Chi-
lon lacedemonius iungende societatis causa missus chorinthū.
duces & seniores populi ludetes inuenit in alea. Infecto itaq; ne-
gocio reuersus est dicens se nolle gloriā sparthanorū quorū vir-
tus cōstructo bifancio clarescebat hac maculare infamia: vt di-
cerentur cū aleatorib⁹ contraxisse societate. Regi quoq; deme-
trio in opprobriū puerilis leuitatis taxilli aurei a rege parthorū
dati sunt. Eo siquidē munere exhonorāda visa est adolescentia
senilis: & qui in maiestate regni leuia cōmittere minime vere-
batur. Nunc vero nobiliū in eo sapiētia declaratur: si venaticā
noucrint. si in alea fuerint damnabili⁹ instituti: si nature robur
effeminate vocis articulis fregerint/ si modis/& musicis instru-
mētis virtutis immemores/ obliuiscātur q̄ nati sunt. Verum
hec pernicies a parētibus manat ad filios. Quid enim faciet fi-
lius nisi quod patrem viderit faciētem? Si damnosa senē iurat
alea: ludit & heres bullatus. Paruoq; eadem mouet arma fretū-
lo: fuerat quidem tenerior etas a libidinib⁹ & voluptate/ parē-
te vitiorū/arcenda propensius: & ne quid licentius illis presen-
tibus a maioribus fieret: diligentius precaurendum: quia vt idē
ait satiricus: fortius/& citius nos corumpunt vitiorum exēpla
domestica magnis cum subeunt animos auctoribus. Egregie
quidem eleazarus cum redimende vite causa sollicitaretur com-
mittere in legem domini exempli periculum opposuit dicens.
Quis ego sum eleazarus nonaginta annorum: vt trāseam ad
vitam alienigenarum: & iuuenes religiosos seducam? Nascū-
tur ergo maioribus heredes quidem degeneres & qui virilem
sexam muliebri mollicie dehonestant.

C De musica/& instrumētis/et modis/& fructu eorū. Capi. vi.

Non tamen curialium nugis musicam calūniatur ali-
quis societate. licet se beneficio eius conētur nugato-
rum plurimi cōmendare. disciplina siquidē liberalis
est. & siue pictagorā. siue moysen: siue tubal patrem
canētiū in cythara/editiois sue laudat auctorem/ingenuū ha-
bet ortum & virtutis sue potētia specierumq; varietate:& sibi

De chilone la-
cedemonio / q̄
cum corinthijs
aleatorib⁹ no-
luit societatem
cōtrahere.

De rege deme-
trio cui taxilli
aurei missi sūt
p munere a re-
ge parthorū.
De testatio eos-
rū q̄ hodie no-
biles faciunt.
adde qd̄ est. s.
c. pxi. xxi. hec
sunt tpi⁹ no-
stris rē.

Iuuenalis in
xiij. satira.

ij. Macha.
vj. ca.

De inuētorib⁹
musice.

Beneficia. x.

**Musice cōmē
dationes.** famulantibus numeris vniuersa cōplectitur omniū que sunt & que dicuntur/ dissidentem & dissonā multitudinem pportionū suarum. i. in equali quadā equitatis lege cōsilians. Hac etenim celestia temperatur/mundana siue humana reguntur. Hac instrumenta mores instruit et informant ipsius que vocis articulate vel inarticulate substātiā miro quodam nature opificio mellitis picturis rigmonū metrorumq; colorib; vestiūt/& quadam cultus venustate perornant. ¶ Hanc vt suffragio nostre commēdationis nō egeat sancti patres multis laudū preconis extulerunt. Deinde in eius virtute maligni spiritus violētia cohibebatur.& illius etiam in subditis suis minuit musice gratia potestatem. ¶ Cum enim spiritus domini malus saulē inuasisset/psallebat dauid cythara ī manu sua: donec spūs a regis infestatione quiesceret. Vt vero nōdum reueletur spiritus qui latet in littera/equissimū est animam/cognati generis grā mansuescere.& oēm dediscere alienationē/cū ei pprie contemptus originis/& nature melioris archana resultant. Eam ex consonātiis musicis esse compositam q̄plurium opinio vel sentētia est. Totius etenim philosophie princeps plato est/si tamen aristotilici acquiescunt:cū eam ex substantia diuidua/& īdiuidua finxisset/& eadem natura plasmaret et diuersa. ipsam non posse constare credidit/nisi linisitū qui vtrinq; multifaria sectione ab vnitāte pfluxerāt.dissidentiam enuolūis/epitricis/& epogdois vniret: limatis & comatis habita ratione: vt sub expressione paucorum ei quantacūq; distātia/repugnantīū concordia/cognati generis societate doceatur esse finitima. ¶ Vnde archano quodam meatu nature/secretisq; cuniculis viuacitatis sue vigore per vniuersa discurret.& cuius nature substātieq; cōformis rationis/sensus vite in singulis pro diuine dispensationis decreto/efficaciam modulatur. Omnibus itaq; alimenta dispēsat:& sui puritate viget in singulis:nisi molis corporee gravitate prematur. aut trāquillitatem spiritus/ exteriorū tumultuum turba concitiat. Qua irruente/quid potest esse salubrius q̄ si (vt ita dicam) suis nature vocibus a compressione turbarum ad se ipsam anima reuocetur? Quid deniq; nostro spiritui potest esse similius voce/que cum hic formetur tam facili q̄ inuisibili et ineffabili transitu/multorum a circūqua; replet auditum. & vi sua corporū integram penetrat densitatem/& quasi tactu quodam mouet animū.& p arbitrio suo nunc deiicit/nunc extollit. Certe et si nulla ratione sit spiritus/eam quoddam vehiculum

1. Regū. xvij.

**Plato prin
ceps pbie.**

**Vocis cōmen
dabiles pprie
tates.
Hoc vehiculū
est spiritus.**

spiritus esse/certissimū est. Et nunc quidē humanū/nunc diuī
 numi/nūc et phitonium gerit. Cum vero modis suis eleganti⁹
 fuerit colorata / venustate sui mentes etiam seniores capit. &
 quadā inducte hilaritatis gratia pellit tristitiam: & si quid pul-
 ueris aut turbinis/aut nebularum cogitationibus ipsis inhe-
 rat potenter abstergit. ¶ Ad mores itaq; instruendos/ & ani-
 mos exultatiōe virtutis traiciēdos in cultū dñi: nō modo concē-
 tum hominum / sed et instrumentorū modos censuerunt sancti
 patres domino applicandos/cum templi reuerentiam dilata-
 rent. Et si militantis ecclesie tibi parua videtur auctoritas: vel
 triūphatrix illa/preconia musice non tacebit/cuius seniores vi-
 dit/& tibi mōstrauit tonitruī filius/& voces eorum sicut cytha-
 redorum cytharizantium in cytharis suis. Q; si illos nōdum au-
 disti/regem audias exultantem: qui te regni et exultationis sue
 vult esse participem. Ait enim. Sumite psalmū et date tympa-
 num psalterium iocūdum cum cythara. Ad quid inquis? vt lau-
 detis dominū in tymphano & choro i cordis et organo. Hic est
 enī vsus musice aut sol⁹ aut precipuus. Frigius vero modus/&
 cetera corruptionis lenocinia/sane institutionis nō habēt vsum
 sed produnt maliciā abutentis. ¶ Dolet igitur & ingemiscit
 species laudabilis discipline/ se ab alieno vitio deformari: & q̄
 facies meretricis facta est ei/ que viriles quoq; animos accēdere
 consueuerat ad virtutē. Amatoria bucolicoꝝ apud viros gra-
 ues esse fuerat criminis. Nunc vero laudi ducitur. si videas gra-
 uiores/amatoria que ab ipsis dicūtur elegantius stulticia per-
 sonare. Ipsum quoq; cultum religionis incestat: q̄ ante conspe-
 ctum domini in ipsis penetralibus sanctuarii/lasciuientis vocis
 luxu quadam ostentatione sui muliebribus modis notularum
 articulorumq; cesuris/stupentes animulas emollire nituntur.
 Cum precinentiū & succinentium/ canentiū & decinētium. in-
 tercentium/& occinentiū premolles modulationes audieris
 sirenarum concētus credas esse non hominū. & de vocum facili-
 tate miraberis quibus philomena/vel psitachus/ aut si quid so-
 norius est: modos suos nequeunt coequare. Ea siquidem est
 ascendendi/descendēdiq; facilitas: ea sectio vel geminatio no-
 tularum. ea replicatio articulorum singulorūq; consolidatio/ sic
 acuta vel acutissima/grauibus & subgrauibus temporantur: vt
 auribus sui iudicii fere subtrahat auctoritas: & animus quem
 tante suauitatis demulsit gratia/ auditorum merita examina-
 re nō sufficit. Cum hec quidē modum excesserint: lūborū puri-

Marci. iij.
 Apoca. xiiij.

Psalm⁹ lxxx.

Psalmus. cl.

Dannat mo-
 dus frigios et
 similes in mus-
 sica.

Inuehit cōtra
 amatoria buco-
 licorum.

Cātus hodie
 ni delectatio.

Excessus i ca-
 tu qd operat.

Que est in iu-
bilatione deo
fíeda cantus.

ps. lxxx. In te
domine.

ps. cxxxvj.
Sup flumina

Uersus.
Proverb. viij

† Al. ciconum
De matrib⁹ et
nurib⁹ ciconū
que sunt indi-
gnate cōtra or-
pheū qui ma-
res effemina-
rat modis suis
† De hoc dicit
ouidi⁹ metha.
in pain. x. lib. 7
boetius in de
pso. in. iij. li. x.
xij. felix qui po-
tuit rē.
Inuectio tra-
eos q̄ nimis i-
stunt musice
Q̄ pater septi-
gētarū monia-
liū phibuit p̄
eas mellica cā-
tica cantari.

ginem q̄ deuotionem mentis poterunt citius excitare. Si vero moderationis formula limitantur: animum a curis liberant vel redimunt / exterminant temporalium sollicitudinem: et quadam participatione leticie & quietis & amica exultatione in deum mētes humanas traiciunt ad societatem angelorum. Sed vnde hac moderationis formulā tenes? Exultabunt (inqt) labia mea cū cantauero tibi. Si ergo ex habundantia cordis os tuum laudem domini moduletur. Si spiritu psallis & mente: si psallis deniq; sapienter: etiam circa articulate vocis intelligentiam rectissimā modestie regulam tenes. & nō tam vocis / q̄ mētis iubilo aures mulces altissimi / & indignationem ei⁹ prudēter auertis. Qui autē voluptatis aut vanitatis affectus exp̄mit: qui vocis gratiam prostituit cōcupiscētiis suis. qui lenociniorū clientulam musicam facit. ignorat quidem canticū dñi / modis babiloniis festiuus in terra aliena. Qui nescio quo pacto plus placeant / nisi quia nitimur in vetitum semper cupimusq; negata. Et aque furtiue dulciores. & panis absconditus suauior est. Et quidem frigijs modis decreto philosophorū ab aula grecie iam pridem iussus est exire et ceteri quibus descensus fit in lasciuam & corruptionē. ¶ An nō recolis ciconium † matres & nur⁹ indignationē suā totā i orpheū q̄ modis suis mares effeminauerat vsq; ad parca⁹ inuidiā effudisse / lz ille flexerit māes: duriciq; ditis molliet: euridicēq; † suā vocis grā. & si ifausta sorte meruerit. Exinde huiusmodi hominū questus plerūq; felicem exitum nō expectat & forte quia non habet euetus sordida preda bonos. Quę vero mentes emolliunt / moresq; subuertunt a nostra etate vndiq; asciscuntur: licet ipsa vltra q̄ satis est vitii suis habundet. Si quemq; eorū qui vehementius his insistūt grauem videris: si modestū: si pudicū: viris fortibus nostrorū temporū ipm cōnumerare memineris: qm̄qdē hec rara avis ē. Proinde quidem venerabilis vir circiter septingentarum monialiū pater: hanc monasteriis suis prescripsit legem: vt omnia earum cantica totius mellice pronunciationis exuant modos: & vt sola psalmodiū & laudum sint significatiua pronūciatione contenta. Suspecta equidem fuit sc̄to viro voluptati cognata mollicies eo q̄ voluptas parēs libidinū est. ¶ Quid q̄ hec ipsa quotidiana conuictiorū maliciam acuit: ac si venena nisi toxicata sint nocere nō possint? Igni stipulā addere / oliū camino: serpentem intoxicare / nōne dementia est? Licet rerū vitia obtegantur velo verborum / quorū eadem est substantia nulla profecto differē

tia est. Que apud grecos coepulationis nomine censentur vel
 comotationis/a nobis honestiori nomine cōuiuia nominantur.
 Cetus siquidem conuiuantium q̄ coepulantiū/aut comotan-
 tium venerabilior est. Conuiuia vero nonne per se satis infani-
 unt nisi carminibus excitentur? Nonne istud arguit dominus
 dicens. *Ve qui cōsurgitis mane ad ebrietatem sectadam & po-
 tandum vsq; ad vesperam/ vt vino estuetis: cythara/ & lyra/ &
 tympanum/ & tybia: & vinum in conuiuuis vestris/ & opus do-
 mini non respicitis/ & opera manuum eius non consideratis.*
 Quid q̄ rex babilonis non nisi in conuiuio vidit manum scri-
 bentis in pariete mane: tethel/phares. Quo regnum diuine
 ratum appensum denunciaf & scissum. Diuino siquidem iudi-
 cio principatu iudicatur indignus qui vasa domini humana/ vi-
 delicet corpora/ in vane voluptatis gaudia exponit/ & spōsi tha-
 lamum/ maligni spiritus immūditis aperit. Centum lumini-
 bus cinctum caput argus habebat: que omnia vnius fistule vo-
 luptate/ non tam sopita sunt q̄ extincta. Tu quis es qui te circū-
 spectiorem esse confidis?

¶ De dissimilitudine augusti & neronis. Capitulum VII.

Augusto tympanizante in cena: a quodam militū pro-
 brose dictum est. Vides ne vt cytharedus orbem di-
 gito temperet? Cuius ille verbi percuss? amaritudine
 os manus & animū ab huiusmodi leuitate suspendit:
 habuitq; semper gratiam exprobranti. ¶ Sed longe secus nero
 non imperatorum/ sed hominū fedissimus/ qui adeo scribitur ca-
 ptus amenitate vocis: vt non modo pomis cibisq; nocentibus
 abstineret: sed eius gratia cōseruande/ frequenti disterio vomit-
 usq; purgaretur: plumbeamq; carthellam supino ventre man-
 dato phisicorum sepius & diutius sustineret. Adeo vero dele-
 ctabatur in cantu: vt nec theatro terremotu cōcusso/ cum semel
 ceperat egrederetur/ anteq̄ inchoata finiret: nec quemq̄ egredi
 eo cantante licitum erat. Vnde pleriq; affecti tedio audiendi:
 simulato funere elati sunt. ¶ Milites quoq; nisi alio verba pro-
 nūtiāte nō appellabat/ nec agebat quicq; serio/ iocoue quin pho-
 nascus astaret/ qui eum suis arteriis parcere hortaretur. Instru-
 mentorum quoq; curiosissimus erat: vt eorū peritiam aliis in-
 uideret/ adeo vt publico testimonio se cytharedum principem
 gauderet appellari. Vnde illud: cytharedo principe natus no-
 bilis hic ultra quid erit nisi ludus. In tanta quoq; mole imperii
 omnem perosus grauitatē. Philisophiam persequēs quasi ma-

Auctoritate
 dei dānant cō-
 uiuia cū canti-
 lenis.

De eo quē rex
 babilonis vi-
 dit scribi i pa-
 riete dū esset
 in conuiuio.

Phonascus
 hystrio hortat-
 bat neronē ad
 parcendum.

De auaritia
neronis maxi-
ma in officijs
erga p̄bos: et
de pdigalita-
te pecunie/et
dignitati er-
ga hystriones

iestatis imperii inimicam: & nobiliora ingenia veritus se cōsi-
liis subdidit hystrionum: quorum ip̄e nō erubuit turpitudinem
exercere. Hinc illud. Quod nō dant proceres dabit hystrio. Cū
vero esset omnium auarissimus adeo vt nulli quodcumq; officij
um delegaret quin prosequeretur: nosti quid mihi opus sit: aut
illud subiiceret. Qui omnibus preest: omnibus indiget: tamen
hystrionibus: & mimis pecunias infinitas erogare non grauā-
batur/singulos prout cuiq; placuerat amplissime dignitatis no-
mine subornabat. alios patricios/alios senatores dicens: hos il-
lustrium spectabiliumve nominibus illustrabat.

¶ De hystrionibus/ & mimis/ & prestigiatorib⁹.

Capitulum. VIII.

EUm vero aliqui adhuc pro parte imitantur: & si fedis-
tate illius nemo dignetur inuolui: cum gratiam suam
hystrionib⁹ & mimis multi p̄stituant: & in exhibēda
malicia eorū ceca quadā & contēptibili magnificētia
nō tam mirabiles q̄ miserabiles faciūt sumpt⁹. Illa tamen etas
vt sic interim dicā honestiores habuit hystriones/ si tamen ali-
quo modo honestum est quod omni homine libero comproba-
tur indignum. Nec tamē hystrionem assero turpiter in arte sua
versari/ & si indubitanter turpe sit esse hystrionem. Et quidem
hystriones erant qui gestu corporis/ arteq; verborum: & modu-
latione vocis/ factas aut fictas hystorias sub aspectu publico re-
ferebant/ quos apud plautum inuenis & menandrum: & quib⁹
ars nostri terentii innotescit. Porro comicis & tragicis abeun-
tibus cum omnia leuitas occupauerit: clientes eorum comedi vi-
delicet & tragedi exterminati sunt: & eos in seruili conditione
dumtaxat plerumq; reperies. Quis vero eorum vsus extiterit
poeta docens aperit. Aut p̄desse volūt: aut delectare poete/ aut
simul & iocunda & ydonea dicere vite. At nostra etas prolapsa
ad fabulas & quibus inania/ non modo aures & cor prostituit va-
nitati/ sed oculorum & aurium voluptate suam mulcet desidiā:
luxuriam accendit: conquirens vndiq; fomenta vitiorum. Non
ne piger desidiā instruit: & somnos prouocat instrumento-
rum suauitate/ aut vocum modulis hylaritate canentiū: aut fa-
bulatiū gratia: siue quod turpius est ebrietate vel crapula.
Artem vtq; elegantiolem docuit flaccus. Ter vncti transnato
tyberim somno quibus est opus alto. Ait quoq; contionator.
Dulcis est somnus operanti siue parū siue multum comedat.

Hystriones
qd erant anti-
quitus.

¶ Cris⁹ horatij

¶ Nota cōmēda

Exercitatio siquidem parit & alit quietis gratiam: que otij cō-

timinatione & quodam inertie sue marce perimitur. Vtiq; in desiderijs est omnis ociosus/cum & ociositas inimica est anime/& de domicilio ei⁹ omnia studia virtutis eliminet. Clamat ethnicus. Cernis vt ignauū corrumpant ocia corpus:& capiant vitium ni moueantur aque. Quod inquis/audi:disces/si eidem credideris. Queritur egistus quare sit factus adulter. Causa est in promptu desidiosus erat. Litteratissimi ergo viri consilium est:vt hostis te semper inueniat occupatum:quo variis temptationibus ei⁹ occupationum tuarum clipeos tā feliciter q̄ prudēter opponas. Vitanda est inquit ethnicus improba rerum fireni desidia. Ad eam nostris prorogāt hystriones. Ex occupatis enim mentibus subrepunt tedia:selesq; non sustinerent si non alicuius voluptatis solacio mulcerētur. Admissa sunt ergo spectacula:& infinita tyrocinia vanitatis: quib⁹ qui omnino ociari nō possūt perniciosi⁹ occupentur. Satius etenim fuerat ociari q̄ turpiter occupari. Hinc mimi:salii vel saliares/balatrōnes/& emiliani/gladiatores palestrite:gignadii:p̄stigiatores: malefici quoq; multi: & tota ioculatorū scena procedit:quorum error a deo inualuit:vt a preclaris domibus non arceantur: etiam illi qui obscenis partibus corporis oculis omnium/eam ingerunt turpitudinem/quam erubescat videre vel cinicus. Quodq; magis mirere/nec tūc eiiciūtur/quando tumulturantes inferius/crebro sonituaerem fedant:& turpiter inclusum turpius produnt. Nunquid tibi videtur sapiens qui oculos vel aures istis expandit? Quis tamen libenter non videat & rideat:cum prestigiatōris lotio perfusi ars deletur:& oculis quos malitia sua prestixerat videndi facultas reparatur? Iocundum quidem est & ab honesto non recedit/vinum probum quidem quādoq; modesta hilaritate mulceri:sed ignominiosum est grauitatem huiusce modi laciua frequenter dissolui. Ab istis quoq; spectaculis:& maxime ab obscenis:honesti viri arcendus est oculus:ne incōtinentia eius mentis quoq; impudicitiam fateatur. Egregie si quidem sophoclē pretorem collega parides arguens ait. Decet pretorem sophoclem nō modo manus:sed & oculos habere cōtinentes. Auerte inquit homo an de regni maiestate multa licebant oculos meos ne videant vanitatem:sciens vtiq; verum esse quod alius ingemiscit: quia ocul⁹ meus depredat⁹ est aīam meā. ¶ Verūtū quid in singulis p̄sit aut deceat anim⁹ sapiētis aduertit:nec apologos spectacula refugit:aut narrationes aut ḡcunq; dū virtutis aut honestatis aut vtilitatis habeāt instrū.

b ii

tione exercit⁹
 et reprehēsiō:
 nem ocij.

Quidius.

Beati hiero:
 nymi epla ad
 rusticū mona:
 chum.

Vir grauis p̄t
 interdū hystri
 ones videre:
 non turpia fac
 cientes.

Turpis locu
 tio bonos mo:
 res corrūpit.

Sophoclis re
 prehēsiō de in
 cōtinentia.
 ps. cxvij.

Trenoz .iij. c.

Polícratíci de Curialhū nugis.

De cōse. di. ij. p dilectione.

Hystrones et mimi non pnt recipere sacra cōmunionē.

xxvj. q. vi. per totum.

Deutero. iij. quo ad mentē sed nō ad lřaz

facit. l. multi. C. de mathe.

Diuinationis quattuor spēs

Sacre quidē cōmunionis gratiā hystronib⁹ & mimis dū in malicia perseuerant: ex auctoritate patrū non ambigis esse preclusam. ¶ Vnde quid fautorib⁹ eorum immineat colligis: si facientes & cōsentientes pari pena recolis esse plectendos. Qui donant inquit hystronibus quare donāt⁹? Hoc vtiq⁹ in illis fouent in quo nequissimi sunt. Nempe qui nequiciā fouet: est ne bon⁹? Cum vero oīum istorum sit odibilis: illoꝝ tamen qui min⁹ nocent malicia tolerabilior est.

¶ Vnde dicat⁹ prestigiū & quis fuerit auctor ei⁹. Caplm. IX.

Eos autē qui nocētiora prestigia/artesq⁹ magicas & varias species mathematice reprobate exercent: iā pridem sancti patres ab aula iusserūt exire/ eo q̄ omnia hec artificia vlt⁹ potius maleficia ex pestifera quadam familiaritate demonum & hominū nouerūt profluxisse: verūq⁹ persepe pferūtur sola intentione fallēdi: a quibus animam fidelem dominus arcēs ait. Si dixerint vobis: & ita euenerit ne credatis eis. Prestigium vero mercurius dicitur inuenisse quod ex eo sic dicitur: q̄ aciē prestringat oculorum. Fuitq⁹ magorū peritissimus vt quascūq⁹ res vellet inuisibiles faceret: aut vt videbat⁹ in alias species trāsfomaret. Omnia siquidem matheſis dum penultimam extēdis/ fragmenta ad magicā referūtur cuius plurime species sunt & diuerse.

¶ Qui sint magi & vnde dicātur. Caplm. X.

Et quidem magi sunt: & ob magnitudinē maleficiorum sic appellātur qui domino permittēte elementa cōcutiunt: rebus adimūt species suas: ventura plerūq⁹ prenunciant: turbāt mētes hominum: immittunt sōnia: hominesq⁹ violentia carminis dūtaxat occidunt: quod & lucanum nostrum nō latuit: ait enim. Mēs hausti nulla sanie poluta veneni icantata perit. Et ne tibi parua videatur auctoritas nosti q̄ iannes & mābres magi pharaonis/egypt⁹ eteni huius modi superstitionū & maleficior⁹ mater est: nosti iq⁹ eos nō modo moyſi restitisse: sed cū eo signis et miraculis contendisse licet postmodū vlt⁹ iuui coacti sint digitū dei in signis moyſi cōfiteri.

¶ De speciebus magice. Caplm. XI.

Varro autē curiosissim⁹ iter philosophos: quattuor species diuinationis ab elemētis mutuāt⁹ est: piromātiā scilz & aerimātiā. ydromanciā: et geomātiā: multaq⁹ species videbis ex his capitib⁹ pullulare: siue arte: siue sirore diuinationo peragat⁹: quare noīa exēpli causa: vlt⁹ pau

ca subiciam.

Qui sunt incatatores: arioli: aruspices: phitii: vultiuoli: imaginarii: coniectores: chiromantici: specularii: mathematici: falliatores: sortilegi: & augures.

Capitulū. XII.



Qncatatores quidem sunt q̄ artem verbis exercēt. Arioli qui circa aras nepharias preces aut execrata sacrificia faciunt: in quorum ceruicibus est manus domini dicente propheta. Ariolos & magos non patieris ui-

uere. **A**ruspices sunt inspectores horarum: prescribentes quid qua hora fieri expediat / quorum errorem damnat apostolus dicens. Timeo ne frustra laborauerim in vobis: obseruatis enim dies & annos: mēses & tempora / cum felicitas operis nō a tempore sed a nomine dei viui debeat expectari. Aruspiciū quoq; in extorum inspectione viget / quam artem tages quidā dicitur inuenisse. Vnde lucanus. Fibris sit nulla fides / sed conditor artis finxerit ista tages. Extorum vero nomine censentur omnia: que cutis extremitate teguntur. Ex quo liquet eos esse aruspices qui vaticinantur in ossibus animalium / siue sanguine / siue futura prenunciant: siue presentia pronunciant vel preterita. **V**aticiniū siquidem est quo cū intelligentia veri abscondita profertur. Cum & prophetiam non modo de futuris constet esse: sed de presentibus futuris & preteritis. Si vero adhibeatur sanguis: ad nigromantiam iam accedit: que inde dicitur q̄ tota in mortuorum inquisitione versatur. Cuius vis ea esse videt: vt ad interpretationem veri / mortuos valeat suscitare. Ea namq; ludificantium demonū & humane perfidie illudentium fallacia est. **P**hitii sunt quos spiritus phitonicus replet: & frequentius in virginibus exercetur vt magis ludificet: ac si immundo spiritui placeat integritas mentis aut corporis. **V**ultiuoli sunt qui ad affectus hominū immutādos: in molliori materia cera vel forte limo / eorum quos pervertere nituntur / effigies exprimunt / anius illusionis in farmacentria virgilius meminit. Limus vt hic durefcit: & hec vt cera liquescit: vno eodēq; igni sic nostro daphius amore. Naso quoq; in libro heroidum. Deuouet absentes: simulacraq; cerea fingit. Et miserū tenues in iecur vrget acus. Horum vero malicia etiam cum plurimum nocent artificio leui dissoluitur: si videlicet qui suspecti sunt cōuenti ab aliquo crimen suum inficiuntur: aut si confessi fuerint cogantur maleficium reuocare. **I**maginarii sunt qui ima-

Incātatores.

Exodi. xxij.

Aruspices.

Gal. iij.

Tages inuentor aruspicij.

Vaticiniū.

Nigromātia vnde dicat.

Phitij.

Vultiuoli.

Imaginaris.

b iij

Polícratici de Curialiū nugis.

gines quas faciunt quasi in possessionem presidentium spirituum mittunt ut ab eis de rebus dubiis doceantur. Hos ydolatrias esse sacra scriptura conuincit & diuine maiestatis iudicio condemnandos. ¶ Coniectores sunt qui artificio quodam sibi vendicant somniorum interpretationem. ¶ Chyromantici sunt qui a manuum inspectione / rerum vaticinantur abscondita. ¶ Specularis. ¶ Specularios vocant qui in corporibus leuigatis & terfis: ut sunt lucidiores pelues cyathi speculorumque diuersa genera diuinantes curiosis consultationibus satisfaciunt: quam & ioseph exercuisse aut potius simulasse describitur cum fratres argueret surripuisse cyphum in quo consueuerat augurari. ¶ Mathematici sunt licet appellatio generaliter omnia complectatur qui a positione stellarum / situque firmamenti / & planetarum motu / que sint ventura conuincunt: ut est illud. Nostra vel equali suspendit tempora libra. Parca tenax veri seu nata fidelibus hora Diuidit ingeminos concordia fata duorum. Nescio quod certe est quod te mihi temperat astrum. Ac si stellarum choreas applicationesque vnus ad alteram constet rebus que ex arbitrii libertate proueniunt quandam necessitatis prestare originem: quorum & genelliaci qui geneses / id est natalicias horas attendunt imitatur errorem. Vnde fatiricus. Nota mathematicis geneses tua. Idem vero horoscopi nominantur. Vnde rursus. Geminos horoscope vano producis genio. Viguit aut ista sciencia & forte eam aliquatenus licuit exerceri donec deum natum nunciauit stella de celo: magosque non reprobos primitias fidei ad eum adorandum nouo & inaudito ducatu perduxit. Exinde vero penitus interdicta est. ¶ Saliatores qui ex saltu membrorum aut inopinato corporis motu prosperum aliquid futurum autumat vel aduersum. ¶ Sortilegi sunt qui sub nomine ficte religionis superstitiosa quadam obseruatione rerum pollicentur euentus: Quod genus sortes apostolorum prophetarum: & diuidentur: & inspectio tabule que pitagorica appellatur. Obseruatio quoque cuiusque casus in rei de qua queritur significatione. ¶ Augurium vero quod fit in animi obseruatione phruges inuenisse traduntur quod in voce proditur aut volatur. Est autem secundum traditionem eorum volatus tam alarum quam pedum. Vola siquidem est interior pars palme vel pedis. Vnde apud maronem. vi. Volantes pro gradientibus columbe describuntur. Hoc etenim ad hominis pertinet felicitatem: si columbe gradientes dum tamen in

i. ad Corin. x.

Coniectores.

Chyromantici.

Specularis.

Ioseph exercuit artem speculariam.

Benefis. xliiij Mathematici

Persi in. v. satyra.

Genelliaci.

Juuenalis. horoscopi.

Magi.

Marth. ij. Saliatores.

Sortilegi.

Augurium.

Phruges augurium inuenit

Vola.

passu itinerantes precedant.

¶ De variis ominibus. Capitulum XIII.

IN expeditionem missus consul romanorum dū nullius boni ominis sortiretur auspiciū columbas ieiunio cōfectas granis sparsis triticeis in via qua iturus erat preferri iussit: vt vel earum omine auspicii duriciam lubleuaret. Que cum diligentius obseruare a cibis abstinerent: eas precipitari iussit in flumen saltē vt biberent: submersęq; vi fluminis docuerunt consulem cum toto suo exercitu submergendum. Hic etenim est secutus euentus. ¶ Apes platonis infantuli mel labiis inferebant singularem dulcedinem eloquentie eius futuram presignantes. Hiero summus postea sicilie magistratus quod virtute promeruit / a patre nobilissimo viro expositus est: eo q̄ ex ancilla susceptus: dehonestamentū generis videbatur: & quasi probrosa dari sanguinis macula. Sed paruulum & indigentem opis humane: apes circa eū melle congesto: plurimis aluere diebus / & sic consilio a iurispiciū ei regnum portendi canentium: a patre agnitus: recollectus: & diligenter institutus est. Paruuli inde amabilis formice granitrici congregabant: signantes eum futurum ditissimum: vnde & res aureas ipsius attractu fieri poete finxerunt. Sulpicio sacerdoti lapsus apex de capite sacerdotium abstulit. Occentus foris eis auditus martyr cofabio prefecturā. Si nugis hiberis per omnia credis. Si vestem in operis tui initio a foricibus corrosam senseris: tempera ab inceptis. Si egrediens calcaueris limen: aut in via offenderis pedem contine: si in procinctu agendorum aliquid damni pertuleris: differes inchoata: ne vel tota intentione frustreris / aut inutiliter impleatur / expecta dum omine meliori faustam agendis horam arripias. Omnia namq; sunt aliquid. Cum processeris: abscondita futurorum / aures quas omniales vocant tibi pronūciabūt. Que nam sunt iste forte interrogas quas scilicet de natura hominum in formam auium poete asserunt esse conuersas. Quid cornix loquatur / diligenter ausculta: sitūq; ei⁹ sedētis aut volātis nullo modo contempnas. Refert etenim plurimum a dextris sit / an a sinistris qua positione respiciat cubitum gradiētis: loquax sit an clamosa: an filens omnino: precedat an sequatur: transeuntis expectet aduentum an

Hiero sacerdos sicilie.

De omine fornicarum.

Omina mala in operis primordio.

De presagio cornicis.

Polícraticí de Curialíũ nugís.

Virgil. in
ix. eglo.

De presagio
corui.

De presagio
cigni.

Aquila presaga-
gium.

Id est alarionem
speciem potētissimam
aquilarum.

Aquila potentior
ceteris
auiibus.

Aquila in quibus
ceteras
aves superet.

Nota aquilam
supuolantem vi-
croziam protulisse
locris aduersus
crotonienses.

fugiat: quove discedat non negligenter attēde. Ait namque Virgilius.
Quid nisi me quicquid nouas icide lites An sinistra cana monuisse
set ab ilice cornix. Nec tu hic meris: nec viueret ipse menalchas
Quis in eo videat in arte offendisse: quod cornix quam vite senatri-
ce assenit rerum magnarum ignorat auspitia: nisi forte in ea preter
naturam fiat ostentum/ quale est quod imminere bono: & optato perosi
imperatoris exitio de rupe tarpeia: per urbem cornix greco elo-
quio protulit: bene quod erit quod augur interpretatur ita exposuit.
Nuper que sedit tarpei culmine cornix: est quia non potuit dice-
re: dixit erit. Sed ignoscas viro doctissimo rusticana simplicitate
tem exprimenti aut quia pauperum vita diuitibus/res videatur exi-
gua: qui humanum genus ut paucis seniat assenit institutum. Cor-
uus vero quem non minori diligentia obseruabis: rebus maioribus
auspicatur/ ut usquequaque cornici iudicat. Porro cignus in au-
guriis ales gratissima nautis utpote que aquarum domestica
quadam gratia familiaritatis earundem secreta prenouerit: an
nescis apud maronem bis senos letates aere cignos reducere clas-
sem enee veneris vaticinio nunciasse. Eorum namque hilaritas: non
modo nautis: sed & quibusque peregrinantibus felicum euentuum
gratiam sperdet nisi fortioris superetur aduetu. Aquila namque si-
cut rex animus est: si non alarionem excipias: que forte aquilarum
species potētissima est: regni sui maiestate omnium auium si con-
tra loquat fide euacuat/ potuerat apud statium presagio volucrum
grecorum exercitus confortari: sed fortior ecce aduetans per ma-
re cohors. Amphiorao interprete grecorum quoque exitium patefecit.
Licet enim aquila quamquam animus viribus superetur: in pre-
nunciatione veri nulla potētior est. Cunctis siquidem auiibus ex-
cellentius volat: & ab ipsius iouis archano nunquam excluditur. Cumque
tanto visus acumine vigere dicatur: ut ab ethere summo piscis
culos in profundo maris contueatur: & in ipsum solem quod nulli
animantium licet figat obtutum/ sensuum quidem subtilitate de iouis
gratia conscientiam veritatis rerumque misteria mutua-
tur. Quis enim falsum interpretem dicat: quem consiliorum iouis
nouit esse participem? Locris aduersus crotonienses dimicanti-
bus/aquila dum pugnabatur supuolans: victoriam dicitur con-
tulisse: cum pauci numero deleuerint infinitos. Hoc tamen va-
lidiori signo scribitur laboratum: eo quod duo iuvenes procerioris
stature elegantioris forme in candido habitu ab utroque latere lo-
cos precesserit scilicet ut erat communis opinio castor & pollux.
Oia vero huiusmodi cum geminantur potentiora sunt. Dum

hiero de quo supra prima bella iniret: aquila ex improviso re-
 dit in dipeo progrediētis manu promptum regemq; futurum
 significans. Ea die qua natus est alexander due aquile tota die
 per pedes supra culmē domus patris eius federunt: omen dupli-
 cis imperii europe aseq; preferentes. Vultures difficultatem
 portāt/duriciam/rapacitatem: sicut habes in origine vrbis con-
 dende. Fenix singlaris felicitatis successus pollicetur quale est
 quod noua roma viso fenice meliorib⁹ auspiciis cōdita ē. Auis
 picta vrbi pictauorum contulit nomen: leuitatem gentis colo-
 re & voce prefigurās. Ardea rerum arduarū auspiciū est. Ci-
 conia quoniam auis cōcordie est: concordiam inuenit: aut con-
 cordiam facit. Grus semper affert quod expedit vnde & gruere
 verbum antiquum a quo congruere quod pficit: & ingruere cō-
 tra quod officit. Vnde illud. Bis vicibus ingruit imber. Necta
 men minores contemptui habeas: cum & pica loquax sicut ad
 multa: sic ad susceptiōem hospitiū facit te cautiorem. Si auis
 que vulgo dicitur albanellus preteruolans viam a sinistris fera-
 tur ad dexteram de hospicii hylaritate non dubites. Si contra
 contrarium expectabis. Aues quoq; domestice artificii huius
 non sunt expertes: cum galli cantus spem: iter: vel opus incho-
 antis promoueat. Tyberio nascituro pregnans linia ouum gal-
 line subductum eo vsq; nunc suis/nunc ancillarum manibus eo
 vsq; fuit: donec gallus insigniter cristatus exclusus est. Vnde
 et augures puerum qui nasciturus erat dixerunt regnaturū. Bu-
 bonis/strigis et noctue/semper infausta sunt oia. Noctua tamē
 eo q̄ noctis tenebris non cecatur: diligētis hominis vigilantia
 signat: vt in portento quo in hasta hieronis cum primum pgre-
 deretur ad bellum noctua dicitur confedisse: significans eum fu-
 turū diligētissimum. Bubonem dido dum misceret enee sensit
 infaustum. Si accipiter quippiam ve generis huius sub oculis p-
 ficifcentis solitam rapinam exerceat: inter eundem rapacitas i-
 minebit. Quod et ioculariter inuens naso ait. Odim⁹ accipi-
 trem quia semper viuit in armis. Regulus quoq; ipse qui et bi-
 trisus dicitur: vera quandoq; portendere non dedignatur. Mi-
 nute etiam aues aduentu suo vel recessu significat familiā nunc
 minui/nunc augeri. Omnium vero volatus q̄to serenior tanto
 laudabilior. Vnde melampo augur prenomiatus conquerit
 stragem grecorū coniciens ex volatu. Vides vt nulla serenos
 ales agat cursus. **C**A bestiis quoq; viarum trarum euentus
 scrutaberis. Leporis timebis occursum si tamen euaserit. Est

De vulture.

vt. l. de vete.
iure enucle. l.
j. qui roman.De ardea.
De ciconia.

De grue.

De pica.

De albanello.

De gallo.

Hō liniam de
tyberio pgnā
tem ouū fouit:
se donec gall⁹
excluderetur
cristatus.
De bubone/
strige/et no-
ctua.De hoc virgīl
in. iij. eneid.
De accipitre.Naso.
De regulo.De minutis
aubus.

Melampus.

- De lupo.** enim proculdubio longe commodior in mensa q̄ in via. Lupo obuius congratulaberis: boni siquidem nuncius est: licet solo visu nocere soleat ei quem ante preuiderit vocēq; precludere. Iuxta illd virgilii. Vox fugit ipsa lupi merim videre priores. Hiero siculus litteratorio insilens studio: inter coequales stilo operam dabat: eiq; lupus in turba puerorum repente conspectus turbam eripuit successus hominis firmans inaudita forma prodigii. Quid multa? Lupi efficaciam nō negabit quisquis gen⁹ romanorum lupino lacte nō ambigit educatum: vnū plerumq; quod in eis dulcius est: ad hoc lupinū sapore retinet: primi q; eorū fidē quā a matre lupa didicerāt sibi inuicē seruauerūt: eadēq; quadam lege nature manauit ad posteros. Ouib⁹ gratanter obuiam gradieris dum capram vides cui alludēs poeta ait. Occursare capro cornu ferit ille caueo. Bobus triturantib⁹ libētius tamen arātib⁹ obuiabis: nec displiceat si viā ruperit: quia moram itineris hospicii gratia cōpensabit. Mulus infautus est: asinus inutilis: et si vtilissimi sint ad onera perferenda. Equus quādoq; bonus est: sed in eo nihil vtilius q̄ q̄ hūanis vsib⁹ seruit: habet vero iurgiorum et pugne significationem. Interdū tamē ex calore et vlu mitigatur. Vnde apud virgilium. Visis equis albis apparente italia senior anchises exclamat. Bellum o bellū terra hospita portas. C Ceruum/capreolum: aprūq; siluestrem onagrum: & cetera huiusmodi malo prandenti apponas: q̄ vianti opponas. Eneas ceruis p nauiū numero fufis omen quod cōtrarium videbatur ad se sociorumq; fortunam virtute retorfit. Canis sequipeda cōmodissimus est. Cuius si vera est hebreorū traditio/nec angelus ipse thobie socius aspernatus est comitatum. Quid quod syrus scelere aui expositus in filius/vt periret: canicule vberibus/regnum adeptus est persarum. Locusta est & si minimum possit itinerantium tamen prepedi vota: ex eo forte sic dicta: q̄ loco stare faciat gradientes. E contra cicada viatoris promouet gressum & nūciatorū amenat exitū. Aranea dū a superioribus filum ducit spem venturę pecunie videtur afferre. Obuius bufo futuros successus denūciat: mihi tamen vel solo visu molestus est. Verumtamen homine ipō nihil potenti⁹/nihil efficacius est/nihilq; mortalium vnq; inuenies/quod euidenti⁹ exprimat veritatem. Porro si artem diligēter exequeris: conditionem eius: & dona nature: situm: gestum/motumq; corporis: sensumq; sermonis/ tota mentis intentione notabis.
- In. viij. bucolicozum.**
- De oue et capra.** Virgili⁹. s. bucolicozum.
- De mulo.**
- De asino.**
- De equo.**
- In. iij. eneid.**
- De ceruo.**
- De cane.**
- De locusta.**
- De cicada.**
- De aranea.**
- De bufone.**
- De homine.**

¶ Sacerdotem obuium aliumve religiosum dicunt esse infaustum. Ego quoque perniciosum credo non modo sacerdotibus sed & viris sapientibus contraire. Melius quoque est obuiari genti feruorū quā hiis qui summa sunt prediti potestate. Feminā quoque que capite discooperto incedit infelicem crede: nisi ut apud plinium legitur publica sit: aut plurium libidini pateat prostituta nec expedit illi occurrere que amoto velo caput suum deturpare non erubescit. Ab his que primo audieris iter operis cuiusque auspicia: quid sequatur prenoscas. Hinc deus incumbens baculo quem dextra gerebat. Omnia principiis dixit inesse solēt. Auditas voces timida perpendimus aure. Et primum visam consulit augur auem. Ea siquidem futurorum prenostica sunt. ¶ Petilius consul romanus oppugnans castrum in sicilia cui nomen letum erat: cum milites accingerentur ad pugnam ait. Ego hodie letum capiā. Casusque sic accidit cū ipse eadem die fuerit interemptus. ¶ Alius quoque consul/ cum a senatu destinaretur ad expugnandum regem persarum: a filia quam in hostio domus flentem obuiam habuit causam quesuit. Cūque illa responderet periisse persam: sic enim catulus qui forte perierat dicebatur: profectus in expeditionem triumphum iam inuenit: eo quod rex persarum perierat: quando filia consuli catulum flebat amissum. ¶ Ab ipsis etiam elementis aut temporis qualitate: rerum frequenter trahuntur auspicia. Fortune duriciam gratia roris aut modestus ymber emollit. Roscidum quippe: & super pluuiale tempus: aerque sudus † dū operis cuiusque incunctatē ortum persequitur: creditur eiusdem fortunare processum. ¶ Cū fortuna que frigios exules liuenti oculo diu perstrinxerat: tandem benignius quasi de specula gratie respexisset: olli ceruleus supra caput astitit imber. ¶ Venus naufrago filio apud didonem hospiciū preparans eūdem fido achate comitatū: dum introduceret i regine gratiam caua nube obtexit. ¶ Tonitrua quoque varias habent significationes. Si enim afferant quamcumque fulminis lesionem: infausta sunt. Vnde illud. Sepe malū hoc nobis si mens non leua fuisset. De celo tactas meminī predicere quere. In his autē & illud perpēdit: an semita vna descēderit: an multifaria aeris ruptione diffusos sparserit ignes. Hoc eque dē sēp tristi est. Dū quā cēsar ciuili bello p̄rie imineret quā fulmīosus aer extiterit/ quāt habuerit igneos turbines/ quāt trabes emiserit: nec veteres hystorie sufficiūt enarrare. Et tūc ignota obscu

De sacerdote et religioso.

De femina in cedete capite viscoperto.

De petilio consule.

De tempore ferendo et nubilo.

† Illud videtur. i. mollis vel humidus.

De tonitruo. De fulminibus et alijs aeris turbinebus tpe quo bellū ciuile cesar mouit.

¶ Tonitruū a pte sinistra fuit enee propitium.

¶ Tyberius timore fulguris tēpore nubilo portabat in capite coronam lauream.

¶ Hier. x.

¶ Oratio qñ fulminat.



¶ Prover. xxvj. Prover. xij. De fulgore igneo.

¶ De signis in ortu alexātri et octauiani. De vento in exitu exercit⁹ De vēto in bello tā in acie q̄ circa patriam

¶ De signo mugitus terre.

ri videntur sydera noctes. Si vero fulminis careat tempestate. si leuissimum sonet deorum creditur nunciare fauorem. Eneas iouē a sinistris tonantem audiens: se eum premissis sacrificiis opinatur habere propitium. Sed qualitercūq; ista se habeant: innatū timorem hominum poterit mitigare: q̄ nemo sentiet fulminis ictum / si ante tonitruū sonum audierit: aut preiderit: chorus cationem. **¶** Tyberius cesar turbatiore celo laureā coronam gestabat in capite: quia hoc genus frondis fulmine negetur afflari. Tonitrua siquidem timidissime: & vehementer semper exhorruit. **¶** Est tamen quod proculdubio longe tutiorem faciat hominem si fidem crucis seruat in pectore / iustitiam fidei gestat in capite / & salutiferum signum fidei / manus innocens / figat in fronte / illum semper pre mente habens qui cultoribus suis omnem mūdi timorē excutiēs ait. A signis celi ne timueritis que timent gentes: quia ego vobiscum sum dominus deus vester. Hec quoq; verba inter tonādum / vel audita / vel dicta / scribūtur a quibusdam noxam fulminis amouisse. Nihil autem est quod imminentibus signis ita totum concutiat hominem sicut mēs sibi conscia iniquitatis / & que scelerum suorum penam ad singula timet exposci. Vnde ethicus de criminosis. Hi sūt qui trepidant & ad omnia fulgura pallent. Econtra iustus confidit vt leo / & illud non contristabit iustum quicq; ei acciderit. Fulgor quidem igneus si vrendo non noceat / celebritatis gloriam affert. Neq; quia non vrit igneus non est si tamen in hoc plato recipitur. Due sunt inquit ille (vt opinor) virtutes ignis. Altera edax & peremptoria: altera mulcebris & innoxio lumine. Posteriorē asserit operatricem visus & superioribus vim suam maxime exercere. Ascanium fatalis exilii cum patre discrimina subeuntem ignis de celo quasi succēso capite illustrauit: prenunciāns ei deberi felicitatem exilii / ipsumq; futurum in gentē magnam Alexātri macedonis & octauiani augusti: sub ipso eorum ortu claritas ignis miraculo declarata est. **¶** Proficiscētem expeditionem dum egreditur prosequens vētus successuū spem fortunat dum in hostes vexilla feruntur: aeris testimonio vexilla triūphabunt. Si vero patrie imminēt iustissimum incutiunt metum. Terra quoq; ipsa misteriorū conscia est sed grauiā omnia frequentius portat: eo q̄ fundata super stabilitatem suam mauult quiescere q̄ moueri. Cum ergo mugitus eius auditur amaris euentibus condolet: & quo affectu suis compatia- tur alūnis / vocis sue tristitia ptestat. Magna siquidē & pia pa-

rens omniū est: Studuerat hec ab amplexu hospitis arcerē phē-
nissam: sed quia conciliatrix hospiciū uenit iā preualuerat: ta-
cta dolore cordis intrinsecus mugit: quoniam ei mugitus pro-
gemitu est: hec eadem quotiens tremit filiis suis preuidet ali-
quid metuendum: nisi forte parturiēdo laboret. Tunc uero uel
omnino facit abortum: aut inutilem fetum parit: quia ut mul-
tum sepe cum parturiunt montes nascetur ridiculus mus. Hec
sunt quibus totam uigilantiā suam uideas accommodare q̄ plu-
rimos. Cetera de genere hoc adeo sūt multa: loquacem ut lassa-
re queant fabium: quibus quecūq; domus institerit: eam nec ab
ipsa salute arbitror posse saluari.

¶ Explicit liber primus.

¶ Incipit prologus in librum secundum.



Omnia cedunt in usum sapiētis: habētq; ma-
teriam uirtutis exercende quecūq; dicitur/
aut fiunt. Nā & oia eius negocia sunt: & dū
rationis libramine rerum omnium vires pen-
sat prouida dispensatione quicquid ad beati-
tudinem proficit quasi quadam manu uirtu-
tis apprehendit. Tu ergo diuine sapiētie tue
argumento validissimo dupliciter fidem facis: dum & in tuis
actib⁹ rectus incedis: et philosopharis in nugis alienis. Alacres
itaq; exeant nuge nostre quas serenitas tua prodire iubet in pu-
blicum: ut cōiectores mathematicos cum quibusdam aliis nur-
gatoribus introducant: quia quibus dedisti egrediēdi audaciā:
securitatis quoq; fiduciam prestabis. Connectatur ergo inferiora
superioribus: ut si quid in alterutris uiciosum aut deforme ap-
paruerit: benignitatis tue prudētia corrigatur.

¶ Explicit prologus libri secundi.

*Hō exemplo
alieno quē pos-
se sua pagere.*

Polícraticí de Curialíũ nũgís.

Omnia vana esse: et res ex fide sua cuiq; respondere.
Capitulum primum.

*Nota non esse
credendũ som-
nijs et augu-
rijs.*



Rusticanũ & forte offelli prouerbiũ est. Qui somnijs & augurijs credit nunq̃ fore securũ. Ego sententiã et verissimã et fidelissimã puto. Quid enim refert ad cõsequentiam re-
ni: si quis semel aut ampli⁹ sternutauerit: qd si ossitauerit: quid deinde si vñdecũq; sonũ emiserit? Hec tamen ex causis quas phisici nouerunt aliquatenus ad eum pertinet circa quem fiunt. Esto/ dum aliena opera impedire aut promouere nõ queant: sicut nec inania carmina aut supstitiose quedã ligature q̃ tota medicorũ secta cõdemnat: licet hec ipsa a quibusdam eminentiori quodã nomine phisicã soleant appellari: phisicũ etenim dicunt: cuius occultissima ratio est: vt humano sensu nequeat comprehendí. Nihil etenim est vel sit cuius ortum legitima causa & ratio nõ pcedant. Et vt alius ait. Nihil sit in terra sine causa. Cõstat itaq; q̃ artificis nature manũ nihil euadit. Ex quo cõsequenter patet: ad philosophiam omnia pertinere. Ego quidẽ quocunq; modo ista se habeãt: indubitanter credo illa sola nõ esse respuenda que ex fide proueniunt et referũtur ad gloriam omnipotẽtis dei: cũ scriptum uouerim. Omnia quecũq; in opere vñ in verbo feceris in nomine dñi facite: in quo solo via hominis p̃sperat. Sic omnium sanctarũ turba precessit. Guthbert⁹ signifer quidã gentis nostre in lege domini euãgeliũ iohannis supponebat infirmis & curabantur. Beati stephani tunica superposita et mortuum suscitauit. Simbolum apostolicum demonia cũ a quo portabatur curauit. Oratio dominica herbis dum legebãtur aut dabantur ex fide dicta: sepissime contulit optatum salutis effectum. Beatus benedictus signo crucis vas mortiferũ fregit: ac si pro signo lapidem intorsisset. Capitula euangelii vel gestata: vel audita: vel dicta: inueniũtur profuisse q̃ plurimis. Hec equidem & similia non modo licita: sed & utilissima sunt. Alia vero non tam cõtemnenda q̃ fugienda. Certum siquidem est q̃ diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Infideles aut reprobos: aut etiam hesitãtes in fide: multis permittit deus ludificationibus subiacere. Omnia tamen tantum possunt quantum excipientis fides permittit. Vnde & iulius cesar nullo augurio nullave superstitione a quocunq; incepto potuit absterri. Cõtigit em̃

*Phisicum
quid dicatur.*

*Cõcor. j. lib. iij.
ca. viij.
Job. v. ca.
Hõ omnia ad
phiam prinẽ.*

*Colocen. iij.
et ar. l. in noie
vñi. L. de offi.
prefec. pret.
De guthberto
Nota p euangeliũ
Jobis i firmos sanari.
De orone do-
minica.
De beato be-
nedicto.*

*vt in. c. f. extra
de here. r. Job
c. iij. qui dubi-
us est in fide
i fideliter agit
et q̃ populatoz*

vt quāq; in affricam nauigio proficiscēs in egressu nauis prolabe-
retur: verso itaq; in melius omine: teneo te iquit affrica: eāq; ob-
tinuit: preterea calphurnia vxor eius ea nocte quam is in terra
ultimā gessit: vidit eum multis vulnerib; cōfectum in sinu suo
iācere: rogansq; vt die sequēti a curia abstineret: nō obtinuit ne
ille in vita sua aliquid timidum quocunq; auspicio egisse videre-
tur. In excidio massiliensium lucum qui diis sacratus haberef:
primus ausus est credere probās se ab omni superstitiōe alienū.
Beatus quoq; marcus euangelizandi causa alexandriam profi-
ciscens: cum nauem egressus rupisset calceū gratias agens iter
suum expeditum esse protestatus est. Si quis reuocatus fuerit
intereūdum: non ob id si quid in nomine domini fuerat inchoa-
tum pretermittat: nisi forte omnem reuocationem ominosam
esse corni persuadetur exemplo: qui coloris amisit venustatem
dum reuocatus a cornice progredi maluit q̄ manere. His vero
nugis mens incauta seducitur: sed fidelis nequaq; acquiescit.

est vastat rē.
vnde in euan-
gelio dī. fides
tua te saluauit

De brō mar-
co euāgelista.

De coruo qui
pdidit colorē.

¶ Non contemnēdas esse rerum omnino na-
turaliū significationes. Capitulum. II.

Non tamen licet omnia vana esse: fidemq; arguriis al-
ferere non habendam: ideo signorum que a disposi-
tione diuina ad erudiendam creaturam cōcessa sunt
fidem & fructum euacuo. Multipharie siquidē mul-
tisq; modis suam deus instruit creaturam: & nunc elementorū
vobis / nunc sensibilibium aut insensibilibium rerum iudiciis pro-
nt electis nouerit expedire: que ventura sunt manifestat. Futur-
ras itaq; tempestates aut serenitates: signa quedam anteceden-
tia preloquūtur vt homo qui ad laborem natus est: ex his pos-
sit sua exercitia temperare. Hinc agricole / hinc naute familiari-
bus quibusdam experimentis quid quo tempore geri oporteat
colligunt: qualitatem temporis futuri ex eo quod preterit me-
tientes. In qua re nec aues de quibus sermo precessit: parentis
nature beneficio arbitror destitutas. Mergus: alciones: cignus
archana nature frequēter aperiūt. Cū etenim circa mediū hye-
mis / alciones nidificare ouaq; fouere cōspexeris: de quindecim
dierū gratissima serenitate ne dubites: eosq; naute solēt diligen-
ti? obsuare: dicuntq; dies altiōite: quib; vix vltenuis flat? aura
sētif. ¶ Hos ad pcuratiōne pullorū suorū sibi a natura cōcessos
verisimiliter opinaberis. Cum vero fluminalium auiū corpora in

¶. lib. f. ca. de
omnibus.
De mergo / ale-
tione / r cigno.
Alciones quā
nidificant in
hyeme. xv. die
bus tempus
serenatur.

Polícratici de Curialíũ nugis.

De cornice
clamante.

aq̃s auidius mergi cõspit:imbres expecta. Cum clamorem
cornicis audies matutinum/pluuiam petit:haut ideo credo q̃
fit diuinius illis ingeniũ/aut rerum fato prudentia maior: sed
quia morantes in aere motus illius citius sentiunt in seipsis &
inde hilaritatem concipiunt aut merorem. Nec mirum cum &
grauiora animalíũ corpora ad exteriorum motus frequentissi-
me disponantur/& archano quodam nature consilio gerant ele-
mentis necessarium morem. Que enim animalium corpori-
bus bona vel mala immineant:si se temporaliter/vel extempo-

De medicis.
Fatalitas seu
pestilentia ex
pcedētib⁹ sig-
nis agnoscit̃

raliter reddiderint tempora:ars phisicorũ regulis suis satis pro-
babiliter cõprehendit. Futuram etiã sanitatem:aut egritudi-
nem aut statum quem dicunt neutralitatem/fatalitatem quoq̃
ipsam ex precedētib⁹ signis agnoscat:& interdum si causas
nouerint efficacissime curant. Si vero vt verbo eorum vtãr cau-
sas ignorant quomodo curant? Nõ utiq̃ artis beneficio sed for-
tune:iudicium vero quod est signorum cognitione proferũt:&

De signis in
luna.

si difficile/sepe verissimũ est. Multis quoq̃ signis tranquillitas:
et varie tempestatum forme procellarumq̃ produntur que ve-
lut in specula lune orbis insinuat. Ostendit namq̃ rubicundus
color ventos/ceruleus pluuias:ex utroq̃ cõmixtus nimbos in-
dicat furentesq̃ procellas. Letus orbis serenitatem nauigiis re-
promittit: quam gestat vultu/precipue si quarto ortu is enim
auctor certissimus est neq̃ obtusis cornib⁹ rutila:neq̃ infusa fue-
rit humore fuscata. Tunc enim totus & ille dies:& qui nascetur

De signis sol.

ab illo exactum ad mensem vento pluuiaq̃ carebunt. Sol quoq̃
cadens interest vtrum equalibus gaudeat radiis / an obiecta
nube rutilet/vtrum solito splendore fulgidus/an e ventis vrgē-
tibus igneus/niue sit pallidus an pluuiã sit impendente macu-
losus. Aer vero & mare ipsum/nubiumq̃ magnitudo vel spe-
cies/plurimum afferunt instructionis. Sed & aues et pisces fu-
turoꝝ certissima produũt signa que Virgilius & Lucanus di-
uino comprehenderũt ingenio:sed & Varro in libris noualib⁹
dum sollicitos instruit nautas.

De signis
aeris/maris/
et nubium.
De signis aui-
um & pisciũ.

¶ Signorũ alia esse vniuersalia: alia particularia:& qd signifi-
cet geminatio solis.

Capitulũ.III.

De geminatio-
ne solis.

Que vero in sole & luna fm naturam signa contige-
rint certissima sunt / & auctoꝝ multoꝝ testi-
monio comprobata. Solem quis dicere fallum aude-
at? Quotiens ergo sol in celo videbitur geminari:
inundationem aquarum subiectus orbis expectet. Et licet a ra-

ritate sui miraculis videat accedere: op⁹ tamen nature est: que quidē soles nō gemit: sed nubē similimā facit: vocaturq; pareliō. Est etenim pareliō nubes similima soli: signum quidē commune multis: & si nō generale. Signorum quidē alia particularia: alia vniuersalia sunt. Particularia vero faciunt singulis/vniuersalia multis aut vniuersis. Vtraq; autē modo ex clemēti dispositione creatoris/mōdo ex natura rerū:mōdo ex malicia demonum homines deo pmittēte ludificantū prouenire dicunt. Sed que & quō quave de causa: iudicium quidem difficile est & frequenter incertum: & sepe alti⁹ q̄ vt ab hominibus valeat expediri: eis tamen licentiori vanitate mathematicorū referti sūt libri. Eneas matre dea mōstrāte viā: data fata secutum se asserit: eo q̄ egrediēti lucifer: qui & venus donec ad ytaliam perueniret appauerit auspicianti. Defectus solis varios: luneq; labores: renū euentibus curiositas humana coaptat.

¶ De signis que precesserunt excidium hierosolimitanum nouissimum. Capitulum. IIII.



Etus narrat hystoria sic dicta q̄ est auctor eius incertus: et vetera refert q̄ imminente hierosolimorū excidio eclipsis lune per duodecim noctes continuas etiam in remotissimis locis protracta est: forte significans iudaice perfidie & superstitionis erroris euersionē/que christo per predicationem apostolicam mundo illucescente rectissime contigit. Scriptum est enim. Stultus mutatur vt luna: sapiens vero cum sole permanet. Alia quoq; q̄ plurima diuino super incredulos imminente iudicio acciderunt: que si per singula prout ab auctoribus digesta sunt cepero enarrare: vel sola hec proprium tempus desiderabunt & ocium. Pauca tamen auctore iosepho cōpendioso sermone percurram: eo q̄ ad roborandam fidem nostram proficiunt: et ad retundendam obstinatam perfidiam iudeorum. Quadraginta nāq; post admissum piaculū continuis protracta annis impiorum pena differtur. In quibus et apostoli omnes/ precipue tamē iacobus qui dicebatur frater dñi/hierosolimis episcop⁹ cōstitutus indefinenter populum cōmisse impietatis et feralis ausi de scelere commonebant: si forte possent cōmissi penitudinē gerere. Si possent flere p̄ scelere: & si vltices penarum flammis/lachrimarum vbertate restringere. Osēdebat nāq; eis deus per suā patientiā q̄ ipsorū quereret penitentiā: quia nō vult tm̄ deus mortē peccatoris: quātū vt cōuertat et viuat. Mollire autē adhuc mētis eorū duriciam nitebatur

Pareliō qd sit.
Signorū alia sunt vniuersalia/alia particularia.

Eneelucifer apparuit.

Hystoria vetera curdicatur.

Ecc̄i. xxvij.

Iosephi dictū

Jacob⁹ q̄ dicebat frater dñi ep̄s hierosolimis cōstitut⁹ ē.

Ezechielis.
xvij. 2. xxxij.

*Josephi com-
mendatio.*

*De stella p̄ful-
gente simili
gladio.*

*Xanticus.
De fulgore lu-
minis magno
in nocte.*

*De vitula que
in sacrificio
agnū peperit.
De ianua ma-
xima ⁊ ponde-
rosa vltro
aperta.*

*De mēse arte-
mesio vocato
mayo apud
nos.*

*De curribus
et quadrigis/
et acieb⁹ in ce-
lo visis.*

*Iesus filius
anane.*

diuina maiestas/signis et prodigiis celitus datis: terroresq; si-
mul & minacem dexteram ostendendo/potius q̄ inferendo: de
quibus supradicti hystoriographi fides: vt in ceteris etiam in
hoc sufficiens erit. Relegam⁹ ergo qd in sexto hystoriarū suarū
libro de his ipse signauerit iosephus. Sed infelicem inquit ple-
bem teterrimi quidem homines et deceptores falsa vaticinan-
tes suadebant: vt euidentibus signis et iudiciis iracundie & in-
dignationis diuine non crederent: quibus aperte futurum & vr-
bis et gentis presagabatur excidium. Sed velut afflati & amen-
tes: & qui neq; oculos neq; animas in se haberent spernebāt om-
nia que celitus nunciabantur. Etenim stella prefulgens/ gladio
per omnia similis/ imminere desuper ciuitati & cometes: pre-
terea exicialibus flammis ardere visa est per totū annum. Sed
et ante excidii tempus ac belli: cum populi ad diem festum con-
uenirent octaua die mensis xantici qui est aprilis tempore noc-
tis hora nona tantus luminis fulgor aram templumq; circum-
dedit: vt putarent omnes diem clarissimum factum: & per-
mansit spacio hore dimidie. Quod imperitis quidem & igna-
ris prosperum videbatur: sed legisperitos & probos quosq; do-
ctores non latuit exitiale portentum. In eadem quoq; festiui-
tate vitula sacrificiis admota & aris assistens: inter ipsas mini-
strorum manus enixa est agnam. Sed & ianua interioris edis
que respiciebat ad orientem cum esset ere solido induta ac per-
inde immensi ponderis que vix viginti viris sumo conatu im-
pellentibus clauderetur ferreis quoq; vectibus & feris munita
ac pessulis in altum demissis teneretur obstricta: repente hora
noctis sexta prima & xx. die mensis apparuit sponte patefacta.
Sed & transacto die festo post aliquot dies prima & xx. die mē-
sis arthemēsii qui apud nos maius vocatur prodigiosus appa-
ruit visus & fidem pene excedens. Quod vere falsum putaretur
nisi oculorum fidem confirmasset malorum consecuta per-
niciēs. Etenim prope solis occasum visi sunt currus & quadrige
in omni regione per aerem et armatorum cohortes misceretur
bibus: & vrbes circumdari agminibus improuisis. In alio item
die festo qui penthecostes appellatur noctu sacerdotes ingressi
templū ad ministeria ex more complēda: primo quidem mot⁹
quosdā strepitusq; senserūt: tum demū voces subitas audiūt di-
cētes. Migrem⁹ hinc/ migrem⁹ ex sedib⁹ istis: additur his etiā
aliud terribilius. Etenim quidam ananie fili⁹ iesus nomine vit-
plebeius & rusticus ante quartum belli annum cum ciuitas &

in pace & abundantia perduraret in die festo tabernaculorum repente clamare cepit. Vox ab oriente: vox ab occidete: vox a quattuor ventis: vox super hierosolimam & templum: vox super sponfos et sponsas: & vox super populum: & indefinenter diu noctuq; per omnes plateas circumiens hec clamabat vsque quodam primores ex populo viri: velut ifausti presagii indignatione commoti correptu hominem multis verberibus afficiunt. At ille nequaquam pro se aliquid loquens. Sed nec eos quidem qui circumsteterant deprecans: easdem voces pari obstinatione & clamore repetebat. Tunc principes intelligentes vt res erat numinis esse in viro motus: perducunt eum ad iudicem romanorum: apud quem flagris ad ossa vsq; laniatus: neq; preces neq; lacrimas fudit. Sed eadem vocem miserabiliter & cum quodam eiulatu emittens per singula pene verbera proferebat/ addens etiam hoc ve/ve hierosolimis. Prosequitur & aliud idem hystorographus maiore gestum miraculo dicēs oraculum quoddam in sacris litteris repertum qd per idem tempus virum designaret ex eorum regione processurum: qui totius orbis potiretur imperio. Cuius oraculi presagium idem hystorographus vespasianum declarare suspicatur. Sed vespasianus non aliis q̄ illis solis gētibus que romano imperio videbant subdite dominat⁹ est. Vnde iustus ad christum hec responsa referuntur/ ad quem dixerat pater. Pete a me & dabo tibi gētes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terre: & cuius per idem temp⁹ per apostolos suos. In omnem terram exiit sonus eorum & in fines orbis terre verba eorum.

Quanta fuerit calamitas obsessorum: & obstinate malicie quis fuerit finis & que pietas titi. Capitulum. V.

Tne tot & tanta mediocri plage aut perfunctorie indignationis dei aduersus impenitentiam iudeorum signorum precessisse videantur indicia: calamitatem intolerabilem: excidium irreparabile/reprobate & excecitate gentis inauditam et amctis seculis incognitam seruitutem succinctus sermo percurrat. Quātis ergo malis tūc vniuersa mulctata sit: atq; ipsa iudee terra: bello: fame: igni: cedibusq; vastata sit/ q̄ta populorū milia patres simul cū coniugib⁹ ac paruulis liberis absq; numero & absq; discretionē trucidati sūt: que etiam diuersarum vrbium obsidiones: sed & ipsi⁹ magnifice & famosissime ciuitatis hierusalem quanta vastitas/ & quanta

Qualiter plebeius clamatus fuit duct⁹ ad iudicē romanū vbi vsq; ad ossa fuit laniatus.

De oraculo in sacris lris in uēto cōtinēte ex regione iudeorū dñm orbis processurū.

ps. ij.

ps. xvij.

De magnifice & famosissime ma ciuitate hierusalem.

Danielis. ix.



Luctuosa tragedia.

Metrum grece
latine mensura
dicitur.

fuerit diuersarum mortium strages: quis p hec singula bellonꝝ
extiterit modus: & vt fm id quod prophete dixerant. Abomia-
tio desolationis in ipso quōdam dei famosissimo collocata sit tē-
plo: atq; ad vltimum cuncta ignis populatus sit & flamma con-
sumpserit: si quis plenius nosse vult/hystoriam iosephi relegat.
Nos vero ex his ea tantum que ad explanationem suscepti os-
peris sufficiunt assumemus: in quibus refert q̄ ex omni iudea
populi in die solemni pasche hierosolimam velut exitiali qua-
dam manu cogente conuenerant. Quos tricies centena milia
dicit hominum fuisse/iusto scilicet dei iudicio tēpore hoc vltio-
nis electo: vt qui in diebus pasche saluatorem suum & saluato-
rem christum domini / cruentis manibus & sacrilegis vocibus
violauerunt in ipsis diebus velut in vnum carcerem omnis mul-
tudo conclusa feralis pene exitium/quod merebatur exciperet.
Preteribo sane que in eos/vel gladii cede/vel aliis belli ma-
chinis collata sūt explicare: ea tantummodo que dire famis exitio
pertulerunt supradicti hystorographi sermonibus proferā:
quo legentes hec intelligant q̄tum piaculi sit audere aliquid in
christum: & q̄ grauib; ausa supplicii; experiētur. ¶ Age itaq;
quintus iosephi hystoriarū liber ponatur in medio: ex quo om-
nis eorum luctuosa tragedia pernoscatur. Diuitibus autem per-
manere inquit aut perire vnum atq; idem erat. Si enim in vrbe
permanissent facultatum suarum causa/crimine obiecto quasi
qui de transfugiēdo cogitarent/perimebantur. Necessitas vero
famis: facticiorum extollebat arrogantiam. Et vtrumq; simul
inedia cum temeritate crescebat. Publice vero frumentū nusq;
omnino erat: sed irruentes vrbis predones perscrutabantur do-
mus: & si quid inuenissent tanq̄ de his qui sefellerant penas sur-
mebant: si vero non inuenissent: nihilominus tanq̄ eos qui oc-
cultius et diligentius absconderant cruciabant. Iudicium vero
haberi ab eis pabula capiebāt hoc ipso q̄ adhuc viuerent: & sub-
sistere corporibus videbantur/tanq̄ qui profecto iam interissēt:
nisi absconditos vsquam tegerent cibos: si quos sane tabescētes
macie vidissent hos cum venia preteribant: superfluum putā-
tes perimere quos paulo post assumeret fames. Multi tñ in oc-
cultis oī cēsu suo mercati sūt vnū metrū: si diuites frumēti ordei
si inferiores fuerunt/& concludentes se in interioribus quibusq;
penetralibus domus: nonnulli nec in panes confectas imo cru-
das fruges edebant. Alii vero inquātum vel necessitas vel me-
tus pmitteret excoquebāt. Et mensam quidē nullus expectabat

apponi: sed ex ipso semiusta igni rapientes / propria velut furtiva deuorabant: & erat infelicis ipsius sibi spectaculum miserabile: cum validiores quiq; inuenta diriperent. Imbecillibus vero nihil preter luctum superesset ac lacrimas. Et oim licet rerum acerbitates superaret fames: nihil tñ ita subruit atq; subuertit sicut verecundia. Quicquid enim saluis rebus pudore dignum est: id in hac necessitate contemnitur. Deniq; & vxores de viro-
 rum manibus: & filii de parentum et quod est infelicius matres cibos de paruulorum manibus atq; ore rapiabant. Et cum dulcissimi liberi in manibus atq; ante ora positi tabescerent: exigua vite subsidia a detibus ipsis eximere nemo parcebat. Verum ne ipsos quidem infelices & perexiguos sumentes latebat cibos: sed continuo aderat predonum quis / & statim vt clausas cuiuspiam conspexisset fores: indicium credebat esse q; intrinsecus positi ederent: & repente despiciatis foribus precipites irruabant: atq; ab ipsis (vt ita dicam) faucibus exprimetes: si quid forte in sumptu iam fuerat reuocabat. Verebantur senes si cibum vendicare tentassent: sparsis etiam crinibus mulieres trahebantur: occultare nitentes si quid forte deprehensum fuisset in manibus. Nulla senibus reuerentia: nulla erga paruulos miseratio: sed in exiguo panis fragmento paruulos inherentes: & ex ipso cui inheferant suspensos elidebant in terram. In eum vero qui raptores cibo preuenisset assumpto crudelius seuiebant: & excogitabant dira supplicia obturates infelicibus naturales digestionum meatus. Aliis vero preacutas fudes per eadem verenda adigentes. Horresco que gesta sunt referes. Ad cofectionem post hec vnus panis aut ciati farine: miseros perurgebat: nam ipsi tortores patiebantur famem. Esset enim quodammodo tolerabilius si hec copulli inedia facere viderentur: Sed vt vel prepararent sibi in posterum cibos / vel vt crudelitas exercitio conualesceret. In his etiam si qui forte furtim per stationes hostium pro colligendis herbis erupissent: occurreres eis qui se hostium man⁹ effugisse gauderet: diripiebat quicquid attulerat. ¶ Supplicanti-
 bus autem: & terribile quoddam sibi nomen dei inuocantibus: vt vel partem aliquam ex his que secum mortis periculo quesierant indulgerent: nihil prorsus prebebant: sed hoc benefici loco cesserat: si comprehensum viuum licuisset euadere. ¶ His aut post aliquata adiungit dicens. Iudeis vero cum egres-
 su vrbs ois pariter spes excludebatur salutis: & inualesces acer-

¶ Imbecillibus
 b⁹ lacrimas
 superesse.

¶ Mirabilia

¶ Iuuenalis in
 viij. satyra.

¶ Tortores.

bitas famis: domos simul & familias gentēq; vastabat: ita vt penetrabilibus strata iacerent mulierum pannulorumq; cadauera: per plateas vero infelicium senum corpora fame magis q̄ etate consumpta: iuuenes vero atq; omnis etas robustior velut simulachra quedam in viis & egressibus oberrabant: corruētes quocūq; loci gressum surripuisset inedia. Sepelire autem cadauera proximorum: nec defunctorum multitudo: nec virium debilitas permittebat: simul & pro vite sue incerto vnusquisq; verebatur. Deniq; aliq̄ti supra eos quos sepeliebāt aīmas emisere: multi etiam dum prosequuntur funera priusq; ad sepulchrum veniretur efflabant: sed nec plactus ex more defūctis exhibebatur aut luctus: quia hoc totum sibi vendicauerat fames. Sed nec ariditas inedia humorem cuiq; reliquerat lacrimarum. Obsederāt ciuitatem profunda silentia: & nox plena mortis cuncta cōtexerat: quibus malis omnibus grauiores soli vigeabant predones: qui ne sepulchra quidem diripere: & spoliare cadauera illicitum ducebant: non tam predam petentes q̄ scelus irratione cumulātes: & aciem gladiatorum suorum in cadauerum obtuncatione probantes. Interdum etiam in nonnullos adhuc spirantes / muro examinandus agebatur quod alii semineces cum viderent: supplices dexteras pretendebant vt in se quoq; beneficii loco cōuerterent scelus: quo scilicet cruciatibus / famis velocius absorberentur: sed nouo crudelitatis genere necem quam sponte inferebant: si rogarentur negabant. Cum tamen vnusquisq; deficientium cum gemitu retorqueret oculos ad templum: non de morte propria dolens: sed de impunitate predonum quos superstitēs relinquebant: & primo quidem sumptu publico sepelire mortuos iusserant fetoris intolerantia: vt vero omnē sumptum cepit vincere multitudo morientium: de muro cadauera precipitabant. **C**At cum tytus circuiens peruidisset repletas mortuorum cadaueribus valles & humani corporis tabo patriā terram rigari: cum ingenti gemitu eleuatis ad celum manibus deum inuocat testem hoc sui causa non prouenire: sed se sustinere ista inuitum. Et post aliquāta iterum iosephus talia quedam prosequitur. Non cunctabor inquit proferre que sētio. Arbitror enim q̄ etiam si aduersus impios ciues / romanorum paulisper arma cessassent: aut terre hiatu / aut aque diluuiio: aut sodomitanis ignibus aut fulminibus celitus supplicium tortis ciuitas: dependisset: que multo infaustiore illis qui hec perpessi sunt &

Nota mores
vulgarissimorum
hominum.

Cadauera precipitabantur
de muro.

nēquiores virorum presentem hanc protulisset etatē pro quibus omnis gens pariter mereretur extingui. Sed & in vi. libro de eisdem talia scribit. Et eorum inquit qui per totam ciuitatē famis inedia corrumpebantur multitudo innumerabilis erat: quorum nec explicari miseria potest. Per singulas nāq; domos sicubi aliquid fuisset cibi repertum: bella continuo et cedes inter caros ipsosq; parentes ac liberos nascebantur: dum non solum e manibus: sed ex ipsis etiam faucibus inuicem cibum rapere certabant. Fides autem nec mortuis erat. Sed & ipsi cum iam spiritum exalarēt perscrutabantur a predonibus: ne cui forte intragremium cibi aliquid refideret. Alii autem per inediam hiantes: velut rabidi canes huc atq; illuc ferebantur: & quasi insania quadam exagitati in easdem domos sub momento temporis iterum ac sepius iruebant. Omnia tamen necessitas vertebat in cibum: etiam illa que nec mutis quidē animalibus edere vsq; fuit. Ad vltimum ne loris quidem vel cingulis aut ipsis etiam calciamentis abstinerunt. Porcorum quoq; indumenta detrahentes conficienda dentibus ingerebant. Nonnulli & feni veteris festucas edebant: sed & de quisquiliis collectis parissimū pondus dragmis quattuor distrahebant.

¶ De maria que vrgente fame comedit filium.
Capitulum. VI.

Sed quid opus est per hoc pondus illius famis explicare cum gestum sit ibi facinus quod neq; apud grecos/ neq; apud barbaros illius vllus accepit auditus: horrendum quidem dicitur: auditu vero incredibile. Equidem libenter tam immane facinus ne quis me crederet monstruosa narrare siluissim: nisi multos memorie nostre viros testes cōmissi sceleris habuissim. Porro vero ne aliquid in hoc prestare patrie me arbitror: si subtraham eorum verba quorum pertulit facta. Mulier quedam ex his que vltra iordanis aluuiū cōmanebāt: nomine maria eleazari filia: de vico bethoron quod interpretatur domus ysopi genere & facultatibus nobilibus: cum reliqua multitudine que confluxerat hierosolinis reserta: cōmunem cum omnibus obsidionis casum ferebat. Huius reliquas quidem facultates: quas domo in urbem conuexerat tyranni inuasere: si quid vero reliquiarum ex magnis opib; fuerat quib; victum quotidianum pertenuem duceret: irruent

Nota maximum facinus

Polícratici de Curialū nugis.

Satellites
predonum.

Qualiter m̄
iugulauit fili-
um et coquit
medietatē.

Matris verba
ad incitādum
p̄dones vt cō-
medāt de filio.

tes per momenta predonum satellites rapiebant. Pro quibus ingens mulier velut infania iam quasi ex indignatione fatigabatur: ita vt interdum predones maledictis in necem sui & cōnitiis instigaret. Venim cum neq; irritatus quisq; neq; miseratus eam opprimeret: & si quid forte cibi fuisset quesitum ab ea: id ab aliis quereretur: nec iam vsq; reperiendi copia fieret: famis autem dira visceribus ipsis insisteret ac medullis & ad furorem perurgeret iam inedia: fame et ira pessimis vsa consultoribus: contra ipsa iam armatur iura nature. Erat namq; ei sub vberibus paruulus filius: hunc ante oculos ferens inquit: infelicis matris o infelicior fili/in bello fame & direptione predonum cui te reseruabo? nam & si vita sperari posset: & iugo seruitutis romane vrgemur. Sed nūc etiam ipsam seruitutem preuenit fames. Predones vero vtraq; vi grauiores perurgent. Veni ergo o mīnate. Esto matri cibis/predonibus furor: seculis fabula que sola deerat cladibus iudeonum. Et cum hec dixisset simul iugulat filium. Tunc deinde igni superpositum torret: et medium quippe edendo consumit: medium vero reseruat obiectum. Et ecce confestim predones irruunt ab vste carnis nidore cōcepto: mortem minant /nisi sine mora cibos quos paratos senserāt demonstraret. Tum illa. Partem inquit vobis optimam reseruauī. Et continuo que superfuerāt membra retexit infantis. At illos repente ingens horror inuasit: et crudeles quibus animi diriguere: vox faucibus interclusa est. Illa vero truci vultu: & ipsis etiam predonibus truculentior: meus inquit hic filius est: meus est partus: & facinus meum est. Edite nam & ego prior comedi que genui. Nolite effici aut matre religiosiores: aut femina molliores. Quia si vos pietas vincit & execramini cibos meos: ego que iam talibus pasta sum: ego his iterum pascar. Post hec illi territi trementesq; discedunt: qui hunc solum ex omnibus facultatibus suis misere matri reliquerant cibum. Repleta est autem confestim vniuersa ciuitas nepharii sceleris, nuncio: & vnusquisq; ante oculos facinus quod perpetratum fuerat adducens: tanq; si ipse hoc perpetrasset horrebat. Omnes autem quos famis necessitas perurgebat: festinabāt magis ad mortem: beatos dicentes eos quibus contigit interiisse: priusq; talium malorum polluerentur auditu. Hec quidem iosephus.

¶ De numero occisorum: captiuorum / & peremptorum fame. Capitulum. VII.



Vem vero tanta calamitas inuenerit exitū eodē auctore per paucis adnectam. Colligens enim supradictus hystoriographus omnem numerum peremptorium: vel fame: vel ferro: vndecies centena milia designauit. Ceteros vero latrones vel ficcarios ac predones: post vrbis excidium mutuis interuisse declarauit vulneribus. Electos autem quosq; iuuenum quos decor corporis & proceritas commendabat: ad triumphum dicit esse reſeruatos. Reliquos autem qui supra. xvii. annos agebant etatis: vinctos ad opera egypti: per metalla destinatos: vel per ceteras prouincias esse dispersos. Alii quidem vt ad ludos gladiatorios. Alii vt ad bestias traderentur. Si qui vero intra septimum & decimum etatis reſerti sunt annum: per diuersas prouincias in ſeruitutem diſtrahi iuſſi sunt: quorum numerus vsq; ad nonaginta milia perductus est. Hec vero omnia geſta sunt ſecundo anno veſpaſiani imperii iuxta ea que ipſe dominus et ſaluator noſter ieſus chriſtus preſiderat: quippe cum ea que gerenda erant tanq̄ preſentia videret. Tūc cum ſc̄m euangeliorum fidem videns ciuitatem fleuit ſuper eam: et velut in auribus eius prolocutus eſt hec verba. Si agnouiffes inquit et tu in hac die que ad pacem tibi ſunt: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis: quia venient in te dies & circumdabunt te inimici tui vallo: & circumdabunt te: & perurſgebunt te vndiq;: & ad ſolū redigent te: & filios tuos in te. ¶ In hunc modum q̄ plurima diuine cōmonitionis tonitrua publice induratis auribus reſonabant quouſq; ſanguis iuſtorum: ſed & ipſius iuſti ſingularis & vnici qui ab impiis inique effuſus ē: iuſto dei iudicio quereretur. Attriti ſunt ergo plagis/bellis ſtrati & a patriſ ſedibus diuine indignationis exciſi turbine: vt in vrbe glorioſiſſima: ne lapis ſuper lapidem remaneret: fuitq; populi indurati & quouis lapide durioris tribulatio tanta quanta non fuit ex quo gentes eſſe ceperunt vsq; ad diem hanc

¶ De peregrinatione fidelium quos ſub ea tempeſtate ſeruaſuit chriſtus apud pellam. Capitulum. VIII.

¶ Eccleſia vero que fuerat hieroſolomis cōgregata diuinitus tranſire iuſſa eſt trans iordanē ad oppidū quodam nomine pellam quo ablatis ex vrbe cultoribus dei celefti fieret vindicte locus que ī vrbe gētemq; ſacrilegam fuerat exercenda. Quod & Eusebius ceſarienſis in eccleſiaſtica byſtoria plenius reſert.

Undecies centena milia fame vel ferro perierunt. Reſeruati ad triumphum.

Deſtinati ad metalla.

Deſtinati ad bestias.

Deſtinati in ſeruitutem.

Beſta hec ſūt ſc̄do anno imperij veſpaſiani.

Luce. xix.

Xpi verba ſupra ciuitatē.

Actu. ii.

Eusebius ceſarienſis.

Polycratici de Curialiu nugis.

Testimonium quod perhibet iosephus christo.
Capitulum. IX.

ET quidem hec omnia rectissime passi sunt qui in fili-
um dei manus sacrilegas extendere presumpserunt
cum testimoniis scripturarum & virtute mirabiliu
operum ipsum esse christum domini constaret. Vnde
de iosephus. Fuit autē huiusdem temporibus iesus sapiens vir: si-
tamen virum eum appellare fas est. Erat enim mirabiliu ope-
rum effector doctorq; hominum eorū qui libenter que vera sūt
audiunt: & multos quidem iudeorum: multos etiam ex gētib⁹
sibi adiunxit. Xpūs hic erat. Hunc accusatione primorū nostre
gentis virorum cum pylatus in crucem agendum esse decreuis-
set: non deseruerunt eum hii qui ab initio ipsū dilexerant. Ap-
paruit enim eis tertia die iterum viu⁹: sicut quod diuinitus inspi-
rati prophete: vel hec vel alia de eo innumera miracula futura
esse predixerant: sed & in hodiernum diem xpianorū qui ab eo
nuncupati sunt & nomen perseuerat & genus.

De hoc vide i
passionibus.
Xpiani sūt vo-
cati a xpo.

De vespasiano qui cecum & claudum curas
se legitur. Capitulum. X.

Vespasianū quoq; iudee vastatorem prēm⁹ tyti hie-
rosolimorum piissimi euerforis: vt quibusdam scri-
ptoribus placuit miraculorum signis ad faciendam
vindictā dei digitus excitauit. Ip̄m nāq; necdum im-
peratorē: quidā e plebe luminib⁹ orbat⁹: itēq; alius claud⁹ cru-
re debilis sedentem pro tribunali pariter adierūt: orantes operi
valitudini: eo q̄ sibi foret in quiete monstratum: oculos restitu-
endos si eos ille inspiceret: & crus debili roborandum si illud di-
gnaret calce contingere. Orantibus amicis inuitis licet vtrūq;
tentauit: nec defuit euentus/imperium quoq; eius & interitus
vitellii & ottonis qui sedo neroni successerant: pluribus celestis-
um signis prenuiciatum est & pro parte stupendis.

Tit⁹ piissim⁹
euerfor hiero-
solimorum.

Cecus et clau-
dus qualiter
venerunt ad
vespasianū vt
eos sanaret.

Signa esse que contra naturam fiunt. Capitulum. XI.

Que vero huiusmodi stupore digna in his cōtingunt
plerūq; signa esse non ambigit quisquis euangelice p-
missionis fideliter meminuit cum scriptum sit. Erunt
signa in sole & luna & stellis &c. Ea tamen que hic
prenuiciantur: sine preiudicio sententie melioris ea esse intelli-
genda arbitror / que in his contra naturam fiunt quale est q̄ in
passione domini sol obscuratus est / velum scissum / petre rupte /
monumēta aperta / & scōrum corpora qui dormierant surrexe-

Luce. xxi.

Que apparu-
erunt signa in
passione dñi.

rit. Naturalis etenim eclipsis esse non potuit que nisi lunar(corpis
 obiectu ptingit/cum constet pridie luna quartadecimam extitisse:
 nisi forte quis de iudaica perfidia incredulitatis sue solacium
 mutuetur: asserens cum eis venerem tunc in ecliptica linea soli
 fuisse oppositam: que quidem magna est: et ut astrologi tradunt
 sola de quinque sideribus de nocte umbram de se emittit ut luna.
 Quod quia nec ratio probat nec auctoritas aut fides approbat
 repudiatur ut fictile. Si enim adeo luminosum est veneris cor-
 pus quomodo tantas parit tenebras? ¶ Dyonisi⁹ ariopagita in
 epistola ad polycarpum scribit se et plures alios philosophantes tunc
 vidisse lunam soli incidentem: & quidem contra naturam. Om-
 nino enim erat coitus tempus: quod ei postmodum paulo pre-
 dicante conuersionis dedit occasionem. Scio tamen plures alii-
 ter hinc locutos. Sed dyonisium prefero: quia quod vidit scripsit
 alii proprias sequuntur opiniones. ¶ Sunt autem signa plerumque
 non modo naturalia: sed et generalia: sicut illud quod domino mo-
 riente tenebre facte sunt per uniuersam terram ab hora sexta usque
 ad horam nonam. Et quod in eis particulare est: aut minus na-
 turale: capacitatem generis temporis perpetuitate compensat.
 Mors etenim illa moysi faciem detexit uniuersis: perpetuam
 duriciam scidit: et resurrectionis primitias in eternam leticiam in-
 trodixit. Illa quoque que diem iudicii preuenire dicunt: per dies
 quindecim: si tamen futura sunt: quoniam de canonica scriptu-
 ra firmitatem non habent: nature legibus minime subiacebunt/
 dum tamen naturam hic/ ut in locis que pluribus dicam⁹ solitum
 cursu rerum: aut causas occultas euentuum quarum ratio reddi potest.

¶ Nihil contra naturam auctore platone qui naturam
 dicit dei voluntatem. Capitulum. XII.

SI vero platonem sequimur qui asserit naturam esse dei
 voluntatem: profecto nihil istorum euenit contra na-
 turam: cum ille omnia quecumque voluit fecerit. Ille quod
 dem dum rerum causas exequitur: finem omnium diui-
 nam asruuit bonitatem. Optimus est inquit. Porro ab optimo
 longe relegata est omnis inuidia. Itaque consequenter cuncta sui
 similia prout natura cuiusque beatitudinis capax esse poterat effi-
 ci voluit: quam quidem dei voluntatem certissimam rerum origi-
 nem esse si quis ponat: recte eum putare sentiam. Et quidem sapietia dei
 et bonitas que rebus omnibus originem prebet: natura rectissime appellatur:
 contra quam utique nihil fit: quia dispositionem dei nihil euacuat: aut
 causas que in mente illius qui fecit celos in intellectu ab initio con-

Dyonisi⁹ ario
 pagita.

Que ex scri-
 ptura canoni-
 ca non firman-
 tur non subiace-
 nt legibus nature.

Platonis opi-
 nio.

ps. cxliij.

Ad pulchrā
deductionem
q̄ opera q̄ mi-
racula vident
ex occulta na-
ture dispōne
pcedunt.

Boetius in fi.
vl. x. liij.

1. Corin. j.

Cometa.

Comitia dice-
bant q̄ fiebāt
rome kal. Jan-
nuarij ad creā-
dū magistratū
vbi vniuersi
cōueniebāt.
Ione p̄ totū.

Joan. ij. ca.

1. Corin. j.

Signū qd̄ est

stiterunt: suo priuat effectū. ¶ Insunt itaq; rebus seminales eue-
tuum cause: & originarie rationes: que preordinato tempore in
suos procedunt effect⁹. Ex eo quidem mirabiles: non q̄ nullas:
sed q̄ occultissimas habeant rationes. Humor siquidem de inti-
mis terre viscerib⁹ ab arborum vel vinearum radicibus appeti-
tiua quadam virtute attrahitur: deinde quadam distributione
nature dirigif per plantarum membra: & cum sua decoctione
profecerit turgescit in surculos: & que ad sustentationem sui nō
indiget: in folia & fructus emittit: qui cum maturuerint/ in mur-
sta despumant: & sic per interualla temporum cōsuetō vsu vina
parturiunt. ¶ Si vero occulta dei quibusdam nature curri-
lis/ digestus & maturatus humor absq; temporis interstitio in
opinatum vertatur in vinum/ miraculum quidem est: quia alti-
tudo diuine dispensationis nostrū transcendit intellectum. Sed
vt ait sapiēs: cedat in scitie nubilus error/ cessant profecto mira
videri. Non tamen mirabilium dei fidem vel auctoritatem in-
fringo: sed altitudinem diuitiarum sapientie & scientie sue ple-
na humilitate veneror & ammiror: sciens quia quod stultum
est dei/ sapientius est hominibus. In multis etenim labi/ huma-
na infirmitas est/ sicut in nullo aliter sentire q̄ res se habeat/ āge-
lica vel diuina perfectio.

¶ Q̄ deus signis suā premunire dignaf creaturā. Capi. XIII.



¶ Hoc quoq; diuina miseratio est: q̄ signorum suorū in-
ditio ignorantiam nostram quandoq; premunit. Co-
meta siquidem apparente/ creduntur imminere con-
iuitia. An ignoras terris mutātem regna cometam?
Italie quoq; imminente excidio que signa cōtigerint: non nescit
quisquis aliquatenus rerum publicarum hystorias attigit: hy-
storiconum volumina que de rebus memorabilib⁹ scribuntur:
plena prodigiis sūt & ostentis. Deniq; sub helya & helyseo mul-
ta fidei & virtutis signa precessisse nō ambigis. Niniuite quoq;
signorum iudiciis penitentiam egerunt in predicatione iōne.
Infidelitas namq; signorum argumentis erigitur: & fides tene-
ra eisdē roboratur: vnde illud: qd̄ signū ostēdis nobis? Et iudei
signa querūt: greci sapientiam.

¶ Quid signum: & de somno.

Capitulū. XIII.



¶ Ic vero intelliguntur signa quecunq; quouis iudicio
diuinam homini innuunt volūtatem. Signum siqui-
dem est quod seipsum sensui: & preter se aliquid ani-
mo ostendit. Quedam tamē signa sunt que nulli cor

poralium sensuum aliquid ostendunt: sed animo cuiuscumque rei specie mediante: aut citra medii difficultatem verum falsum frequenter ingerunt. Signa etenim interdum vera: interdum falsa sunt. Quis nescit somnionum varias esse significaciones: quas & usus approbat: et maiorum confirmat auctoritas? In eis utique quoniam somnus est animales virtutes sine sensus qui dicuntur corporis et sunt anime quiescunt: sed naturales intenduntur. Contingit interim ut animus corporis exercitio releuatus in seipsum liberius redeat: et veritatem nunc per figuras et enigmata: nunc immediata facie licentius contempletur. Quod et illum non latuit qui somni depingens portas: alteram eburneam: alteram corneam finxerit: cum & cornu sit pennium visui/ qui non frequenter errat: & ebur nature densioris: & usque ad extremam tenuitatem rasum nullo visus acumine penetretur. Hoc quidem detibus: illud oculis verioribus similis est. Hinc vera somnia: hinc falsa ad celum mittunt infomnia manes.

De speciebus somnionum / & causis / & figuris / & significacionibus. Capitulum. XV.

Sunt autem multe species somnionum: & multiplices cause: & varie figure & significaciones. Aut enim infomnium: aut fantasma: aut somnium / aut oraculum: aut visio est. Porro infomnia ex ebrietate vel crapula: aut variis passionibus corporis / affectuumque tumultibus & reliquiis cogitationum frequentissime oriuntur. Unde & male sanis amantium mentibus infomnia nunquam desunt: quod prudenter innuit maro. Anna soror que me suspensam: infomnia terrenis. Multa viri virtus animo multosque rearsat: gentis honos / herent infixi in pectore vultus. Verbaque nec placidam / membris dat cura quietem. Hanc quoque dolentium: aut gaudentium: aut quos timoris vexat angustia: aut imoderate cupidinis ardor accendit non pretereunt passionem. **F**antasma est cum rerum ignote videntur species: qualitate vel quantitate: aut partium modo vel numero a natura discrepantes: ut si forte nec pes / nec caput viri reddatur forme dum tetrum desinit in piscem: mulier formosa superne. Has quidem species ex infirmitate mentis & corporis tradunt phisici provenire: eanimque causas magis attendunt quam ex eis aliquas significaciones. In quo genere & ephialtes / quo quis variis pressuris quodam quasi interuigilio sed somno potius inquieto / opinans se vigilare cum dormiat putatur ab aliis quo interim pregruari conuenerandum arbitrantur. Queque

Infomnia

Infomnia

Infomnia

Infomnia

Infomnia vbi
proveniunt.

Virgil. in pnc
ci. qru lib.

Fantasma
quid est.

Fantasma vbi
procedat.

Virgil. in pnc
ci. qru lib.

dem omnia medicorum potius indigent cura q̄ ventilatiōe no-
stra: presertim cum nihil in eis verum appareat nisi q̄ verissi-
me sunt & molestissime passiones. ¶ Somnium vero cuius
appellatio communis est: licet in specie ppria cēseat: per que-
dam inuolucra rerum gerit ymagines / in quibus coniectarū p̄-
cipue disciplina versatur: & nunc suum cuiusq̄ est: nunc alienū /
modo commune: interdum publicum aut generale est. In his
vero omnibus qualitas personarum rerum & temporum dili-
gentissime obseruatur: vt enim ait nestor. De statu publico re-
gis credatur somnio aut eius qui magistratum gerit: vel re qui-
dem: vel rei vicina predestinatiōe: Aut si publice fortune signū
ostensū est multis: vt in eo q̄ pluribus ratiois ciuibus fm quos-
dam sibilla interprete de mysterio incarnationis reuelatū scri-
bitur. Hec quidem non modo incarnationis: sed passionis / ascē-
sionis post resurrectionem / aduentus quoq̄ secūdi interpres /
docente & dictante spiritu patefecit archana: sicut in versibus
sibillinis manifeste reperies. Quorum istud (sicut in plerisq̄
patrum scripturis inuenitur) initium est. Iudicii signum tellus
sudore madescet. Si vero apices capitales singulorum versuum
ex ordine coniungantur ad confundendam perfidiā iudeorū hoc
inuenietur expressum. Iesus xps: teio: sother nisi qd̄ in lingua la-
tina grecarum litterarum proprietates ad plenum non potuit ob-
seruari. Ipsos vero versus vt opinor apud beatū augustinum in
libro de ciuitate dei inuenies. ¶ Est ergo mystice visionis eius
caput / & summa intentio / iesum qui prefigurabatur indubitan-
ter esse filium dei viui: hominem verum / iudicem omnium / re-
gem eternum: remuneratorem sperantium in se / auctorem vi-
ti / eterne beatitudinis ex gratia largitorem. Re quidem vel rei
vicina predestinatione ideo dictum est: quia magistratus nunc
presens intelligitur nunc futurus. ¶ Excidium quippe numan-
cie iuniori innotuit affricano: dū adhuc esset pene miles. ¶ Dū
autimnus adultus aut prerruptus est / somnia frequentius eua-
nescent. Arborum namq̄ / labentibus foliis insomniorum vani-
tas dñatur: quod & virgilius in libro in quo toti⁹ philosophie ris-
matur archana sensisse visus est: dum labentia folia apud infe-
ros variis somniis onerauit. ¶ Locorum quoq̄ diuersitas / va-
rias figuras quietis admittit: vt alia aliis / nunc horum: nunc il-
lorum somniorum vberiora sint. Locus namq̄ desertis aut pa-
lustris: eminentiori aut celebriori fantastiarum ymaginum / se-

Desomnio.

Nestor.

De p̄ sibilla
pluribus ciui-
bus romanis
de mysterio in-
carnationis re-
uelatum est.

Aerius.

Iesus christ⁹.

Augustinus.

Loc⁹ magnis
fantasticis.

cūdiōr est. Res quoq; interdū manifestius: interdū obscurius
 aperitur: et nunc seipsam animo ingerit: nunc intīmāte alio de-
 claratur. Cum vero luce immediata seipsam infundit/visio est/
 ex eo q̄ plena & vera species sui/oculis videatur esse subiecta:
 quale est/ q̄ cassandra omnino non visum a quo alexander hau-
 stoveneno perimendus erat agnouit: quia eū quies ei represen-
 tauerat. Porro visionum alia manifestior est/ vt que clara rei oc-
 currit imagine. Alia profundioerem desiderat intellectū: vt cū
 rem admixta species figurarum obnubilat: sicut est q̄ gaio cesa-
 re transito rubicone bellū patrie inferente/ ad designādū terro-
 rem ciuū/ qui erant per cōciuis iniuriā opprimēdi. Ingens visa
 duci patrie trepidātis imago duci suo denūciās: ne conciuēs ar-
 mis ciuilib⁹ ipugnaret. Publici nāq; imago iperū: publici met⁹
 & cesario noie prostrate vrbis erat indicio. Q̄ si iperū nullam in
 veritate q̄ sic apparet/ credit quis fuisse imaginē/ hystoriarū
 fide cerciorabitur. Cum enim maiestatem vrbis principes visi-
 bili specie censuerint honorandam exquisito artificio muliebrē
 formam/ que orbem dextra contineret/ in eris materia fieri stu-
 duerunt. Ea vero perfecta in forma egregia venusta quātitate:
 partium apta dispositione membris quoq; condecētib⁹: & si-
 bi inuicem congruentibus vniuersis: cum non tam populi exa-
 minationem q̄ admirationē plena sui commendatione depo-
 siceret: quidam solas tibias tante moli perferende inhabiles esse
 causati sunt. Quibus faber respondit eas vsq; quaq; sufficere/ do-
 nec virgo pareret/ omnino credens impossibilem virginis par-
 tum. Quod & christo nato impletum est: ea corruēte & fracta:
 quia humanum contrahitur vbi diuinum imperium dilatatur.
Cum vero res per quietem alio nunciante clarescit: si tamen
 enunciātis honesta cuiq; persona sit & venerabilis in oraculorū
 speciem cadit. Est enim oraculum (vt ait quidā) diuina volun-
 tas ore hominis enunciata. Hominis vero appellatiōe cēsetur:
 quicquid in specie videt hoīs: homo/ angel⁹ sit an deus: an que-
 nis alia creatura: psona autē cuiusq; honesta ē & venerabilis: aut
 natura vt parētis: aut conditione vt dñi: aut moribus vt religio-
 si: aut fortuna vt magistrat⁹: aut religiōe vt dei angeli/ hoīs ve-
 sacris et cerimoniis diuinis consecrati. Ex quo apparet & si non
 simpliciter / tamen fm quid / personas arte coniectoria / non
 modo honestas: sed et detestabiles venerabilium nomine clau-
 di. **C**Sicut enim catholice religionis viri/ vero deo/ eisq; que

Hō de statua
 romane maie-
 statis in fora
 muliebrī erea
 facta, cui⁹ tibi
 dicebant ina-
 biles/ q̄ corruit
 tpe natiuitatis
 xpi: qz faber
 ei⁹ auctor dixit
 rat eā suffice-
 re quousq; vir-
 go pareret.

Oraculū qd ē
 hoīs appella-
 tione qd conti-
 neat.

Quid est seruire demōib?
 Virgil. in. iij. et. iij. encid.
 Romanorum perfidie.
 Contra roma nos.
 Iuuenalis in x. satyra.
 Actū. xj.
 Constantinus.
 Vide. l. scrinarios. l. de testa. mili.

numere eius sacra sunt / piam venerationē impendunt: ita heretice & superstitiose religionis homines / fictis numinib⁹ imo potius veris demonibus & execrabilibus sacris eorum / nō debitam reuerentiam que nulla est: sed turpissimum exhibent famulatum. Quod latius ex gētilium libris colligitur. ¶ Eneas oraculorum iudicio promissam & quesitam inuenit ytaliam: & in ea non tam numinum q̄ demonum nutu sedem statuit: & se mentem romani generis in orto qui eis cōplacuerat seminavit. Quid enim aliud agit in somnis pater anchises: quid iupiter: quid apollo: quid alii / quos longum est enarrare? Vnde si de semine illo genus oritur: toxicatum: impium in deum / crudele in homines: persecutioni sanctorum inuigilans: fide cara / solemniter perfidia: seruire moribus: fastu regale: fedum auaritia / cupiditatib⁹ infigne: superbia tumidum / omnimoda nequitia non ferendum / miraculis non debet ascribi cum autor eorum homicida fuerit ab initio: & a veritate deficiens / inuidie spiculo / orbiter terrarum infixit mortem. Qui ergo ex eo patre sunt: & si ei⁹ nequeant implere mensuram: solent tamen illius imitari maliciam: licet in orto illo / nonnullas plantas / que virtutis fructum / irrigatione apostolica faciunt: manu domini constat esse insertas. Sed si quis ab initio vrbs condite / totam reuoluat hystoriā eos ambitione & auaritia pre ceteris gētib⁹ inueniet laborasse: & variis seditionibus & plagis: totum concussisse orbem. Ipsi quoq; tyrannidis & seditionum suarum tam crebra damna senserunt vt vix quisq; principū eorum / ad exitum vite / natura ducente / perueniret. Vnde & illud satyricum illis apertissime facit. Ad generum cereris sine cede aut sāguine pauci: descendunt reges & sicca morte tyranni. ¶ In scripturis quoq; canonicis inueniunt plurima oracula vt cū ioseph in somnis ab angelo sepi⁹ erudit magis iterdicit ne redeant ad herodē: docetur petrus in reptilium lintheamine / plenitudinē gentiū colligendam. Et cū visitato ab apostolis constantino: crucis erectū est in imperii arce vexillum / & pace ecclesiis restituta / maiestas orbis / publica voce scriniorum aduocatorum: & iudicum / omnem victoriā regnum & imperiū christi / esse personuit. ¶ Verum quia due prime species omnino vane sunt: & in postremis / quasi visibili specie / veritas mēti occurrit / mediam que corpori veritatis quasi velum figurarum oppandit diligentius exequimur. ¶ Generalia quedam de significationibus tam somniorum q̄ aliorum figuratum.

St itaq; tā ad interpretationē somniorū q̄ ad reuelatio-
nē enigmatū et figurarum/ solerter attendenda rerū
significatio: que tanto multiplicior est q̄ vocum/ quā-
to ab operib⁹ nature/ opera vincuntur artificis imitā-
tis naturam. Si quis enī sermo tres aut quattuor habet signifi-
cationes/ statī polixenus est: id est multarū significationū. Om-
nis enim res quot habet aliarum similitudines: tot gerit earun-
dem significationes ita tamen vt maior nunq̄ minoris sit signum
Signa siquidē semper minora sunt. Inde est q̄ hominē substan-
tia queuis significat: vtpote cū hominib⁹ aliquid cōmune habē-
tem: quod et in figura reptilium petri: et ī locis pluribus scriptu-
rarum manifestum est. ¶ Porro quo similitudo expressior est/
eo magis cognata/ et familiarior est significatio. Similitudo ve-
ro aut substāialis est: vt q̄ ex gñe aut ex specie: aut accidētalis:
vt ex quātitate: aut ex qualitate/ aut variis accidētium formis/
aut imitationis est: vt cū qs alii quouis motu operis cōformaf.
Et hoc quidē modo potest creatura creatori esse cōsimilis: cū tñ
nullo substāntiali vel accidētali participēt. Cause quoq; / suus cō-
formatur effectus: et reciproce causa si tamen minor est/ effectui
suo dicitur esse cōsimilis. Ceterum similitum rerum sicut idem
iudicium: ita et eadē nota est. Et quia signa frequenter eadē in
eo: vel maxime ars coniectoris apparet: si sub idētitate signorū
diuersitatem rerum/ cauta discretionē distinguit. Hec quidem
generalia sunt. Que vero sunt specialia singulorum: latius pa-
tent. Non tamen pretereundum est signorum vim pro qualita-
te personarum/ seueriorem aut mitiorem esse. Pecunie siquidē
contrectatio/ aliis letum/ tristē aliis euentum denunciat. Sic
ex non apparentibus causis/ inopina veneris presentia/ ama-
ritudinem fortune frequentius ingerit. Vnde illud ysiphiles ar-
cheniorum lugentis extinctum: nunq̄ impune per vmbas/ atto-
nite mihi visa ven⁹. Si em̄ ex reliquis cogitationū aut cereris
bachive stimulis incitata ven⁹ occurrat/ infomniorum vanita-
ti recti⁹ applicabitur. Que omnia coniectorum disciplina/ qua
si vana contemnit/ iuxtra illud viri sapiētis. Somnia ne cures/
nam mens humana quod optat: dum vigilat sperat/ per som-
num cernit idiplum. Interdum tamen et per anthitesim/ rerū
sequenda sunt vestigia veritatis/ sicut cum magno pōpeio nū-
na immineret/ cōtraria visis vaticinata quies: leticiamq; vrbis/
populi tripudiātis preconia/ plausumq; theatri sui quasi re toti⁹
imperii bene gesta/ fortuna/ perituri ducis ocul⁹ ingerebat. Res

Petrus.

*Qualiter cre-
atura pōt esse
illis creatori.*

Signa gñalia

*Signa specia-
lia.
Qualitas per-
sonarum quid
operat in vim
signorum.*

Polícratíci de Curialiū nugis.

De somnio B. cesaris in quo visus est sibi matrē incestare

Ecclesia de formis quare figuratur.

Augustus cesar

Aplane regio est.

Platonis commendatio per socratem.

quoque que turpis et obscena est in superficie honestissime veritas quandoque substantiam gerit. G. cesar in minori etate in somnis sibi visus est matris incestare cubicula / & turpitudine soporis attonitus: cum rem ad mathematicos retulisset vniuersam terram ditioni eius subiitiendam respoderunt. Sic itaque magnanimi viri spes ad occupandum imperium erecta est. ¶ Denique ad speciem facti / quis vria iustior: quis dauid nequior aut crudelior: quem decor berfabee ad proditionem homicidium et adulterium inuitauit? Que quidem omnia contrarium faciunt intellectum cum vrias dyabolus: dauid christus: berfabee peccatorum labe deformis ecclesia figuretur. Frequens tamen & quasi regulare ius est vt a similibus ad similia recurat interpretatio: verum hanc visionum quas quies inducit diuisionem / per opposita non fieri / certum est: cum eadem pro parte sit visio / aliunde oraculum: & propter rerum figuras possit somniis aggregari: & vniuersas eorum species quandoque contingat: quod & studiosis scripturarum planum est. Visio affricani apocalipsis apostoli: danielis & et ezechielis oracula / somnia pharaonis et ioseph: eorum que dicta sunt faciunt fidem. Personis quoque quibusdam veritas frequentius illucescit: vtpote compositum habentibus animum: alas frequentior error inuoluit. ¶ Augustus cesar cum aduersus anthonium dimicaturus esset: egritudine graui laborans in quiete mandatum accepit vt ad victoriam consequendam sequenti die prelio interesset. Paruit itaque lectica deuictus in philium & vicit. ¶ Socrates sibi ex ara veneris que achademie erat vidit offerre cignum / collum inferentem celo: rostro tangentem sidera: regionem que aplane dicitur penetrantem: & transcendentem aspectus omnium: & tanta vocis sonoritate & leticia canentem: vt totum mulceret orbem. Sequenti die aristides ab achademia paruulum filium platonem socrati obtulit: litteris & moribus imbuendum. Quo viso mentis viribus ex corporis dispositione conceptis. Hic est inquit cignus quem nostro apollini venus achademica consecrauit. Plato litterarum quas persequabatur causa proficiscens in egyptum: se a piratis capi interdum & venundari vidit. Quod & dum iret contigit.

¶ Coniectoriā non esse sequendā.

Capitulum. XVII.



Edum has coniectorum traditiones exequimur: vereor ne merito non tam coniectoriā exequi: que aut nulla: aut inanis ars est: quam dormire videamur. Quis

quis enim somniorum sequitur vanitatem parum in lege dei vigilans est: et dum fidei facit dispendium: perniciosissime dormit. veritas siquidem ab eo longe facta est: nec eam facilius potest apprehendere quam verionem expungere: vel puncto curare carineam que caligantibus oculis in meridie palpat. Et licet hec somnolentia perfidie/sit stimulis fidei excitanda: & maleficii potius quam artificii impugnanda illusio: diuine tamen gratie dispositionis sue non obstruimus vias: non precludimus semitas: quoniam spiritus ubi vult spirat: & pro arbitrio suo subiectis mentibus infundit veritatem.

Venim quisquis credulitatem suam significationibus alligat somniorum: planum est/quia tam a sinceritate fidei/quam a tramite rationis exorbitat. Plane si sermo proferatur ambiguus: & cuius multe sint significationes: non merito parum doctus videbitur quisquis ex eo citra discussionem (vt predictum est) multiplex est/et sensuum sibi aliquid pertinacius suadebit.

Profecto rerum omnium varia significatio. Multiplicium vero distinctio diligens habenda est/ne forte dum vnam diligentius sequeris: in alia deterius plabaris. Vnde patet coniectorium qui nomine danielis inscribitur/auctoritatis et veritatis robore destitutum: cum res singulas singulis significationibus arcet: de quibus non videtur latius exequendum/ cum tota huiusmodi sit inepta traditio/ & vagus coniectorum liber per curiosorum manus impudenter discurrat.

Habuit sane daniel gratiam interpretandi visiones & somnia: quam ei dominus inspirabat: sed absit vt vanitatem hanc in artem redegerit vir sanctus: qui lege moysi prohibitum esse nouerat: ne fidelium quis somnia sequeretur sciens utique satellitem sathane ad subuersionem hominum in angelum lucis transfigurari: & immissiones fieri per angelos malos. Ioseph quoque coniectandi gratia egypti principatum obtinuit: & quem fratres quasi de inuidia somniorum venditum hismaelitis obnoxium fecerant seruituti: digitus domini non minus iocundo quam salubri mysterio/ reuelata facie futurorum/ que se regi quiescenti ingesserant quasi quodam somniorum vehiculo de squalore carceris in regni fastigium sublimauit: vt non modo liber de seruo: sed nobilium & procerum primus vno tantum regni scilicet solio precederetur a rege. Quod utique si de humane sapientie artificio contingere potuisset: aliquem decessorum suorum ante eum meruisse crediderim: vel scientiam promerendi virum sanctum & pietatis affectu plenum: si non humano generi in commune quod tamen equitatis esset: fratribus & filiis facile putauerim relis-

d ii

Somniorum
vanitas non est
sequenda.

Danielis. j.

Leuitici. xix.
Deutero. xiiij.
Dyabolus transfiguratur in angelum lucis ad hominum subuersionem.

Genesis. xli.

Deutero. xiiij.
 Et scitis daniel didicit sapiētiā & doctrinā caldeorū.

Ad q̄ danieli datū est sōnia explanare: q̄ alijs datū nō ē

Danielis. iij.

Daniel & ioseph sunt somniatorū explanatores.

Augustin⁹ in lib. xviii. de ciuitate dei. ca. xvij.

quisse. ¶ Ad hec moyses eruditus in omni sapientia egyptiorū hanc artem aut nesciuit aut spreuit: cum eam impietatis errorē detestat⁹: a populo dei exterminare curauerit. ¶ Preterea sanctus daniel disciplinam & sapientiam didicit caldeorum: quod utiq; sanctus vir non fecisset: si gentilium disciplinis instrui: credidisset peccatis ascribendum: habuitq; eruditionis participes quos legis et iustitie dei se gaudebat habere consortes: simul et enim discebāt ananyas/azarias/misael/ quicquid poterat docere chaldeus: simul a mensa & a regalibus epulis abstinebant: qđ inspirabat deus. Acceptis leguminibus pariter reficiebant: eisdem contenti erant: milicie sue stipendijs regi vna famulabantur. Sed ecce priuilegium quod homo conferre non potuit sigillatim datum est danieli: vt in lucē proderet enigmata somniorū & domino dictante vmbas discuteret figurarum. Vt ergo familiaritas diuine gratie euidentius illucescat: quid rex in strato cubans precogitaret agnouit: & meditationi visa coniectans mysterium salutis quod vmbra obnubilabat & in fine seculorū completum est/ aut complēdum prudenter exposuit. Siccine solent cōiectores etiam cogitationes excutere & vmbas exinānre/explicare iuolucra: & illustrare tenebras figurarū? Si quis est qui pari gratie priuilegio gaudeat: accedat ad daniēlem: & ioseph et similiter eis domino gratuletur. Quem vero veritatis spiritus nō illustrat: de arte somnolenta frustra confidit: cum ars omnis habeat a natura originem ab vsu & ratione processum. Ratio vero in his tantum defectū patitur: vt quo se vertat quid iudicet plerumq; omnino non habeat: quod quidem cum frequenter cūeniat: facillime ex paucis colligitur. Sollicitus quidā nomen etenā a memoria excidit: & si narrationis auctorem magnam teneam augustinum. In re dubia sensum alterius cui rē nouerat esse notam: magna instantia sibi postulabat exponi. Cum vero alter petentis desiderij promissionibus protraxisset et vnus instantia deluderetur calliditate alterius: accidit vt eadem nocte pariter somniarent: alter q̄ rem quesitam petenti exponeret: alter q̄ ei a doctore diligentissime exponeretur. Factūq; est vt cū vmbra quietis euanesceret: se miraretur ille ad sciētiam quam diu quesierat sine doctoris beneficio: nulloq; sui exercitio peruenisse. Deinde cū more solito apud doctore ageret: vt sibi promissum solueretur: iam inquit doctor factū est qđ petisti/ cū ea nocte te vt docerem accesserim. Quis huius facti explicet rationem: nisi q̄ boni spiritus/vel maligni exigentibus hominib.

nam meritis eos enidiunt: vel illudūt? Nouit enim hieronimo referēte catholica mater ecclesia: quomō ad tribunal iudicis dei raptus eo q̄ libris gentilium vehementius inhereret: ibidem coactus est confiteri se vltra gentilium libros non modo non lecturum: sed nec etiam habiturum. Ante siquidem professionē interrogat⁹/cum se diceret christianum: ei a iudice probrose obiectum est: q̄ nō suus erat: sed ciceronianus: hoc tamen non audacter affirmauerim somnii censendum nomine/cum idem veracissimus & prudentissimus doctor vmbra somnii non fuisse/ sed rem secum veraciter agi domino visitate etiam iurifuradi religione confirmet: et vt plenam assertionis sue faciat fidē: liuorem verberum in cute/ vulnerum cicatrices expergefactus oñdit in corpore. Sed cū hec a spiritibus circa homines fiant/ eā solam rerum imaginem fidelis anima non aspernatur: que inoētiam relinquit incolumē. Q̄ si materiā vitii afferat libidinē forte accendens aut auariciam/ aut dominandi ingerens appetitum: aut quicquid huiusmodi est: ad subuersionem anime pculdubio aut caro aut spiritus malignus immittit. Qui in quosdam exigentibus culpis domino permittente tanta malicie sue licentia debachatur: vt quod in spiritu patiuntur: miserrime & mendacissime credant in corporibus euenire. Quale est q̄ nocturam quandam: vel herodiadem: vel presidem noctis dominam/ consilia et conuentus de nocte asserunt conuocare/ varia celebrari conuiuia/ ministeriorum species diuersis occupationibus exerceri/ & nunc istos trahi ad penam pro meritis: nunc illos ad gloriam sublimari. Preterea infantes exponi lamiis: & nunc frustratim descerptos/ edaci ingluuie/ in ventrem traictos congeri/ nunc presidentis miseratione reiectos in amas reponi. Quis vel cecus hoc ludificantium demonum non videat esse nequiciam? Quod vel ex eo patet q̄ mulierculis et viris simplicioribus et infirmioribus in fide ista proueniunt. Si vero quisq̄ eorum qui hac illusionē laborat: ab aliquo constanter & ex signis aliquib⁹ arguatur/ demonium statim aut superat aut cedit: & vt dicitur ex quo quis in luce arguitur cessant opera tenebrarum. Huius autem pestis cura efficacissima est vt fidē q̄s amplexus his mendaciis subtrahat mētis auditum: & nequaquam respiciat ad huiusmodi vanitates & insanias falsas.

¶ De fundamento mathematice: et exercitio sensuū & viribus anime: et profectu ratiois: et efficacia liberarum disciplinarum.

Capitulum. XVIII.

d iiii

De hieronimo
moverberato.
quia libros le-
gebat gētiliū.

Domino si
quid dicitur
in leuatico
tunc natura
libre est
libre est
libre est
libre est

¶

¶

¶

Illusiones ma-
gis eueniunt
mulierculis
& alijs.

¶

¶

¶

Homo qñ putat se fundare rōnib⁹ natura libus et se fundat erroribus periculosum ē



Offit vtinam tam facile mathematicorum error a pstantioribus animis amoueri q̄ leuiter in conspectu fi dei vere & sane conscientie istarum illusionum demonia conquiescant: veruntamen eo periculosius errāt quo in soliditate nature & vigore rationis suum fundare videntur errorem. Temerarium siquidem videt̄ vniuersis in legem nature preuaricari / & stultum dissentire gratis ab eo quod ratio persuasit. A vereis ergo sumunt initium: vt per vera diuti⁹ gradiētes se & sequipedas suos precipitent in laqueum & foueam falsitatis. ¶ Mathesim ergo probabilem que penultima breui enunciat̄: quam et natura inducit ratio probat: & vtilitatis experientia approbat quasi quoddam doctrine sue iaciunt fundamentum: vt exinde opinionum suarum lubrico quasi quadam imagine rationis in mathesim reprobam que profert̄ extensa penultima perniciosissime prolabantur. Primo namq; res quas natura creauit discutiūt: easq; multipl̄ inuestigant: nunc quomō ex partib⁹ suis: nunc quomodo ex materia et forma constant inquirentes. Quod vt facilius possint sensuum vires perferant & intellectus efficaciam metiuntur: & quia sensuum ebetudo / rerum corporearum naturam non transgreditur paulatim aliorum beneficio ad subtiliora consurgūt. Visus enim in solo corpore / eoq; presenti colores tantum quantitates examinat et figuras. Solus sonus contingit auditum. Gustus de saporib⁹ iudicat. Olfaciendi vis in odoribus tota versatur. Quid durum quid molle sit: quid lene: qd asperū: quid ponderosum: quid leue: quid calidum: aut frigidum: quid humidum sit: aut siccum: tactus discernit. Est interdum figure explorator & quantitatis & ponderis conscius: dolorem quoq; percipit & voluptatem: isq; p omnes fere sensati corporis partes diffunditur: adeoq; coherens anime est / vt eo discedente videatur & tota corporis vita discedere. ¶ Si vero corporum absentium prefatas proprietates inquirens / eas tibi tracta similitudine ab his quas sensus agnouit: poterit imaginatio presentare: que tāto erit fidelior quanto expressior fuerit similitudo. Vnde & titinus apud maronē nō assecute similitudinis vitio lapsam sibi queritur imaginationem. Vrbem quam dicūt romam melibee putauit. Stultus ego huic nostre similem / qua sepe solemus Pastores ouium teneros depellere fetus. Verum hec inter alias tātum caput extulit vrbes Quātū lenta solent inter viburna cupressi. Sin autē familiaris expresserit rei similitudinē: fidelis & vera est imaginatio: quali

De visu.

De auditu.
De gustu.
De olfactu.

De tactu.

Sensus tact⁹ qñ discedit ibi mors est.

Titin⁹. Maro

Virgil. in pri. ma egloga.

vtitur andromache apd virgilum. O mihi sola mei super astra
 nactis imago. Sic oculos: sic ille manus: sic ora ferebat. Et nunc
 equali tecū pubesceret eio. ¶ Verū si ad incorporea diuertēdū
 est ratione opus est & intellectu: cū absq; intelligentia hec non
 valeant comprehendi: & verum non possit esse de his sine ratio
 ne iudicium. Intellectus itaq; aliis deficientibus exerit vires su
 as: & quasi in arce anime constitutus omnia inferiora comple
 ctitur: cum ab inferioribus superiora nequeant comprehendi: &
 nunc quidem res vt sunt: nunc aliter intuetur: nunc simpliciter
 nunc compositē: nunc disiuncta coniungit: nunc coniūcta distra
 hit & disiungit. Simpliciter vero incedit intellectus: dum rem
 quamlibet contemplatur: puta hominem equūve concipiens.
 ¶ Cum vero res plurimas gradatim complectitur compositio
 ni obnoxius est: puta hic intellectum hominem album equūve
 currere: mente complectens. Disiuncta coniungit: si humano ca
 piti ceruicem iungat equinam: varias inducens vndiq; plumas
 vt iuxta poetam turpiter atrum desinat ī piscem mulier formo
 sa superne. Hunc vero ad auditores suos verbo traiciunt poete
 cum hyrcō ceruicem / centaurum describunt / et chimeram. Con
 iuncta vero disiūgit: vt si formam teneat absq; materia: cum ta
 men sine ea forma omnino esse non possit: nisi forma essendi &
 ei adherentes forme formarum: ex quibus ille fluxerunt que in
 materia sunt: et corpus efficiunt. Porro cum res aliter q̄ sint cō
 ponendo inspicit eo q̄ cassus est / et a rerum veritate deficiēs ad
 opinionis errorem vergit: & se esse asserit vel non esse pleno no
 mine opinio est. Sed licet aliter q̄ sint dum tamen simpliciter
 coniuncta disiungat: non inanis erit conceptio que totius inue
 stigacionis sapientie expeditissimam parit viam. Hic est enim
 totius philosophie instrumentum quod et mentem mira subti
 litate exacuit & res singulas a se inuicē nature sue pprietate disti
 nguit. ¶ Si abstrahētē tuleris intellectū / liberaliū artū officina
 peribit: cū citra ipi⁹ opā: nulla eay rite haberi valeat aut doceri
 Hic ita sicut formā sine materia: sic & materiā aggreditur sine
 forma: & qd pprie vtutis potētia tenere nō sufficit: suo quodam
 defectu intēdū pprehēdit: vt si videant tenebre nō vidēdo: & nō
 audiēdo silentiū audiat. Ecce nō est hō qui nō sit alb⁹ aut niger:
 aut medii coloris piceps: nec pōt esse homo q nō statim possit
 esse aliqs homo: cū idē sit alicui esse & vnū numero esse. verū
 sic hōiem intellectus attingit: vt ad neminem hōim aspectus il
 li⁹ descendat: generaliter intuens q̄ nō nisi singulariter esse pōt.

Sicut enim dicendi & significandi: sic et intelligendi diuersitas /
 subsistendi modos sui numerositate transcendit: & homo qui nō
 potest nisi singulariter esse / vniuersali clauditur mētis cōceptio-
 ne. Diffinit ergo ratio quod concipit intellectus animal rationa-
 le mortale quod in solos subditos cadere nemini recte sapientiū
 ambiguum est. Dum itaq; rerum similitudines & dissimilitudi-
 nes colligit: dum differentium conuenientias & conuenientiū
 differentias altius perscrutatur: dum quid singula cum plurib⁹
 quid cum pauioribus commune habeant diligentius inuesti-
 gat: que ve reb⁹ singulis adesse necesse sit: que abesse nō possint
 perspicacius contemplatur: multos apud se rerum inuenit stat⁹
 alios quidem vniuersales / alios singulares. Quos pro arbitrio
 suo diffiniēs & multifariā diuidēs ad ipsi⁹ archana nature men-
 tis trāsmittit aspectū vt nihil naturaliū pene absconditum sit ab
 oculis ei⁹. Et primo substantiā qui oibus subest acutius intuef:
 in qua manus nature pbaf artificis: dū eam variis pprietatib⁹
 & formis q̄si suis quibusdam vestibibus induit: & suis sensuū per-
 ceptibilibus informat: quo possit aptius humano ingenio com-
 prehendi. Quod igitur sensus percipit formisq; subiectum est
 singularis: & prima substantia est. Id vero sine quo illa nec esse
 nec intelligi potest ei substantiale est: & plerumq; secunda sub-
 stantia nominatur. Hic autem quod adest quidem substantie /
 & ea manente abesse potest / accidentibus agregatur: singulare
 quidem si vnius tantum sit: vniuersale si licet non natura / con-
 formitate tamen sit commune multorum quod forte facilius in
 intellectu q̄ in natura rerum poterit inueniri: in quo genera &
 species differentias propria & accidentia qui vniuersaliter di-
 cuntur planum est inuenire: cum in actu rerum substantiā vni-
 uersalium querere exiguus fructus sit: & labor infinitus. In mē-
 te vero vtiliter & facillime reperiuntur. Si enim rerum solo nu-
 mero differentiū substantialem similitudinem quis mente per-
 tractet: speciem tenet. Si vero etiam specie differentium conue-
 nientia mēti occurrat: generis latitudo mēte diffūditur. Deniq;
 dum rerum quas natura substantialiter vel accidentaliter assi-
 milauit cōformitatem pcipit intellectus in vniuersalium cōpre-
 hensione mouetur. Cum vero similiū differentias agit: quā-
 to expressius tanto ad opera nature que singularia sunt familia-
 rius accedit. Si substantiam suis vestitam proprietatibus inspi-
 cit: a nature conditione non diuertit. Si autem detracta specie
 eam quasi formarum exuit vestimento: acumen quidem suum

Ad quod vi-
 cit socrates.
 Grauior est la-
 bor vbi null⁹
 est effectus. r
 hoc in lib. de
 vita r mo. phi.
 in. c. de socrate

exercet et rerum naturam quid scilicet in se / quid in aliis sint liberius & fidelius contemplatur dum rerum substantiam / quantitatem / ad aliquid / qualitatem / situm esse / ubi / quando : habere : facere : pati : singillatim discutit : & discernit. Que & si singillatim esse non possint : singillatim tamen esse inuestigari queunt / & ad totius philosophie cōpendium vtilissima est hec speculatio / in qua magnitudinis & multitudinis que duo totum orbem complectūtur & ambiunt natura discutitur. Nūquid abstrahēs intellectus dum hec agit ociosus est aut inutilis per quem animus honestarum artium gradibus ad thronum consummate philosophie conscendit? Multitudinem ergo que potentia sui in infinitum crescit : sicut econtra magnitudo decrescit in infinitū bimembri diuisione partitur dum eam nūc simpliciter & per se nunc ad aliud relata contretur : alteram demandans arithmetice : alteram musice pleno iure reseruās. Magnitudinem quoque secut in duas species : alteram immobilē subiitens geometris alteram scilicet mobilem his qui astrorum et celestium scientiam profitentur. ¶ In his vero quattuor speciebus mathesis : id est doctrinalis tota consistit : & quasi quattuor philosophie limitibus mundane sapientie perfectionem assequitur. Primus itaque gradus est ab arithmetica numerorum virtutem mutuare. Secundus proportionū gratiam a musice trahere. Tertius optinere scientiam a geometria mēsurarum. Quartus idemque nouissimus veram positionem syderum assequitur : & vim celestium perscrutatur. Eorum vero qui scientiam profitentur astrorum alii opinionis errore prolabuntur ad fabulas / in quo deprehenditur & iginus. Alii sola imaginationis virtute contenti sunt / quid verum sit doctiorum iudicio reseruantes : satis agentes sibi dummodo veri similitudinem teneant : vtrosque alterutra astrologia eruditionis sue recipit professores. Sunt alii qui in professione astrorum veritati quidem inuigilant : eo solo cōtenti : si positionē veram motumque syderum / rationēque signorum celestium veraciter assequuntur.

¶ De differentia mathematice doctrinalis & mathesis reprobate : & traditione mathematicorum / & erroribus eorum.

Capitulum. XIX.



Erunt quia probabile est celestium aliquam esse virtutem : cum & in terra nō credatur aliquid gigni : quod a manu opificis dei / bonum aliquē non sortiatur effectū : qui curiosiores sunt celestium potentia inuesti-

Philosophia

Arithmetica.

Musica.

Geometria.

Astrologia.

Mathesis.

De docētibus

astrologiam.

Astronomia.

gant: & de singulis que in sublunari globo proueniunt astronomie sue regulis nituntur reddere rationem. Est autem astronomie nobilis & gloriosa scientia: si clientelam suam intra moderationis metas cohibeat: quam si licentiori vanitate excedit / non tam philosophie species quam impietatis decipula est. Et quidem multa sunt mathesi doctrinali & diuinatorie mathesi communia: sed dum diuinatio / sobrietatis mensuram excedit toto dissidens fine non instruit / sed suum dedocet professorem: quod enim zonas partium / parabellos determinant: cum signis suis obliquant zodiaci: quod orbem fere totum coluris cingunt: quod laborem metiuntur planetarum: quod planem nullius erroris participem faciunt: quod a polo artico ad antarticum axem inducunt: quod signa per gradus & puncta diuidunt: quod orientium et occidentium signorum & siderum proportionem tenet utriusque commune est: utraque tamen in eo phisicis acquiescit: quod teneritudinem subtilium corporum in quasdam sectas vias et circulorum inter capedines non estimat dissipari. **C**asserunt quoque communiter / solem caloris auctorem esse: humorumque augmentum & defectum (quoniam id sensus probat) motui lunari accommodant: & in hunc modum plurima.

**Polo artico
Antarticus
axis.**

Mathesis.

Ceterum mathesis que futurorum pollicetur iudicium / philosophie (ut predictum est) trahens originem ultra progreditur: & elationis sue temeritate in prerogatiuam eius prorumpit qui stellas numerat: quam ipse nomina solus: signa: potestates: cursus: loca: tempora nouit: quoniam hoc ipsum astronomie sue beneficio sibi astrologus repromittit: tantoque longius a via veritatis aberrat quanto ad eam irrupere tumidius moluntur. **C**Signorum ergo naturam reuoluentes prout eam forte nouerant: dum in stellis comparibus fluctuarent. Alia dicunt masculini generis / alia feminini: essentque forsitan multiplicata per soboles: nisi quia dissociata locis in coitu conuenire non possunt. **C**Planetarum quoque consilia quoniam & orbis moderatores eos habent diligenter explorant: quod ex affectione eorum & motu / & applicatione unius ad alterum choreisque stellarum facile est inuenire. **C**Saturnus ergo quia frigidus est & senex / grauis est & nociuus: & de natura maliciam / morositatem contrahit ab etate. Omnibus ergo inimicus vix suis etiam scolasticis parcit.

Astrologus.

**Signorum natura
fm alijs**

De planetis.

De conditionibus saturni.

De conditionibus iouis.

CSuccedit ei iupiter e contra propitius & salubris: tanteque benignitatis in omnes: ut nec de malicia patris: nec martis feroci

tate subiecti/quemq̄ offendat/nisi forte & ipse in orbis subiecti dispendia stationarius factus sit:retrogradus ve/ aut aduersionē miserabilem patiatur. ¶ Mars ferox naturaq; indomitus omnes preter scolasticos suos persequitur:mitigatur tamen interdum iouis accessu vel veneris:quonia & ipsa propitia est & benigna. Mercurius vero talis est:qualem vicini planete permiserunt:cum & ipse conuertibilis nature sit:potentionibusq; cohereat. Vnde pleriq; eum presulem eloquentie opinantur:eo q̄ illa iuncta sapientie plurimū profit:malicie sociata noceat plurimum. Hec quidem & si non docuit:sectam tamen erroris attingit lucanus:cum timorem vr̄bis describeret:bellumq; civile necessariis astronomie argumentis ineuitabiliter appropinquante cesare futurum denunciaret. Innuuit enim poeta doctissimus si tamen poeta dicendus est qui vera narratione rerum ad historicos magis accedit:illi⁹ maliciā irrefragabiliter adimplendam:qui solus in throno domicilii sui residebat. Et licet figulus parcarum consilia discutiāt/mentemq; stellarum:corporum tamen que videntur nōdum plenam noticiam tradidit:cum in tota mathematicorum domo adhuc non sit questio expedita:an ex elementis sydera constent:an ex quinta essentia quam aristoteles introducit. Nam quod eis obiciunt pueri mollia sint/an dura:& si quid eiusmodi est:etiam audire dedignātur:quis aliquos famosos & suo iudicio sapientes:in talibus viderim miserime laborare. Expediunt tamen:& suis rationibus probant quid fata deliberent:& deprehensa voluntas syderum quem in sublunari globo sortiatur effectum. ¶ Et forte sententia numinis irrita est:quam non mathematicus profert. Ait ergo. Quid cladis gen⁹ o superi quā peste paratis Seuiciam?extremi multorum tempus in vnum Conuenere dies/summo si frigida celo. Stella nocens nigros saturni accenderet ignes. Deucalioneos fidisset aquarius imbres. Totaq; diffuso latuisset in equore tellus. Si semini radiis nemeum phebe leonem. Nunc premeres toto flueret incendia mundo. Succesusq; tuis flagrasset curribus ether. Hi cessant ignes tu qui flagrate minacem. Scorpion incendis caudachelasq; peruris. Quid tantū gradine paras:nam mitis in alto. Iuppiter occasu premitur venerisq; salubre. Sydus hebet:motuq; celer cilleni⁹ heret. Et celū mars solus habet cur signa meatus. Deseruere suos mundoq; obscura

De cōditionibus martis.

De cōditionibus mercurij.

Pleriq; putāt mercuriū deū eloquentie.

Lucanus.

Lucanus in primo libro quasi iuxta si.

Lucanus in primo libro quasi iuxta si.

Lucanus in primo libro quasi iuxta si.

Lucanus in primo libro quasi iuxta si.

feruntur. Eniferi nimium fulget latus orionis. Imminet armo-
 rum rabies ferriq; potestas. Confundet ius omne manu: scele-
 riq; nefando. Nomen erit virtus multosq; exhibit in annos. Ecce
 ex qualitate planetarum: expositione signorum et concursu cau-
 sarum q̄ manifestus belli ineuitabilis sequatur euentus. Hoc
 etenim ad artis traditionez plurimum spectat: vt de naturali vel
 causali constet domicilio planetarum. Omnes siquidem preter
 solem et lunam qui soli singulis contenti sunt duobus domici-
 liis gaudent: naturali scilicet & accidentali. Naturale quidem
 cuiq; domicilium est: in quo quisq; creationis sue principiu ha-
 buit: si tamen genelliaci consentiunt eos a domino esse creatos.
 Lune igitur domicilium cancer est: leo solis: mercurii virgo: li-
 bra veneris. scorpio martis. sagittarius iouis: saturni capricornus
 et hoc naturaliter. Casualitur vero saturno cedit aquarius: pi-
 sces ioui: aries marti: veneri taurus: in mercurii sortem gemini
 cedunt. Luna vero commoda est: quam cum aliis stellis quicq; illi
 garriant: creauit deus vt preesset nocti. **Q**uid enim de so-
 le dica qui dux & princeps est et moderator luminu reliquorū?
 Eum utiq; reclamantibus omnibus his planetariis non timeo
 bonum & necessarium profiteri: cum et diem videntibus cum-
 ctis illustret: temperet orbem: anni tempora diuidat: inducat re-
 rum vicissitudines: & alia plurima que nunc longum est enar-
 rare. Sed licet multarum vtilitatum in eo & in ceteris cause resi-
 deant: ipsorum tamen et omnium que recte sunt: vna est: & pri-
 ma causa que mundum fecit proprie maiestatis potentia: eūq;
 sapientie sue virtute & imensitate formauit & firmauit: & vt ei
 tam substantiam q̄ formam conferret: sola inducta est bonitate.
Mathematici vel planetarii dū p̄fessionis sue potētiā
 dilatare nituntur in erroris & impietatis mendacia perniciosi-
 sine cornuunt. Nec cuiuscumq; artis regula seruatur illesa: nisi
 dum infra proprii generis ambitum cohibetur: presertim cum
 iuxta sapientem frequens sit aliquid extra regulā inueniri. Ois
 enim regula alicui generi rerum accommodata est. Si vero tra-
 ducatur ad aliud: statim in veritatem impingit obnoxia falsita-
 ti. Si ergo mathematici probare matheosos. id est doctrinalis
 essent sine contenti: & veram assequi possent positionem stella-
 rum: & ex signis suis sobria eruditione fm quod naturaliter pro-
 ueniunt qualitatem prescire temporum / & speculationis sue io-
 cundissimum carpere fructum. Cum vero dilatant philateria

Planetarum
 domicilia na-
 turaliter.

De lune crea-
 tione / r ad qd.
 De sole.

Mathematici
 Planetaris.

sua & magnificent fimbrias: dū constellationibus & planetis nimum virtutis ascribunt: eis nescio quā auctoritatem operum ascribentes in creatoris prorūpint iniuriam: & dum celestia que tractant ad sobrietatem nō sapiunt. iuxta apostolum stulti fiunt. Vide in quātam erroris abyssum ab ipsis celestibus cadant Cōstellationibus suis ascribunt omnia: tu videris an ei fiat iniuria qui fecit celum et terram: & omnia que in eis sunt? Deinde eam constellatio rebus necessitatem indicit: vt arbitrii perimat libertatem. An & hoc recte/ tecum delibera. ¶ Ad tantam deniq; quidam peruenere vesaniā: vt ex diuersis stellarum positionibus dicant imaginem ab homine posse formari: que si per interualla temporum & quadam proportionum ratione in cōstellatiōe seruata formetur: stellarum nutu recipiet spiritum vite: & consulentibus occulte veritatis manifestabit archana. Et licet quandoq; que honesta vel recta sunt: vt se in loco mūdo vel le seruari vel solum deum quando aliquid querit precibus & muneribus inuocādum precipiat: maligni tamen spiritus hāc esse fallaciam certissimū est: qui vt min⁹ caueatur innocentie vlti iustitie precepta plerūq; videtur afferre. Hanc quidē idolatrie speciem esse/ fidelium null⁹ ignorat. ¶ Longe vero cōmodius in celum ascendunt astrologi: qui academicorū more quicquid eis occurrit pbabile suo iure defendūt. Itaq; qdā eorū motu quodā irrationabili planetas aduersus aplane nutu contendunt. Alii auctore aristotile eosdē cum firmamēto ferri profitentur: quorū neutrum teste mineio astrologie regulis inuenitur aduersum. At genelliaci dum ad diuinationem scientie celestium nimis insistent tam ipsorum celestium q̄ dei noticiam perdiderunt. Qui tamen inter eos suum cōmodius excusare videntur errorem: cum plotino auctoritatem operum non detrahunt creatori: sed semel & simul ab eo legem asserunt institutam quā null⁹ vnq; conatus euacuat: cum omnia que disponit futura sunt: vt preuidit. Quod forte papinius intellexit cum diceret. Incipit ex alto graue: & immutabile sanctis pondus adest verbis: & vocem fata sequuntur. Ab eo ergo sua potestas attributa est singulis creaturis: in quibus non oportuit celestia locū tenere nouissimum: & que digniora sunt aliis habere minimū potestatis. Eis itaq; quantum voluit contulit: qui & si sibi retinuerit operis principatum: signorum illis ad minus indixit obsequium. Vnde & si non sepe faciant opera signorum tamen auctore deo exhibēt ministeria. Hinc forte illud. Celi enarrant gloriam dei: & opera

Rom. i.
Mala q̄ procedunt a mathematicis.

Astrologorū laus.

ps. xviii.

manuum ei⁹ annunciat firmamentum. Nec mirū cum & aues /
& alia plurima institutione dei: & nature beneficio quedam fu-
tura signis preueniunt. ¶ Si igitur celestia signa sūt rerum que
proculdubio venturae sunt necessario: cum eas immutabilis di-
spositio ordinauerit: quid prohibet ea que celestium prenunciā-
tur iudicio sciri ab homine & homini inuicem iudicari? Signa
siquidem hominibus data sunt ad eruditionem: non illis qui ce-
lestium conscii secretorum nullis indigent signis.

¶ Quidētia rerū naturā non perimit: neq; series rerū imutat
providentiam. & q̄ liberum arbitrium manet cum providētia.

Capitulum. XX.

Robabilia quidē sunt hec que proponunt: sed tamen
nemini venenum hic sub melle latet. Fatalem etenī
quandam necessitatē rebus imponunt sub pretextu
humilitatis & reuerentie dei: timentes ne forte ipsi⁹

eracuetur dispositio nisi rerum euentus necessitas comitetur.
Preterea priuilegium diuine maiestatis irumpunt scientiam
vendicantes que tempora preuideant & momenta que filii te-
stimonio: patris reseruata sunt potestati. A deo quidem: vt abs-
condita sint ab oculis eorum: quibus dei filius quecumq; a patre
audierat patefecit. Deinde mentes hominū timore elationis
extollunt: aut desperationis pusillanimitate prosternunt: dū vel
vitam diuturnam: aut mundi prospera deiitendis promittunt:
vel econtra imminetia fata aut seculi aduersa minantur erigē-
dis. Certe superiorem timoris / vel inferiorem spei molam qui-
bus fidelis anima in area mūdi tenitur tollere prohibētur. Tol-
lunt tamen tam in suam & clientele sue perniciem: q̄ in cōtume-
liam prohibentis. ¶ Verum sicut series rerum dei providenti-
am non immutat: sic & eterna dispositio / rerum naturam nō pe-
rimit. Neq; enim homo non peccare non poterat: quia eum de-
us prenouerat peccaturum: aut quia ille non peccare poterat / eū
peccaturum dominus ignorabat. Neq; nō mori posse nesciebat
eo q̄ erat peccati merito moriturus: neq; eum mori necesse erat
quoniam hoc dominus presciebat. Factus est igitur quodāmo-
do immortalis proculdubio moriturus: & mortem culpa attul-
lit quam nature conditio non inuexit. Esetq; ab ea immortalis-
tate qua non mori poterat in eam qua mori non posset transfe-
rendus: nisi culpa inobedientie precisa iustitie semita / tate glo-
rie aditum pro tempore preclusisset. Itaq; peccare & non pecca-
re potuit: mera peditus libertate arbitrii: qui nulla dispositiōis

*Nota q̄ mala
cōmittāt diui-
nantes.
Actuū. xj.*

violentia/nullo factorum impulsu/nullo conditionis stimulo/nullo adhuc nature defectu vrgebatur ad culpam que indubitata parens pene hominem sponte lapsu impedit in mortem/verum quia in iniustitia frena laxauit arbitrii: sic in ea oppressus & obrutus iacet: vt iusto dei iudicio: quia tunc noluit abstinere a peccato cum potuit: modo nequeat abstinere cum velit. In eo tamen solo adhuc ei liberu viget arbitrium: vt sibi ad opus iniquitatis sufficiat: & si ad bonum non nisi a gratia preuentus & adiutus assurgat. Sic iustitiam per se deserens: traductus est in regnum peccati et mortis: vt iugo seruitutis pressus: necessitati delinquendi et moriendi subiaceat quis hoc non factorum series: sed puaricationis meritum introducat. Alioquin hoies nulla iusticia pdenabit: cu culpa no in eu: sed in ipsi? retorqat auctore. Possibilia itaq: sut q nuq futura sut: q si qa no erit euenire no possit/ nequa? possibilia diceret. Nauale sigde bellu fieri: iteq no fieri possibile est: alteru tn precise & determinate veru est & pscitu.

CAn possint a deo sciri que no sciuntur: & q reru mutabilitas ei nequa? est infligenda: & q idem scientia/prescientia/dispositio/prouidentia/predestinatio: et q vera infinita sunt: vt numerus eorum non queat augeri vel minui: et q prouidentia nullam necessitatem rebus inducit.

Hoies quare
moizantur.

Capitulum. XXI.

Sed ecce iam alterius difficultatis succrescunt cornua et quocunq; me vertam errore videor inuolutus. Si enim que non sunt nec erunt esse possunt: profecto & deus potest scire quod non scit: aut eo ignorante potest aliquid euenire. Bellu naq; nauale quod no erit: sicut & geri/sic & a gerentib? sciri potest. Si ergo deus potest scire quod non scit/ potest utiq; et non scire qd sit/ eo q cotraiacentiu simul nulla possit esse scientia: cu alterum eoru semper eo q veritatis substantia careat fit obnoxii falsitati. Porro mendacioru nulla scientia est. Quomodo ergo scientia imutabilis est: cui decessus rerum potest fieri & accessus que potest ignorare qd scit/ aut scire qd nescit? Qz si eam variabilem esse recipim? iacobo reclamante iam apud eam est variatio/ & vicissitudinis obumbratio/ & pater luminum esse desistit: si elabitur qd prenouit. **C**Hoc equidem nec gentiliu error circa sua no tam numina q demonia dignabatur admittere: qui stigiam paludem diis peruiam esse negabant: dicentes ea oibus veneranda/ & vsq; quaq; illicita a celestibus preteriri. Mentis naq; celestiu obliuio no cotingit. Nunquid ergo fides recipiet qd de deo vel ipsa pfidia abhorret? **C**o

Stigla. Pal?

stat autem apud omnes quia deus scit illud non esse futurū. Et si pleriq; nō recipiant illum posse scire/aut non posse scire hoc esse futurum: ne eū mutabilitatis nota vel impotētie minuere videantur. ¶ Sed esto vt deus (quoniā pleriq; id recipiunt) possit: dum tamen si fieri potest positione aut cōiunctione non pecces scire quod non scit: non ob hoc esse eū mutabilē quis conuincit: cui⁹ scientie non decedit aliquid vſ accedit: cum illud solū in rerum natura verū esse contingat: quod ille ab initio stabilitatis sue puncto prefixit. Dum tamen hoc recipitur exactissima diligentia precauendū est/ ne cognatio modorum/verbi quam Apollonius iuducit quicq; perfidie ingerat aut falsitatis. Hec ipsa quoq; possibilitas eueniendi non leuitati illius qui non mouet/ sed rerum facilitati que natura non indignante moueri possunt conuenienter ascribitur. ¶ Manet itaq; vsq; quaq; immobilis integritas scientie dei: & si quid varietatis alicui inest: non tam scientis/ q̄ scitorum mutabilitas est. Licet enim que scientia dei complectitur/ mutabilitati subiaceant: ipsa tamen alterationis vices ignorat: et vno singulari aspectu et indiuiduo/ omniū que dici/ aut quocumq; sensu excogitari possunt vniuersitatem claudit & continet: adeo equidem sine motu vt localia sine loco: nā scētia sine initio: decedentia sine fine: fluctuantia sine alteratione: temporalia sine mutabilitate et mora: sic vniiformiter comprehendit: vt ei nec p̄terita transeāt/ nec futura succedāt. Nec mirū hoc in eternitatis statu: nisi qa quicquid ibi est/ mirabile est: cum et in nobis mutabilium motum et infestantium cursum aliquatenus quiescens comprehendat aspectus. ¶ Intellectus quoq; rem magnam sine distensione & sine contractione sui rē modicam cōtemplatur: nec loco indiget vt localia claudat: nec spaciōrum interstitiis vt distantia cōplectatur: in eoq; patrem luminum insequitur: sed non passibus equis: cum hic multis: ille vero omnino nulli motui obnoxius sit. Cum vero simplicitatis diuine aspectus innumerabilia claudat: vna tamen est & indiuidua substantia prescientis eiq; essentialiter vna cum sibi sit idem esse et sapiētem esse. Alioquin fingat qui potest quis hic diuersa cōiunxerit: nec prima rerum omniū causa erit que vt sit coniūctionis amminiculo eget. Creature vero scientia lōge disparis conditionis est. Spiritui siquidem et anime non est idem esse/ & scientē esse/ cum anima primo affectionis motu inualeſcens disponatur ad cognitionem rerum. eaq; si radicata fuerit/ vt aut oīno/ aut sine iniuria nature conuelli non possit/ habitus

Appollonius.

Quicqd est i eternitatis statu mirabile ē.

Via primitus ad qd disponatur.

suo informat aiam / facitq; scientē. Hic ergo habitus rectissime
 scientia appellat licet & res subiecte interdū scientie noie cen-
 seatur. Vnde & vicissim nominib⁹ mutuatis qd vni⁹ est trāsit
 ad alterū. Sic utiq; et scientia dicitur multa cū tamen multitudo
 rerū potius q̄ sciētie sit. Si ergo sapiētie dei imensitas & simpli-
 citas attendat: vna est simplex & indiuidua. Si subiacētū mul-
 titudo: multiplex est & multiformis. Sic etiā si substātiā volen-
 tis aut potentis qua vult aut potest attendas: vna est voluntas
 et potestas. Si que vult & que potest / infinitus omniū numer⁹
 est. iuxta illud pphetici. Magnus dñs et magna virtus ei⁹: &
 sapiētie eius nō est numerus. Itēq;. Magna opera dñi: exquisi-
 ta in omēs volūtates ei⁹. Et illud. Quis loquetur potētias dñi?
 Hec autē res vniformis & varia licet totius varietatis ignara
 sit / variis tamen nominibus appellat: sed ex variis causis. Sci-
 entia siquidē / & prescientia / dispositio / prouidentia / & predesti-
 natio nominat. Sed scientia existētium / presciētia futurorum /
 dispositio faciendorū / prouidētia gubernandorū / predestinatio
 saluadorū est. Et est predestinatio ab eterno gratie preparatio /
 per quā vnusquisq; vocatur ad vitā: sicut ait apostol⁹. Quos pre-
 destinauit: hos & vocauit: hos & iustificauit: hos & glorifica-
 uit. Et alibi. Apud te est fons vite / et in lumine tuo videbimus
 lumen. Vt ergo reuerenti quadā audacia / scientia dei que finē
 nescit / vel sermone finē inueniat. Scientia dei est oīm que sunt
 fuerūt / & futura sunt / vera p̄prehensio & plena notitia. Omnia si
 quidem vera nouit & sola / nullāq; dignatur agnoscere falsitatē /
 eam tñ diiudicat & cōdemnat. Est ergo necessario infinita que
 vniversa vera cōplectitur: quorū utiq; non est numerus: & adeo
 infinitus vt finem nō inueniat: nisi in sapiētia dei que sola seip-
 sam quanta sit nouit. Nihil ergo eorū que nouit (qm̄ vera sunt)
 euanescit: omniūq; dispositiorū presentia sint / preterita / an futu-
 ra / initiū & causa veritas est. Psal. siquidem ait. Principiū ver-
 borū tuorū veritas: que nullo defectu sui transibūt. Transibunt
 tamen celū & terra: quoniā & hoc de verbis veritatis est. Tūc
 utiq; cū deformitate mūdi purgata / reformabit celum nouū &
 terra noua. Sentiat vnusquisq; qd ei fides vel ratio persuadet:
 ego sine preiudicio sentētie melioris / vera modis om̄ibus arbi-
 tror infinita: cū in omnib⁹ que sunt & que nō sunt: ab initio esse
 necesse sit vel nō esse: & eorū que cōtradictorie opponūtur / alte-
 rum semp ex necessitate sit verum. Tāta ergo numerositate se-
 mel & simul verorū excreuit / aut potius extitit numerus. vt om

Sapiētia dei
quid est.

ps. cxlvj.

ps. cx.

ps. cv.

Sciētie nota.

Rom. viij.

ps. xxxv.

Scientie dei
diffinitio.

ps. cxvij.

Matth. xxiij.
Luce. xxi.

Apocal. xxi.

Auctor huius
libri qd in pre-
dictis opinat.

Scientie dei
nihil deficit.

Eccl. xviii.

Prouidentie
dei constitutioes
ps. xxxij.

Stoici credu-
litas et opinio.
Epicuri opi-
nio.

Scientia hu-
mana cum diui-
na in aliquo
coequetur.

nino minui nequeat/vel augeri & vsq; quaq; in eum maneat infi-
nit? nisi apud infinitam sapientiam dei. ¶ Indeficiens ergo scientia
est cui nihil eorum elabatur:& omnino augmentum non recipit
que ea omnia comprehendit. Rationem vero eorum que deus ab
eterno in sapientia id est in vnigenito verbo disposuit:creas ibi
omnia simul quam postmodum consequenter producit in opera
fm prouisum ordinem singula traducens a generatione qua in-
cipiunt esse per sortem qua fluctuare videntur lapsibus ad cor-
ruptionem: que quasi existentie filum prescindens/retrudit ad
non esse/parcas vel fata antiquis placuit appellari eo qd constitua-
tiones prouidentie dei quin effectui macipientur nemini parcant:
& a verbo dei quo eternaliter omnia dixit & facta sunt/executio-
nis firmamentum accipiant. Vnde stoicus omnia necessaria
credit:timens euacuari posse scientiam immutabilem. E contra
epycurus eorum que eueniunt nihil prouidentie ratione dispo-
situm:ne forte necessitatem mutabilibus rebus inducat opina-
tur. Pari ergo errore desipiunt:cum alter casui/alter necessitati
vniuersa subiiciat. Mutabilium igitur rerum dispositio immu-
tabilis est:& eterne prouidentie imutabilis status omnium muta-
biliu[m] continet cursum. Cum vero ipsa ab eternitatis sue statu
moueri non possit:contingentium seriem ab omni nexu neces-
sitaris absoluit:& licet lux inaccessibleis sapientie dei humane
scientie tenebras incoparabiliter antecedit:est tamen in quo
claritati illius/caliginis nostre oculus quo ad aliquid coequetur.
Sicut enim quod video imminere/nulla ex eo quia videtur ne-
cessitate proueniet:sic & quod illius oculus contempletur non est
necessarium euenire. ¶ Scio equidem lapidem:vel sagittam quam
in nubes iaculatus sum:exigente natura recasuram in terram:
in quam feruntur omnia suo nutu pondera:nec tamen simpli-
citer recidere in terram/aut quia non recidere necesse est. Potest
enim recidere & non recidere. Alterum tamen & si non neces-
sario verum tamen est:illud utiq; quod scio futurum. Si enim
futurum non est:& si forte putetur:non scitur tamen quoniam
illius quod non est:non scientia sed opinio est. Ceterum & si non esse
possit:mihil impedit esse scientiam que non necessariorum tantum sed quo-
rilibet existentium est/nisi forte & tu cum stoicis existentia censeas
necessariis comparanda. Sic & que ille prenoit:omnia pculdubio
implebuntur. Contingentia tamen omnia/& non euenire possibile
est. A deo quidem ut ad eueniendum res quas cum eo futuras preno-
uius/non magis ipsius quam noster visus astringat. Licet ab illis die-

spōitione subsistēdi formā omnia sortiantur quaten⁹ bona sunt: alias autē nō forme existēdi imaginē gerūt: sed defectū illi⁹ enormitatis sue vitio ptestatū. ¶ Prescīentia ergo reb⁹ causa eueniendi nō est: aut euentus rerū ei causa est prescīēdi: ne aut tēporaliū motus eterne puidētie causa sit: aut a purissimo fonte bonitatis: malorū profluāt riuuli. Deus vero bonorū dūtaxat auctor est. Qd̄ vero in topicis vulgo obiicit: quia necessario si quid prescitur eueniet/ nullo veritatis robore subnixū est: nisi forte reb⁹ ab omni necessitate absolutis modū cōplexioni quis tribuat: vt poti⁹ necessitate cōsequēdi q̄ consequētis pposite enūciationis veritas cōstet. Nec me artabis: vt licet dispositarū rerū mutabilem esse fatear naturā: scientiā disponētis ob hoc dicā esse mutabile: cū fm̄ ipsius veritatis archanū (iohannē filiū tonitruū loqr) fidei cōstet: quia quātacūq; sit labilitas subiectori: qd̄ factum est in eo vita erat: per quē facta sunt vniuersa. Eius itaq; dispositio tāta sue stabilitatis incolumitate viget & munit: vt nullo rerū motu cōcuti: nulla possit tēporis aut casus mutabilitate cōuelli. ¶ Q̄ ex possibili nō sequit̄ ipossibile. Et qd̄ ex quo necessario cōsequatur nouit altissimus q̄ oīa solus potest. Caplm̄. XXII.

Nstas tamen dicēs. Nisi euenierit aliquid qd̄ preuidit illud certa significatione cōplectens: forte lapidē recasurum in terrā fallitur dispositio: quia ergo lapis nō recidere potest/iubes me de duob⁹ eligere: quorū neutrū cōmuniter approbat: vt vel fatear prouidentia posse falli qd̄ fides abhorret: vel qd̄ absonū est/ex possibili impossibile cōsecutione vera consentiā euenire. Angustie quidē sunt vndiq; hinc ne diuinā minūā maiestātē: inde ne multorū clamorib⁹ & sentētie que iā fere oībus persuasa est contradicā. Sed quia melius est incidere in linguas hoīm q̄ impie versari in deū: si utrūq; vitare nō possum: absonus malo videri q̄ perfidus. Nō etenī omnib⁹ persuasum est: qd̄ ex possibili impossibile non sequat̄: nā hoc nōnulli recipiūt. Sed an recte viderint ipsi & iudicent. At vt ex vero falsum sequat̄: nemo sapiēs acq̄escit. Verū siqdē ex falso seq̄t̄ & vero: sed ex vero nō nisi verū. Ex possibili quoq; & ipossibili interdū possibile sequit̄: nō tamē ex quouis ipossibili oīa impossibilia: nisi forte aliud tibi psuaserint illi quorū si oīa vera sūt ex vno ipossibili sequūtur oīa ipossibilia: et ex quouis falso queribet falsa. Si vero obtinuisses ex vero falsum: iure et ex sentētia omniū quererer me a semita veritatis abductum. Non tamen his importunitatibus eatenus premor: vt quod inopinabile est

e ii

Dispositio rerū licet sit mutabilis: tamen dispositiū scientia est immutabilis.

Cause angustiarū auctoris super hoc articulo.

Polícratíci de Curialhū nugis.

licet inueniam confortes erroris/propria temeritate tueri contendam. Malo cum achademicis (si tamen alia via nō pateat) de singulis dubitare: q̄ pernicioſa ſimulatione/ſciēter quod ignotum eſt vel abſcōditum temere diffinire: preſertim in quo aſſertioni mee fere totus aduerſabitur mundus: eoq̄ libentius achademicos audio q̄ eorum que noui nihil auferunt: & etiā in multis faciunt cautiore magnorum virorū auctoritate ſuffulti. Cū ad eos etiam in ſenectute tranſerit ille in quo latinitas noſtra ſolo inuenit quicquid inſolēti grecie eleganter opponit aut preſert (ciceronē loquor) romani auctorē eloquii: quem ad eos quaſi in calce vite diuertiffe liber de natura deorū, inſcriptus docet. Efferant ſtoyci inopinabiles ſentētias ſuas: quas paradoxas uocant/veras quidem preclaras & amirabiles: nos pingui (vt dicitur) minerua agentes: nihil eorum approbamus que omnibus aut pluribus aut ſapientibus ſingulis in facultate ſua probabilioribus falſa eſſe uidentur. Nec ſi cicerō ipſe aut ariſtotiles impoſſibile ex poſſibili producat: acquieſcendum ſentio: me poti⁹ aliā qua fallacie nube deceptum veriſimiliter opinabor. ¶ Hac ergo via tendiculas tuas egredior: vt dicam prouidentiam falli nō poſſe: rem tamen que preuiſa eſt poſſe non euenire. Sed quid in ferre cōſueueris ſcio. Ergo poſſibile eſt eam non eſſe preuiſam. ¶ Eſto inq̄: quo ultra progredieris? Ergo inquis reclamante philoſophia: & quod eſt nō eſſe: & quod fuit poſſibile eſt nō fuiſſe: & que iam preterierūt reuocari poſſunt ne fuerint. Et quidem infinitam potentiam dei ſcientiæ & ratiōculæ mee legibus nō coarcto: nec ei finem quoniam nō habet impono. Scio enī quia oīa poteſt: ſed tamen quia mendose colligis patenter uideo. Primo quia diuine maietatis immēſitatem paruitatis humane modulo circūſcribis: & eternitatis immutabile ſtatū quem null⁹ omnino motus attingat: labentium rerum imagine & ſuccedentiū ſibi temporum uarietate diſtinguis. Sed lōge ſecus eſſe hic atq̄ in his ex precedentibus oportuit concipi: cū eternitatis ſtatū nullus omnino motus attingat: & creatura quelibet acceſſu vel deceſſu accidētium moueatur. Homo ſiquidem ſi quid prouidet futurorum: ſtatim mentē eius quidē mot⁹ aggreditur vt animus quadā applicatione ſui ad aliud apud ſe futuri operis ſpeciem prefiguret. ¶ Eandemq̄ pleniq̄ nūc quaſi in archiuiſ memorie deſcriptā reponit: nunc quaſi in ſpeculo nativæ puritatis replicat & reuoluit. Facilius enim eſt motum hūc ab animo oīno deficere/q̄ contēplationi iugi animo inherere. Et quidem

Cicero autor
romāi eloquiſ.
Stoici.

Cicero.
Ariſtoteles.

Cōcluſio ad
preſ. ſm aucto-
ris opinio-
nem.

Philoſophia.

hic motus si non prouidentia est: aut prouidentiam parit: aut ei cuiuscūq; federis noticia vicinatur. Cum vero motus precedēs / & ex eo cōcepta species futuri operis sequela frustratur: inanis est agitatio mentis: & q̄si umbra in somnis sine veritatis corpore euanescit. Motus tamē quia re ipsa fuit in anima: nō potest non fuisse in anima: & anima que motus agitatione mota est / non mota nō fuisse non potest. Porro diuine simplicitatis stat⁹ longe alia conditio est. ¶ Ea siquidē vno simplici & indiuiduo aspectu (vt predictū est) que sūt que fuerūt: & que futura sūt omnia cōtemplatur: nulloq; rerum mutabiliū lapsu mouetur / sed in se ipsa semel & simul contuens vniuersa: subsistit inuariabilis: stabilisq; manens dat cuncta moueri. Et licet ei interdum preteriti tēporis aut futuri verba aptent: non ei quicq; ex hoc subtrahi vel impēdere: sed rerū subiectarū mutabilitas si qd proprie dicitur veraciter iudicatur. Cū ergo ipsū aliquid prenouisse audiimus minime intelligimus fluxu temporis eius preterisse sciētiam: sed si verborū naturā sequimur: precessisse tēpus quo veraciter credatur ei⁹ quod futurū erat habuisse noticiaz. Sic utiq; eum ab eterno certū est omnia preuidisse: non q̄ visui eius motu suo quicq; subtrahat tēpus: sed quia qui vniuerso tempore natura prior est / suus omnia sēper cōprehendat aspect⁹. ¶ Eius ergo prouidentia in sui dispositione non fallitur: quia eam semper sequela operis comitatur. Sed nec falli potest: quia nec ex mutabilitate rerū: nec ex temporis fuga aut versibilitate potest aliquid esse absconditū ab oculis eius. Hominiis vero falli potest & fallitur dispositio / quia res cuius apud se prefigurauit speciē p̄cessu tēporis / aut omnino nō euenit / aut in alia specie in publicum procedit. Nec tamen quecumq; preteriti verbi significatione clauduntur / rebus sunt aggreganda preteritis. Nec si me vixisse profitear florente paripatetico palatino / ideo mihi vitā elapsam aut preteritam esse confiteor. Aut si ab arrianis eugenio presidente dissensi non ob preteriti temporis gratia a fidei & confessionis illius integritate diuerti. Ceterū quia quandoq; verum fuit dicere nunc viuo: sic sentio / eleganter & vere fateor in sequentibus quia tūc vixi: & sic senti: nec tamen vitā preteriit se vel sensū. Scio tamen quis dixerit quia in hoc erram⁹ q̄ mortem nō prospicimus. Magna pars eius iam preteriit / quicquid etat̄ retro est / mors tenet. Sed certe si ei semel fuisset vita elapsa: aut hoc oīno nō diceret: aut diceret rediuiuis. Non est ergo necesse preteriisse quicquid preteriti tēporis significatur verbo.

Boeti⁹ lib. iij.
de cōsola. p̄p̄.

Deo oīa patēt
homini neq; q̄

Arriani.

Seneca ep̄la
liiij. lōgū mihi

Policratici de Curialiū nugis.

Aristoteles.

Omnia apud
deū possibilia
Sed utrū que
facta sunt po-
terit facere nō
fuisse: hic vi-
det q̄ non.

Et licet predestinati sint multi: nō ideo quia preelecti sunt pre-
teritū predestinatio. Et quāuis nō predestinati esse possint: pote-
rit aliquid qđ preteritū sit: ne preterierit reuocari. Nota siquidē
predestinationis quocūq; verbi casu vtaris quātū in eo est futu-
rum potius q̄ preteritū signat: & eū de quo dicā nisi iam forte
euaferit: indicat esse saluandū. Est enī (vt dici solet) verbū fecū-
dum / & in se semper verbi alteri⁹ intelligentiam claudit. Non
itaq; motū aliquē predestinanti ingerit: sed ei qui saluandus est
primitiua disponentis dei gratia patere asserit hostiū salutis: &
ianuā misericordie qua procedēte tēpore possit saluari: imo sal-
uabitur: licet possit & non saluari. Nec mihi illud aristotelis tui
obiicias: quia fuisse qđ fuit / et esse qđ est: quando est / necesse est
vt colligas enūciationes que preteriti tēporis habent copulam
veras esse precise / vel precise & ex necessitate falsas. Minime
nāq; hac obiectione iuuaberis: cū et ipsa Aristotelis verba faci-
ant questionē / & articulo discutiendo nullū aut parū ferāt sus-
fragiū. Regule siquidem integritatē subuertunt enūciationes
que preteritis vim futuri cōtingentis adiungunt. Puta / verum
fuit heri te cras esse lecturū: aut te Plato quādoq; sciuit dormi-
turū in quib⁹ ex adiunctione futuri / p̄teriti tēporis fides vacillat
Dū enim tu poteris nō dormire: et hoc plato poterit nesciuisse /
nō q̄ motus qui in anima ei⁹ fuit non fuisse possit: sed q̄ que fuit
scientia mutabilitate rerum & tēporis lubrico in opinionē pote-
rit denotari: si tamen cōtingentiū futurorū vlla possit esse scien-
tia: quā sit indubitata opinio que scientiā pbabiliter imitatur.
Item qđ heri verū fuisse predixim⁹ / non fuisse poterit verū: nō
q̄ res p̄terita reuocet: que in eo nulla preterit: sed qđ res futu-
ra expectat: que ab insidiis fortune pendet vt sit. Deinde tu ip̄e
potes prouidisse aliquod bonū: qđ forte futurū est bonum & po-
test nō fore bonum: & idem potes nō prouidisse bonum: nō quia
possis nō prouidisse qđ prouidisti: sed quia potest nō bonum esse
qđ prouidisti. Itē potes qđ pmisisse vel stipulat⁹ esse vtiliter: idēq;
potes nō pmisisse: aut nō stipulatus esse vtiliter qđ tū pmisisti /
vel stipulat⁹ es nō pmisisse / aut nō stipulat⁹ esse nō potes. Pre-
terea tu in fundū sempronianū illū qui te sequit⁹ precessisti: & si
aliū precessisti: te ali⁹ aut secut⁹ est / aut sequit⁹ / aut sequet⁹. Cū
ergo cōsequentis possit euacuari euetus: antecedentis quoq; ve-
ritas possit infirmari: vt & tu qui precesseras nō precessisse pos-
sis. Quo tamen ingressus es nō potes nō fuisse ingressus: neq;
et qđ factū est cōnumerari potest infectis: neq; qđ preterit / ne

fuerit poterit reuocari. In his enim omnibus que mente concepta/
 vel verbis expressa/vel actu completa transierunt: non possunt/nec
 poterunt exinde non fuisse:& si qualia futura erant: dum eadem sui
 natura certus non fixit euentus/valent non fuisse. Talium vero
 clauduntur ambitum omnia que cuiuscumque generis iminentis appel-
 latione clauduntur: licet familiarius ad quantitatem/aut ad aliquid/
 aut quodlibet aliorum naturaliter applicetur. Quid ergo mirum si
 ille qui omnia potest/& que preuidit non preuidisse potest: cum con-
 stet fidei quod ea que preuisa sunt non euenire possunt/& que non sunt
 preuisa possunt euenire/nec tamen citra conspectum prudentie va-
 leant euenire? At enim Esaias. Si volueritis ambulare in prece-
 ptis meis/& audieritis me: bona terre comedetis. Quod si nolueri-
 tis & me ad iracundiam concitaueritis: gladius deuorabit vos: quia
 os domini locutus est. Ecce quia liberum hic seruat arbitrium: dum si volue-
 ritis & si nolueritis dicens. In utraque partem non ex iudicio irretra-
 ctabili fatore dei: sed ex merito singulorum omnibus penam vel pre-
 mium repromittit. Esset utique in voluntate collata conditio pro-
 merendi inutilis: si faciendi vel non faciendi necessitas esset prouide-
 die: vel factorum nexibus illigata. Quod si istud non sufficit contentiosis
 an non ex euangelico testimonio poterat in passione filius rogare
 patrem suum ut exhiberet ei plusquam duodecim legiones angelorum/
 cum tamen liqueat ex post facto non hoc sed oppositum ei quod con-
 tigit fuisse preuisum? Nec perspicacioris ingenii moueat sensum
 si in tante maiestatis scrutinio exemplis deficiamus/nec rationibus
 abundamus: cum admiratione ratio tollat/& exemplorum inductio
 singularitatem excludat. Ipsa vero ineffabili singularitate mira-
 bilis & mirabili imensitate singularis omnem sensum exsuperat
 non modo hominum sed & angelorum. Scio equidem quia scrutator ma-
 iestatis opprimetur a gloria/& ex edicto altissimi bestia si mon-
 tem tetigerit lapidibus obruenda. Unde que in talibus proponuntur
 sine preiudicio in meliorum inuestigationis animo potius dicta sunt quam
 temeraria contentione ad expugnationem veri aliquid statuentis
 Sed nec illud me scire confiteor cur hoc reprobato alium prelegerit
 nisi quod cum patribus sentio in illo occultam dei iustitiam venerandam
 in hoc manifestam gratie misericordiam amplectendam. Nam & ille
 qui raptus ad tertium celum audiuit archana verba que non licet
 homini loqui: huius difficultatis articulum non tam discutiens
 quam ammirans altitudinem diuitiarum sapientie & scientie dei/
 confessione humili veneratus: iudicia eius incomprehensibili-
 bus & vias inuestigabiles esse pronunciat. Incerta & oc-

Esai. s.

Ius et iustitia
ide. pmittunt
vt. ff. de iusti. r.
iur. l. s.Prover. xxv.
Hebre. xij.
Exodi. xvij.

ij. Corin. xij.

Rom. xj.
ps. l.

Polycratici de Curialū nugis.

Eccles. i.

Rom. xi.

Theologia
quātam vim
habet.

Academie
regula.

Peripateticus
Palatinus.

culta sapiētie dei / qui sibi manifesta esse cōgratulatur / opera ei⁹
supra sensū hominis magnificata asserit: & dū scrutat oīa / cogi-
tationes altissimi nimis pfundas agnoscit. Huic veritati confo-
nat quod in ecclesiaste sc̄tus salomon in auditu fideliū cōcōna-
tur. Est homo qui dieb⁹ & noctibus nō capit oculis somnum: &
intellexi q̄ omniū operum dei nullā possit inuenire homo ratio-
nē eorū que sunt sub sole. Et q̄to plus laborauerit ad querendum
tanto minus inueniet etiam si dixerit sapiēs se nosse: nō poterit
reperire. ¶ Si ergo inueniri non potest ratio subsolarium quis
plenarie supra solarium redditur⁹ est rationē? Quis em̄ cognouit
sensū domini / aut quis cōsiliarius eius fuit? ¶ Cōstat itaq; sic ra-
tionē omnium veritatis ardore querēdā: vt pia intētio suam in-
firmitatē agnoscat: et ex omnib⁹ rebus pficiat: dū sibi persua-
sit diuinā maiestatem fideliter honorandā: & misericordie inde-
ficientis abyssū iugiter amplectendā. Deniq; apud philosophos
cautū est talia manere predicata qualia subiecta pmiserit: oīm q;
predicamentaliū vim et proprietatē naturalium finibus limita-
ri. Eademq; cū ad culmen theologie ascēditur quasi natiuo colo-
re destitutam: & robore alterari. Plane deficit vis verborū: &
intellectus ip̄e mortalis succūbit: vbi diuine discutitur immen-
sitas maiestatis: & in naturalib⁹ obtinet his scilicet que rerum
numerū augēt vel minuunt: vt quod fuit nō possit nō fuisse: aut
non preterisse quod preterit: dū tñ qd̄ preterit verū fuit se fore
lecturum: nihilominus verum fuisse non possit. Quod itaq; pre-
teritū est / reuocari non potest ne fuerit: & eque quod ex insidiis
fortune pēdet / dum ex facilitate nature vtriuslibet sortis expe-
ctat euentū: nulla eueniendi subicit sibi necessitas. Sic forte dū
prouidētie nō impletur effectus: quod futurū est & non euenire
potest / potest etiā nō fuisse p̄uisum. Nō tamen (vt predictū est)
inuestigationis audacia / omnipotēti animo aut immēsitati ei⁹
quācūq; prescribo mēsurā. Hoc autē cū multis sentio: quia si quid
deus preuidit eueniet: & si nō euenierit / non preuidit. Vnde pro-
babiliter ad minus colligitur: quia si potest non euenire / potest
etiā non fuisse p̄uisum. Quid enim ex quo veraciter conse-
quat: ipsa veritas nouit / iuncturāq; rationū plene & p̄fecte p̄mi-
tiua ratio p̄fat. Hāc autē humano generi indulget academia aī-
qua licētia vt qcqd̄ pbabile vnicuiq; occurrit suo iure defēdat. So-
lebat nostri tēporis pipatetic⁹ palatin⁹ oīb⁹ his p̄ditioib⁹ obuia-
re vbi nō cōsequētis intellectū antecedētis cōceptio claudit: aut
nō ātecedētis p̄trariū / p̄sequētis destructoria ponit. Eo q̄ oēs ne

cessariam tenere p̄frequentia velint / & si nōnulle sola / dū tamen magna sint p̄bilitate cōtente. Sicut em̄ sciētie assistit euiden-
 tior p̄ sui perspicuitate opinio: sic & singula quo p̄bilia sūt: eo necessariorū fideliorē imaginē preferunt. ¶ Et ne me soli⁹ opiniōis lubrico fluctuare putes / auctore quo me tueur magnū p̄fero augustinū: q̄ locū illū exponēs euāgelii: vbi de multis mā-
 sionib⁹ que in domo patris sunt a saluatore fit mētio / ait. Si quo min⁹ dixissē vobis quia vado parare vobis locū: id est si nō essēt predestinati: dixissē ibo & predestinabo. Diuersitatē etenim mā-
 sionum que in domo patris electis suis preparate sūt diuine predestinatiōi coaptat que saluadis pro beneplacito disponētis parit diuersa carismata gratiarum & munerū. Cū ergo tantus pater hunc apprehēderit interpretatiōis sensum vt dixerit si nō essēt predestinati dixissē vobis: ibo & p̄destinabo. credibile est dum rerū pendet euētus: si omnipotēti placeat eos qui nōdum predestinati sūt posse predestinari ad vitam: & qui iam scripti sūt in libro vite: exigētibus meritis ab eo posse deleri. Hinc est forte. Deleantur de libro viuentiū / & cū iustis nō scribant. Itēq; ¶ Aut dimitte eis hanc noxam: aut dele me de libro tuo que scripsisti. Qui nat⁹ est (inquit euāgelista) ex deo: nō peccat / quoniā generatio celestis seruat eum. Generatio utiq; celestis est eterna predestinatio: cuius omnes filii ingrediūtur ad vitam. Et si possibile sit eosdem preuaricatiōis merito a iustitia que via vite est aberrare. ¶ Si mihi nō credis: audi vel illum: cui si angel⁹ de celo contradixerit / dignissimo anathemate cōdemnabitur. Pater inquit ex eis quos dedisti mihi / nō perdidisti quēq; sed serua eos. Nōne queso iam illos perdiderat qui retrorsum abierāt? Nōne etiam quodāmodo iam iudam perdiderat? Sed certe nō acceptauerat eum in archano consilii filius: nec pater seruandū inter cōscriptos filio dederat illum qui non fuerat p̄destinat⁹ ad vitam. Si vero alii preordinati erant / si labi non poterant quare pro eis tanta sedulitate filius intercedit? Saluandi ergo erant: & tamen dum peregrinabātur a domino / mortem poterāt promereri: ad vitā nulla necessitate predestinatiōis artati. ¶ Gloriat⁹ quis q̄ eum nihil separabit a caritate christi: & tamen castigat corpus suum & in seruitutem redigit: ne forte cum aliis predicauerit ipse reprob⁹ inueniatur. In apocalipsi quoq; mo-
 nentur angeli ecclesiarum nunc agere penitentiā / & prima opera facere / ne moueatur candelabri eorū: nunc tenere locū suū ne eundē alteri cedant. Cur ita si que futura erant mutari non pote-

Johan. xiiij.

ps. lxxvij.

Exodi. xxiij.

i. Johan. ij.

Johan. xvij.

Johan. vi.

Rom. viij.

i. ad Corin. ix.

Apoca. ij. x. iij.

Polícratici de Curialíū nugis.

Dictū philoso-
phorū gētiliū

rat? Hec quo snia nec gētiliū philosophos latuit: qui fatorum se-
riem dicunt immobile: nō quia moueri non possit: sed quia mo-
ueri omnino nō contingit. Hinc est illud. Exire a mediis potuit
pharsalia fatis. Itēq; poeticiū quo senex carnotēsis ī fortune an-
gustiis frequēti? vtebatur. Fata viā inuenient &c. ¶ Que ve-
ro elapsa sūt & secunde dispositionis effectū completa naturali-
ter quidem non possunt non fuisse: licet nihil asserere in alteru-
tro audeā in iniuriam disponētis. Ait tamē doctorū doctissim?
(hieronimū loquor) Audenter loquar. Licet de? omnia possit
virginē tamē post ruinā suscitare nō pōt: potest tamen coronare
corruptam. Et quidē diffinitionē virginis eodē interptante apo-
stolus ponit: vt sit xgo que sancta est corpore & spiritu. Sed p-
culdubio deus et sanctificare animā virtutibus: et carnē potest
reintegrare corruptā: vt tota substātia sui videri possit que ceci-
derat suscitata. Quod si oratorio tropo vsus intellexit que fue-
runt non posse non fuisse: nō necesse fuit ad virginē prostratam
recurrere: cū in preteritis oibus simili sentētia vel errore hoc idē
potuerit inueniri. ¶ Sententiā vero ab errore sciēter diuido: eo
q; sententia semper habere debet veritatis significationē sicut
apud sanctū iob inuenis. Quis est iste inuoluens sententias ser-
monib? imperitis. Sed forte virginitas aliquis gradus est: quē
impossibile est a quacūq; corrupta apprehēdi. Quod autē possi-
bile dicitur: interdum ad facilitatē que singulis inest vel ex for-
tune calculo/vel ex aptitudine dispositiōis refertur: quādoq; ip-
sam naturā rerum respicit: nūc ad fontē omniū diuinā reflectit
maiestatē: a qua omnis nō modo personarum potentat?/sed re-
rum omniū que videri vel cogitari possunt potestas est. Hinc
illud salomonis. Omnis potestas a dño deo est. Aduersus hanc
nulla vnq; me contumacia erigam: certus quia ipa sola est que
potest animam & corpus mittere in gehennam.

Job. xxxviii.

Rom. xiiij.

Abiectio noui stoici. Capitulum. XXIII.

Virgilij ossa ī
galliam sunt
portata.
Ludouicus.

Restat tibi illi? stoici tui questio: quē in apulia diuti?
morātem vidi vt post multas vigilias/lōga ieiunia/
labores plurimos & sudores/ tanto infelicis & iutilis
exilii questu/ in gallias virgilii ossa poti? q̄ sensum re-
portaret. Querebat etenī ludouicus ille an posses aliquid face-
re eorū que minime factur? es. Q̄d cū admisisse: mille tibi au-
reos offerebat dum illud efficeres: quos si forte respuēres eos ti-
bi quātalibet summa multiplicari iubebat: vt quod leuiter fieri
potest efficias. Tandē ipudēti & impudico soluebatur cachino/

vim coniunctionis oppositorum non intelligēs aut contemnens et te ridiculum assistentibus digito ostendebat: qui gratis tantam pecuniam cōtempfisses. Congeris in hunc modum q̄ pluri ma non tamen his stimulis vrgeor: vt omnia necessaria credā quia sciuntur aut nihil contingentium sciri: quia necessaria non sunt. Plane sciolus paululum mihi cum paripatheticis pre illo videor: qui huius difficultatis angustia in athicis noctibus confessus est nescire se non esse cicadam.

¶ Q̄ mathematici sunt temerarii in differēter futura iudicio suo subiicere presumentes. Capitulum. XXIII.

Liquoq; licet dissentiamus in plurimis mecū fatentur se omnia nō nescire cum quib⁹ astra loquūtur: et q̄ quasi de ipso celestiu sinu extrahunt veritatē. ¶ Qui vero eorū modestissimi sūt: nec syderibus rerum pollicentur effectus/nec eas necessitati lege dispositionis astringūt sed quia nature sūt: certisq; prenūciantur indiciis/predicere non verentur. Sed si futuroꝝ potest ordo mutari temerariū est rem sui natura incertū certo diffinire iudicio. Sin autē mutari nō potest quid prodest tanta curiositate scrutari: quod nulla potest diligentia declinari. Sed forte & si aliter esse possit: res incerta nō est. Temeritatē etiam iudicii excusat ratio indubitata signorū. Licet enim possibile sit rem aliter esse eam tamen ita futuram esse manifesta signa prenūciant. Nec mea (inquit astrorū secretarius) itereft an aliter esse possit dū id de quo agitur ita futurū esse nō dubitem. Sed quenā est ista certitudo signorū? Nempe rerū plerūq; experimentū fallax/iudiciū difficile/ipsorūq; signorum varia & multiplex signatio. Porro varietas ambiguitatē inducit. In ambiguis autē ois diffinitio periculosa est. Sed esto q̄ signa vniformia sint: vnde illa vna significatio inotescit: aut quid eā phibet esse falsam? Natura (īquis) Illa ne que in reb⁹: an que in diuina volūtate p̄sistit? Porro diuine nō obloquor voluntati/sciēs quia om̄ia quecūq; voluit fecit. Si ea tibi innotuit bene est. Potes utiq; in lumine illo videre lumen: & vera indubitata de libro proferre/qui aliis signatus tibi apertus est: in quo sunt om̄es sapientie & scientie thesauri absconditi quoniam nemini aperire licitū esse audieram nisi agno qui occisus est/& mortē virtute propria interemit. Noli ā modo cum apostolo mirari altitudinem diuitiarum sapientie & scientie dei: cum incomprehensibilia sint iudicia eius: & astrorum ducatu

Astrologi quēter se tueatur quā variantur.

ps. cxii.

ps. xxxv.

Coloceñ. ij.

Apocal. vj.

Rom. xj.

Polícratici de Curialiū nugis.

ps. xxxv.

Rom. xj.

Actuū. j.

Actuum. j.

peruestigabiles vie eius tibiq̄ nadabilis sit iudiciorū eius abyssus multa. ¶ Si de ea natura niteris que in rebus id est frequēti rerum cursu versatur: frustra tibi de syderū familiaritate blandiris: cū a solito rerum cursu multa diuertant: & eo maiori ammiratione feriant sensus hominū/quo nō modo insueta sed ipsi nature videntur aduersa: vt cū solis defectus plenilunio cōtingit: aut si circa synodum/aut circa pleniluniū/vel vltra luminis sui luna patiatur eclipsim. Qui enim sideribus legem dedit/qui curricula temporum voluntatis sue freno moderatur/qui rerum momenta temporibus suis accōmodat quādo vult/& quomodo vult nouum stupente natura/aut rarū potest producere effectum ex causis cōcurrentibus que aliter parere cōsueuerant. Quis enim consiliarius ei? fuit/aut dicet ei cur ita facis? Vtiq̄ dominus est. Quod beneplacitum est in oculis suis faciet. Dispositioni ergo aptare tempora: & rerum momenta narrare temporib⁹ solus ille qui disposuit potest: & cū multorū noticiam fm beneplaciti sui mensuram concesserit creature: hoc sibi trinitas singulariter reseruauit. Quando itaq; & q̄diu quid futurum sit nouit/& etates temporum ille dispensat per quem ipsa tēpora facta sunt. Ipsa quoq; tempora motu & variatione rerū quasi quibusdā colorib⁹ pingit: & volubilem tēporis rotam iugali quodam nexu rerum quo teneatur illaqueat: & vt rem incōprehensibile ingerat intellectui eandem mirabiliter rerum proprietatib⁹ quasi suis informat. Non est inquit verbum altissimi/vestrū nosse tempora vt plene sciatis quando & q̄diu quid futurum sit: vel momenta/vt possitis modos & varietates eorum que futura sunt cōprehēdere. ¶ Ecce quare temerarium sit futura certo subiugare iudicio. In patris siquidem potestate sunt posita non in necessitate eueniendi. Porro que in potestate posita sunt: sic & non sic esse posita sunt Nam que in necessitate: sic esse necesse est. ¶ Quod argumentum a signo suo non est necessarium: & de ezechia/achab/ & iniuitis: & p̄ ea que significantur imitari posita sunt.

Capitulum. XXV.

Sed forte familiarib⁹ veritas loquens nō est vestrum ait/vt tātam prerogatiuam alienis puta mathematicis reseruaret. Esto: si tamen fidelis anim⁹ acquiescit. Sed q̄ta vt predictū est/est hec certitudo signorū? Nēpe cum signa meatus deseruere suos nouū aliquid creditur imminere. Non enim eousq; cōtēdo vt res magnas nullis vnq̄ credam iudiciis preueniri: cum in sole & luna et ipis elemētis & or

natur eorum vim significatiuam a domino esse didicerim. Ceterum artem esse qua quis de futuris ad omnia interrogat? verum respondeat/aut omnino non esse/aut nondum innotuisse hominibus mihi multorum auctoritate & ratione persuasum est. Quod si tibi persuadere non possum obstantibus his que mihi de providentia & fato indefinenter opponis: mihique repugnantibus exemplis que de variis affers hystoriis: persuasum tamen mihi huic non acquiescere vanitati. ¶ Non equidem signorum signatorumque eam coherentiam arbitror ut alterum ex altero necessario consequatur. Cur ita crediderim (nisi te curiali nuge detinet) audi. Rex ezechias egrotavit ad mortem. An non credis regem iuda medicum inuenisse qui vrine et pulsus et multiplicium prenosticorum iudicio morbi deprehenderet quantitatem? Deinde responsum mortis forte acceperat in corpore suo qui eo usque perductus est/ut se victurum ulterius non speraret. Postremo spiritus sanctus mortem nunciabat astare pre foribus. Quod signum certius queris? Quid certum est (ut de aliis taceam) si de testimonio dubitas spiritus sancti? An negabis esaiam dixisse. In spiritu morieris & non viues? Vixit tamen & non mortuus est: adiectis ei annis quindecim per misericordiam eius qui futurorum euentus in sua posuit potestate. Et forte mortem quam natura vitaliumque defectus intentabant: quia ille per penitentiam mortuus est in culpa: vlterior comminantis dei absorbit misericordia. ¶ Achab quoque rex impiissimus cum iezabel non tam coniugio quam crudelitate coniuncta: cum vineam sancti nabute cruore possedisset/ mortem imminentem domino prenucciantem expectabat. Si mihi non credis quod ea de ipse prenucciauerit: audi helyam. Ait enim: hec dicit dominus. Occidisti et possedisti. Itemque. In quo loco linxerunt canes sanguinem naboth: ibi lingent sanguinem tuum: & iezabel comedent canes ante muros iezrael. Quod cum audisset achab scidit vestimenta sua: & posuit sacco super carnem suam: ieiunavitque et dormiuit in cilicio. Factusque est sermo domini ad helyam dicens. Quia reueritus est achab faciem meam non inducam malum in diebus eius. ¶ Ecce pena que debebatur achab: quia penitentiam egit differatur in posteros: & iezabel in scelere perseverans/ presenti iudicio condemnatur. Vna eademque fuit sententia: qui sanguinem achab & iezabel canibus exponerebat/ & tamen pro parte mutatur/ & pro parte manet immobilis: auctore temporis sic omnia disponente. ¶ Sic & niniuite a presenti excidio liberati domini flexere sententiam ex edicto regis & principum/ agentes penitentiam ad predicationem.

Rex ezechias
Hec hystoria
habet. iiii. Regum. ii. et. ii.
¶ Paral. xxxij.

Achab:
iii. Reg. xxi.
et. xxiij.

Helyas.

Naboth.
Iezabel.

Helyas.

Niniuite.
Jon. iij.

Jonas.
Iuppiter.
Mars.
Plautus co-
micus.

Contra fidem
gentilium.

Lucanus.

Roma.

Nabugodonosor.
Daniel.

Danielis. x.

ione. Numqd tibi videtur verior & fidelior sententia iouis & mar-
tis q̄ sententia creatoris? Non utiq̄ plauti consilio acquiesces: si
istud virium planetis ascripseris. Cū enim sicofanta mandroge-
rum percūctaretur: an illi sint planete placadi: qui numeris totū
rotant: eos mandroger? nec visu faciles/nec dictu affabiles esse
respōdit/adiiciens q̄ athomos in ore voluūt: stellas numerāt/so-
la mutare non possūt sua. ¶ Sicitaq̄ a dispositiōe syderum eue-
ntū necessitatem ingerit: vt illos sale satis vrbano elegāter irri-
deat qui visum exercēt in p̄templatione eorū qui visum fugiūt:
& interpellāt eos qui loqui dedignant. Et cū athomos i ore vol-
uāt: verendū est ne si athomus genelliaco forte intercizat in ex-
cipienda sententia celestium labat. Sit ergo eorum insignis au-
toritas dū stabilis/& incōiulsa maneat creatoris. Certe quicqd
tibi mars tu? aut iupiter suggerāt de? verax est: & tu dum illis
plusq̄ deo credis es perniciosissime mendax. Astra quidem sūt
mēdacia in cōspectu eius: sed & in angelis suis repperit prauita-
tē: vt tñ verum fatear: tibi astra non mentiūtur: sed tu ipse: q̄ de-
ciperis tibi imputa. Quis em̄ te coegit falsum putare? Quis ea
que p̄eētib? figuris ventura coniectas imutabilia esse p̄srafit?
An falleris eo q̄ figul? sibilās: aut hic mund? ait nulla sine lege
p̄ eū Errat/et in certo voluūt sydera motu. Aut si fata mouēt
vrbī generiq̄ paratur humano matura lues. Itemq̄ manifesti?
subiicit: & superos qd̄ p̄dest poscere finē? Cum domino pax ista
venit duc roma malorū Cōtinuam seriem: clademq̄ in tempo-
ra multa. Protrahē ciuili tantū iam libera bello. Sed proculdus-
bio multi dii tui futurū bellū amouere non poterant: quia multi
immo potius nulli sūt. Hoc tamen vnus & deus & domin? om-
niū potuisset. Nouit em̄ ille mutare sententiam: et si tu beneficio
eius maliciam finias. Vnde & nabugodonosor cōsilio danielis
peccata elomofinis redimēs: & iniquitates i misericordiis pau-
perū suā dñi iminētē ad tēp? effugit: donec in aula babilonis
gloriādo diceret. Nōne hec est babilon magna quā ego cōdidi
in domo regis in robore fortitudinis mee: et i gloria noīs mei?
Sic ergo elationis voce in seipm̄ iā fugiētē dei suā reuocauit.
¶ Q̄ sententia dei moueri pōt: q̄ p̄siliū dei imutabile est: & volū-
tas dei p̄ma oīm cā/& q̄ mathesis via dānatiōis. Ca. XXVI.



¶ Vm itaq̄ imutabilis dei sententia possit moueri ex-
rantium et discurrentium syderū sermo manebit im-
mobilis? Sed quocūq̄ modo sententia moueat: p̄siliū
dñi manet in eternū. Qd̄ aut p̄siliū: volūtat? dei signū

certi⁹ est p̄ceptiōe: aut p̄hibitione diuina? An nō recte videbit
 velle quod precipit: plane patriarchā precepit vnigenitū p̄mis-
 siōis filiū immolare: recte ne patriarcha mandati acceuit? Re-
 cte quidē per oīa: eo q̄ madatū volūtatis que prima omniū cau-
 sa est & nunq̄ suo fraudatur effectu: certissimū iudiciū sit. A deo
 quidē prima est: vt si queratur de aliquo cur ita sit rectissime di-
 cat quoniam ille sic voluit qui omnia quecūq; voluit fecit. Si ve-
 ro cur voluerit querat: inepta questio est quia primē cause volū-
 tatis scilicet/querit causa: cuius nulla est omnino causa. Equi-
 dē dici solet: & verū est: quia in manu principis est vt possit mi-
 tius iudicare q̄ leges: cū et qui legem tulit derogande vel abro-
 gande illi⁹ habeat potestātē: legi ergo quam figulus tuus celo
 imponit: auctor celi cōtradicerē nō audebit? Interpositam inter
 ius et equitatem interpretationē soli principi et oportet & licet
 inspicere: vbi aliud ius suadet aliud equitas. Que in publica vti-
 litate versatur principis querēda est interpretatio: que genera-
 lis est & necessaria: vbi de scripto & sententia dubitatur mens
 est inquirenda auctoris. ¶ Quis ergo te celestium fecit interp̄-
 tē? Vnde qd̄ expediat nosti? Qua temeritate aliena opera tuīs
 immo dei stellis ascribis? Teneo enī tuum illud subtilissimum
 argumētum. Tu qui flagrante minacem scorpion incendis cau-
 da chelasq; peruris. Quid tam grande paras? Sed mendacii pa-
 ter qui te hoc docuit celestibus ascribēdum: fraudulēter sic agit
 tecū: vt cū his notis resperferit creaturā: ipsum creature sic infā-
 met auctorem. Postremo animulas miserorum fraude dece-
 ptas ineuitabilium vaticiniū futurorum in elationis tumorem
 suspendere/vel desperationis abyssum precipitare demētia est.
 ¶ Porro hunc fructum mathesis sue horoscopi afferunt/& pla-
 netis suis magis erronei dum a scientia pietatis exorbitāt lōga
 peruestigatione signorū: cū eo qui quasi lucifer matutinus orie-
 bat̄ descendūt in infernū viuētes: aliosq; ruine sue p̄ticipes faciūt
 Sed dum tibi talia opponuntur vel p̄ponuntur quid facis? Ri-
 des equidem & nimis vncis naribus indulges: ludibrio habens
 simplicitē fidei: recurrisq; ad prouidētie sinum: & te in abyssū
 inscrutabilem quasi antheus alter tot⁹ immergis. Lucē in acces-
 sibile posuisti refugiū tuum: et idē fidei rusticitatē impugnas ac
 si fons veritatis p̄pugnaculū sit erroris. ¶ Sed esto: veterē hanc
 prouidentie querelam sopire non possū: et nodos omnium que-
 stionum soluere non sufficio/quis enim adeo sapiens est vt omī-
 bus cuiusuis imperiti: ne dū tuīs questionibus satisficiat? Toti-

Genes. xxij.

ps. cxij.

Lucanus.

Mathesis.
 Horoscopi.
 Lucifer.

us deniq; veteris philosophie princeps plato leuē (vt fert) quod tamen de homero verius dicere: nescio quam nauatay questio nem explicare non potuit. Vnde cum ab eisdem impudentius & protracti⁹ derideret: vt erat vir verecundi ingenii quasi toxi cato cōfusionis iaculo perfossus ad mortē spiritum nouissimum exalauit. Puduerat enim q̄ quasi toti⁹ achademie improprio exprobrauerant principē philosophoy grece / etiam minima ignorare. Hoc autē asserit Flauian⁹ in libro qui de vestigiis phi losophoy inscribitur: xenophontinos faciēte inuidia / aduersus platonis gloriam impudenter finxisse. Licet q̄ plurimi eū ob sa cramentū numini asserāt vltro aīam posuisse illo etatis sue an no expleto: quē nouenarius in seipsum ductus effecerat: eo q̄ ex inde nō accedit humanitati nisi labor et dolor. Fateor quidem me pauca scire et cū multis plurima ignorare: nec tamē vite minus quasi homerus pudore vict⁹ abiitio. Si ergo prouidentie et liberi arbitrii litem cōponere nō sufficio: si fatorū et facilita tis nature repugnātiā nequeo cōcordare: nūquid ideo minus verū est ista esse? Sicut in iure ciuili reus frequētissime fauora bilior est: ita quedā sunt in inuestigationib⁹ philosophicis vbi plerūq; potior pars videtur autoris: hoc autē ex defectu nostro arbitror euenire. Intellectus enī circa rerū prima principia defi cit. In his scrutinium prouidentie inuestigationēq; materie: & fidei nostre multos articulos aptissime cēseo numerari. Dū in prouidentia vnus querele et molestia perimis: velut ydre preci so capite pluriū succrescūt capita questionū. Si in materie siluā progredimur: allico patimur quod sōniātes inter aliquā / & nul lam substantiam constituti. Anime quesita origine traducem nobis intellect⁹ opponit. Postremo in diuina substātia trinitate recipere personarū nisi in fidei virtute quō arrii laqueos decli nabis? Diuinitatis vnā simplicem et indiuiduam admitte sub stantiā quomodo sabellii nisi fidei ratione man⁹ effugies? Hec tamen nō minus vera sunt: quia multis possunt questionib⁹ im pugnari. Et licet sapiētia dei se incarnationis mysterio nobis visibilē fecerit: nō tamen eo vsq; se intellectui nostro fecit palpa bilē: vt cū ea possimus vsq; quaq; discurrere: sciētes rerum oīm quāta sit longitudo / latitudo / sublimitas / & pfundū. ¶ Si vero mathematicorū via esset vsq; quaq; laudabilis / nō tā opere pe nituisset magnū augustinū se eorū cōsultationibus inclinasse. Ad hec doctorū sanctissim⁹ ille Gregori⁹: qui melleo predica tionis imbre totā rigauit et debriauit ecclesiā: nō modo mathe

Xenophōtini.
Plato vixit
xc. ānis. & hoc
in lib. de vita &
mo. phi. ca. de
platone.

Homerus.

vt. L. arrianus.
ff. de actio. &
obliga. et vere
gu. iur. l. fauo
rabiliores.

¶ Hō sapiētia
dei non posse
palpari a mor
talibus.
Augustini dā
natio contra
mathemati
cos.

sim iussit ab aula recedere: sed vt traditur a maioribus incendio dedit reprobate lectionis scripta: palatinus quecumq; tenebat apollo. In quibus erat precipua qui celestium mentem & superiorum oracula videbantur hominibus reuelare. Quid multa? Nonne satis est qd hanc vanitatem catholica & vniuersalis ecclesia detestatur: et eos qui vltius eam exercere presumpserint legitimis penis mulctatur. Sed ne planetariorum non tam persequi q sequi videamur errorem: iam ad reliqua progrediatur oratio. Qui enim huic curiositati inseruiunt non magis veraces esse possunt q humiles & sobrii qui primos recubitus in cenis appetunt & epulatur quotidie splendide. Postremo plurimos eorum audiui: noui multos sed neminem in hoc errore diutius fuisse recolo: in quo manus domini condignam non exercuerit ultionem.

C De aruspiciibus & chiromanticis & phitonicis & saulis deiectione.
Capitulum. XXVII.

Quid de nigromanticis dicant: quorum impietas deo auctore per seipsam ubiq; iam viluit: nisi q morte digni sunt / qui a morte conantur scientiam mutare? Nam de aruspiciibus / auguribus / salissatoribus / ariolis / phitonicis / aruspiciibus & aliis quorum pre multitudine / tediosa est enumeratio: productiorem sermonem texere / cum nemo istorum iam progrediatur in lucem: sed in latibulis si quis est exerceat opera tenebrarum superuacaneum est. Quedam tamen eorum certis de causis aliquatenus tangenda sunt. Et si lateant sup sunt ad huc malo suo aruspices. Hos p parte extis animalium diuinare predictum est. Extorum quidem censentur nomine omnia que cutis extremitate teguntur: vnde & illos qui in humerulis arietum vel quorumcumq; ossibus animalium vaticinatur: eis connumerandos esse manifestum est. Chiromantici quoq; vera que in rugis manuum latent se nosse gloriatur. Quorum errorem: quia ratione non vtitur: necesse est rationibus impugnare: licet eo ipso illos expugnet ratio: q deficiunt ratione. Vnum tamen est quod a te si me patienter audias attentissime quero. Quid nugatores isti (quoniam eos tibi notos non ambigo) quando de dubiis interrogati sunt puerunt? Cum aduersus ninicollinos britones regia esset expeditio pducenda / in quo te consultus aruspex premonuit: quis ab eo veritat / archanum non fuerit inquirendum: q excubiali obsequio cocinator medacii potius credendus erat q occulte veritatis iterpres. Vulgo siquidem cum quis mentiendi nota iuritur dici solet: quia quouis excubo / vigilius medacior est. **C** Item chiro-

vt extra de hereticis. p totum

Mali sermones bonos mores corrumpunt. Matth. xxiij.

De nigromanticis.

De aruspiciibus

Chiromantia vnde dicitur.

Ninicollini.

Polícratíci de Curialiū nugis.

manticus adhibet et consultus quid cōtulit? Nam sub eo articulo vterq; quisquis hic egerit cōsultus est. Tu quidē paucis dieb; elapsis: quasi stellā matutinam generis tui nō premonit; perdidisti. Cetera q̄ meli; nosti sciēter taceo cū isti vanitate sua me-

De phitonice.

ruerint ne vteri; cōsulātur. ¶ Phitoniconum vero eo perniciofior est cōsultatio: quo fallacia malignorū spiritū in his manifestior est / qui siue mētiātur siue nō / in proposito semper habēt vt noceāt. Fallunt autē interdū studio fallēdi: interdum cecitatis sue errore decepti. Id tamē agunt assidue vt futuroꝝ consciū p̄ omnia videātur. Inde est q̄ ambiguitate verborū obnubilare studēt oracula: vt cū mēdaces aut fallaces inuēti fuerint: aliquo rationis velamento suā queant tueri fallaciam. Sic vtiq; fallere non desistūt: donec auditores suos p̄cipitēt in ruinā. ¶ Cui em̄ a seculo vatum profuere responsa?

Dux theban; quō oraculo deceptus fuit.

Creso ne an pirro aut prece-

dentium an subsequentium cuiq;? Dux theban; dum de oraculo sperat victoriam: fratris mucrone perfoditur. Ei tamē anus lanianus success; belli visus est polliceri. Quid em̄ aliud significaret quod post multas ambages intulit: certa est victoria thebis?

¶ Ceterū ne interprete duce mēdacii arguatur: vt fallaciā ambigua veritatis nota obduceret / quo maliciam tueatur subiecit. Hei mihi per gladios vicit pater. Sic ergo dum quasi fatorū consilio securus ad parricidiū inuita; laqueo impietatis trahit; ad occasū. Patris quoq; parricide desiderii adimplet;: dum fratres impii quib; imprecatus optauerat / vt ferro generis cōsortia diffiliret: mutuis vulneribus peremit; & alternis gladiis prosteruntur. Cresus maxima regna si halin trāsgredia;: de oraculorum fide sibi subiecta iri cōfidit. Sed cū res in contrariū cesserit fallax apollo se vnus verbuli equocatioē absoluit ab inuidia mētiēdi.

Pirrus rīso apollinis delusus fuit.

¶ Quid pirrus? Romanis victis quos sepe i acie virtute fuderat bñficio phebi sibi pmittit imperiū: s; irrepabiliter strat; in seipsū retorfit culpā / qui āphibologiā oraculi min; vtiliter intel-

De appio decepto phebi oraculo.

lexit. ¶ Ad notiores trāseatur hystorias. Ap; cū vnica & singularis ciuiliis belli tēpeestas vrbe concuteret: docēte phebo in sinu enboico quietē querit & mortē inuenit. Oraculū quidē auctore lucano celebre est. Effugis in gētes tanti discriminis expers bellorū romane minas. Solusq; quietē: enboici lateris media cōualle tenebis. ¶ Sed ne falsitatis nota in hystorias nō oracula refūdat;: canonica & cui fides incolumis acq̄scit; discutiā; hystoria. Saul in tyrānū versus ex principe / cū exigētib; culpis esset a dño derelict;: & aduers; populū domini eo duce inualesce-

De Saul qui dñi indignati;

scit;: & aduers; populū domini eo duce inualesce-

ret man⁹ hostilis: sollicit⁹ fractis rebus exitum inquirebat. Con-
suluit ergo dominū / & nō respondit ei neq; p somnia / neq; p sa-
cerdotes: neq; per prophetas: hoc tñ ei ante denūciauerat samu-
el: quia dñm penitebat q̄ eum constituerat regem eo q̄ non im-
pleuerat verbū domini suadente auaricia parcēs agag regi pin-
guissimo: & opimis gregibus ouiu et armētorū: et vestibus &
arietibus & vniuersis que pulchra erāt in oculis populi: qcquid
vero vile fuit et reprobū / hoc mandante domino demoliti sunt.
Et cum nulli ducū nisi de manu domini exercituum contingat
victoria: auctori bonorū nō referens gloriam viribus suis in fa-
cie populi de collato munere applaudebat. ¶ Sic em̄ scriptum
est: factum est verbum domini ad samuelem. Penitet me q̄ cō-
stituerim saul regē: quia dereliquit me: et opere verba mea non
impleuit. Contristatus est samuel: & clamauit ab dominū tota
nocte. Cumq; de nocte surrexisset: vt iret ad saulem: mane nun-
ciatū est samueli q̄ venisset saul in carmelū / & erexisset sibi for-
nicem triumphalem: & reuersus transisset / descendissetq; in gal-
gala. Deinde ad increpatiōes samuelis crimē inobedientie sub
pretextu religionis maluit excusare q̄ delere p̄ p̄niam q̄ secūda
tabula post naufragiū relicta est p̄ctōri. Ait em̄. Immo audiui
vocē dñi: et ambulauī in via per quam misit me domin⁹: et ad-
duxi agag regē amalech: et amalech interfeci. Tulit autē popu-
lus de preda oues et boues primicias eorum que cesa sūt vt im-
molentur dño deo viuo in galgalis. Ecce quō seipsū excusat: &
quicquid culpe est aut extenuat: aut refūdīt in populum. ¶ Ait
ergo samuel: nunquid vult dominus holocausta & victimas: &
nō poti⁹ vt obediatur voci dñi? Melior est em̄ obedientia q̄ vi-
ctime: et ascultare mag⁹ q̄ offerre adipē arietū. Quā quasi pecca-
tum ariolādi est repugnare: & quasi scelus idolatrie nolle acqui-
escere: pro eo q̄ abiecasti sermonē dñi: abiecit te dominus ne sis
rex. Ego q̄dem similiter arbitror euenire omnibus qui in subli-
mitate constituti abeunt post concupiscentias suas / & princi-
patum diuinum simulantes / tumorem suum exercent in subdi-
tos: coequentes libito licitum: ac si colla eorū iugo diuine legis sub-
iecta non sint: & nulla necessitate vrgeantur ad implendam ius-
ticiam dei. ¶ Sed nunquid vel sic ad tantum tonitruum com-
minatiōis diuine sinderetis pectoris indurati: aut tumor qui ty-
ranidē / iūqtate in corde saulis viuari⁹ coaluerat potuit emolliri?
Nequaquā. Dixit ei saul ad saule: peccaui: q̄a p̄uaricat⁹ sū s̄monē
dñi: & verba tua / timēs populū / & obediens voci eorū. Sed n. tē

onē incurrit / r
ppter quam
causam.
1. Regū. iij.

porta queso peccatū meū: & reuertere mecum vt adorem domi-
nū. Et ait samuel. Non reuertar quia proiecisti sermonē domi-
ni: & piecit te dñs ne sis rex super israel. Vides ne q̄ difficile sit
maliciā cū superbie fomento coaluerit verbis & exhortatiōe cu-
rari? Peccauit inqt timens populū / & obediens voci eorum. Nō
ne sic fatetur culpā: vt potius inuoluat alios: qui si princeps esset
fuerāt relaxandi q̄ seipsū expediat? ¶ Nūquid sic audierat fe-
cisse moysen: cū ira dei seiret in populū: dixissetq; ei dominus
dimitte me: vt irascatur furor me⁹ in pplo: & deleam eum: & fa-
ciā te crescere in gentē magnam? Quid ergo fecit dux idēq; fi-
delis princeps in beneplacito suo constitutus a dño? Aut dimit-
te inquit eis hanc noxā aut dele me de libro tuo. Sed nūquid in
tante charitatis affectu propriam querebat gloriam? Inqt enim
māfuetus princeps: pius pater: disertus orator: potens in opere
et sermone: dux preambulus in iusticia mandatorū dei. Dicent
egyptii. Callide duxit eos dominus de egypto: vt prosterneret
in deserto. Sic ergo etiam sui ipsius dispendio domini gloriam
preoptabat & populi cui⁹ ducatum ministrabat liberationem.
¶ Dauid quoq; cum culpa eius dominū ad iracūdiam prouo-
casset: & principalis culpe subiect⁹ popul⁹ portaret penam: vidit
angelum dei cedētem populum. Fudit itaq; preces de intimis
precordiis et adiecit. Ego sum qui peccauit: ego inique egi: isti
qui oues sūt quid fecerunt? Verus utiq; rex & iustus princeps /
& dign⁹ qui altissimi frangeret iram: q̄ dum se p̄ populo flagel-
lanti domino opposuit indignationis eius flagellū amouit. Eū
siquidē nulla excusatio flectit nisi cū quis proprio iudicio accusa-
tur. Nihil mouet ad veniā nisi cum nocēs nudam detegit culpā
Misericordiā nihil ammonet nisi cum anim⁹ charitate succē⁹
in seipso conteritur: nihil persuadet propiciandū esse: nisi cum
mens manu operis extēdit ad satisfaciendum. Si quis enī fatef
culpā inutilis est confessio nisi satisfactionis animo currat ad ve-
niam. ¶ Peccauit inquit iudas tradēs sanguinem iustum. Fuit
vtiq; vera vsq;q; cōfessio sed inutilis: quia ante cucurrit ad laq̄-
um quem meruerat q̄ ad fontem misericordie quā demeruerat
et obstinationis sue duricia p̄clauserat sibi. Eum tamē penituit
fecisse quod fecerat: sed nō eo deuotionis affectu qui lapidē adiu-
torii sufficeret emollire. Penitentia siquidē ductus / laqueo se su-
spendit. Vitam ergo digno finiuit supplicio: sed quia maliciam
nō correxit: veniā sibi nullo procurauit remedio salutis. Sic enī
& apud inferos scribitur esse stimulus penitudinis: licet nulla sit

Exodi. xxxij.

Ibidem.

Moysen come-
mendat.

Preces quid
operantur.

Matth. xxvij.

correctio prave voluntatis. ¶ Sic ergo saul p̄c̄uldubio peccatū suū imponere nititur humeris alienis: & dum simulat q̄ a pena velit per preces samuelis eximi seipsū graui⁹ oneratum fortiorib⁹ laqueis inuoluit: & irreparabili sententia dānationis astringit. Sequit̄ enī. Et p̄uersus est samuel vt abiret: ille autē apprehendit summitatē pallii eius que scissa est: & ait ad eū samuel. Scidit domin⁹ regnum isrl̄ a te hodie & tradidit illd̄ pximo tuo meliori te. Porro triūphator in israhel non parcat: & penitudine nō flectet. Neq; enim homo est vt agat penitētiam. At ille ait peccaui. Sed nūc honora me corā seniorib⁹ populi mei & corā israhel: & reuere te mecum vt adorē dñm deū tuū. Ecce quāta elationis isania. Se deiectū audit a dño et tñ q̄si eo inuito regnare p̄tēdit regnū meliori traditū esse nō ambigit: et priuat⁹ p̄ iniam irretractabilē regni gloriā fraudulēter vsurpat. Corruit itaq; dū in vetitum molitur ascendere: & fit seipso deterior: meliori reclamāte domino vult preferri. Fatetur quidē culpam: sed penā portare dedignatur. Hoc est enim quod ait. Peccaui: sed nunc honora me. Ac si dicat: cum criminis culpa elationis fastu: tirāni nequitia: iuste deiectus cōtemni meruerim me patiētia tua in conspectu eorum qui non nouerunt consilio domini faciat gloriosum. Reuere te ergo mecum vt tuo incedam fatigatus obsequio: & tanto stipatus comitatu: tanta venerabilis auctoritate: adorem dominū deum tuum: quem meum vltra dicere non audeo: qui ab eo per inobedientiam discessi: et adhuc per contumaciam recedo. ¶ Adeo siquidem intumuerat spiritus ei⁹ vt non modo homini sed et ipsi deo seipsum quodammodo proprie impietatis ausu preferret. Quem enim dominus pretulerat quanto maiori gratia videbat preditum: tanto acriori iniuria ei occultas tendebat insidias tā manifestas q̄ iniquas exercēs inimicitias: & quo manifestius eum dominus extollebat: eo auidi⁹ nō tā deprimere q̄ extinguerē properabat. Ipsi quoq; deo se e regione ponit oppositum: dum ei surripere aut eripere nitit̄ iura regnoꝝ. Dignū ergo fuit vt nō maneret ī eo spūs dñi q̄ cor suū nō mō habitaculū: sed et tāte nequitie fecerat fūdamentū. Exagitauit enī itaq; spūs neq; a dño: et ex illo retro fluere & idies labi: minui regni vires ceperūt: sal⁹ ppli fluctuare: hostiū crebrior maior clariorq; victoria tā regē q̄ ppli validi⁹ aīos fregit. Ipse tñ eū cui dñs regnū firmauerat extminatū habebat a finib⁹ suis. Quid ergo tādē cepit p̄siliū: nō utiq; vt regnū traderet meliori: vt dispositiōi diuine que ei innotuerat acquiesceret

1. Regū. xv.

Regni saul
p̄uatio.Itō sn̄as dei
irretractabi-
les: ideo caue
tibi ne dñm
deū nostrum
irascaris.

Polícraticí de Curialiū nugís.

Belboe mon-
tes.
i. Regū. xxxi.

i. Reg. xxviii.

iii. Regū. iij.
iii. Regū. xj.
Matth. xxvj.
Mat. ix. Luc.
xxij. Jo. xvij.
Nō q̄ mulie-
res sept̄ replē-
tur istis spiriti-
bus dyabolicis
q̄ homines.

vt p̄niam ante finem vite ageret fructuosā. Sed qui aduers⁹ do-
minū calcaneum tumoris extulerat/ populū in mōtes gelboe
ubi puniēdus et occidend⁹ erat: eduxit in prelium: Occidi siqui-
dem in mōte debuit: qui nō nisi alta in seipso respexit. ¶ Quia
ergo eum veritas ipsa deseruit ad fōtes mendaciū fall⁹ et iniqu⁹
princeps cōfugit. Dixit itaq; seruis suis. Querite mihi mulierē
habētem phitonem: & vadā ad eā et sciscitabor ab ea. Quid ali-
ud dixisset gentilis idēq; perfid⁹? Nonne idē est ac si dicat. Fle-
ctere si nequio superos acherōta mouebo? Aut fidelioribus ver-
bis et infaniori perfidia. Si mihi de⁹ noticiā subtrahit veritatis
eam tamē per patrem mēdaciū eo inuito cognoscā et velit nolit
archanū cōsiliū eius et potestates aduersarias explorabo. Et dis-
xerūt serui ei⁹ ad eum. Est mulier habēs phitonem in endor. In-
dign⁹ enim erat consultatione virili quem intātum desperatio
fregerat: vt etiam ab infirmis et infirmis creaturis ad tueri-
dum sibi regnū quod domin⁹ auferebat aduersus omnipotentiam
eius auxilium imploraret. Mutauit ergo habitum suum/
vestitusq; est aliis vestimentis & abiit ipse & duo viri cum eo:
venerūtq; ad mulierem nocte. Recte quidem omnia: quia rect⁹
est etiam apud peruersos spiritus sanctus. Regio namq; habitus
debit spoliari: qui ad seruiēdum demonibus & non deo infau-
stum arr ipuerat iter: qui vestē abiecerat innocētie/ qui iustitie
mutauerat indumentum/ vestibus honoris et glorie nō debuit
insigniri. Et abiit utiq; post eū qui non stetit in veritate. Et duo
viri cum eo: equidem inominati/ & ignobiles: qui vī regem ad
tantam perfidiam non reluctāte fide prosequi potuerunt. Duo-
rumq; rex decenter stipas comitatu dum a summa & vera vni-
tate recederet. Veneruntq; ad mulierē nocte: apto utiq; tempo-
re de morte regum: de strage populi: de luctu publico cum tene-
brarum principe tractaturi. Sic & salomō nocte dicif̄ sapientiā
accepisse: q̄ amore mulierum allectus et corrupt⁹: a dño erat re-
cessur⁹. Petrus quoq; dū calore fidei destitutus calefaceret se ad
prunas de nocte: laps⁹ est in perfidiā: & eā crimine perimii fecit
insignē. Alii etiā discipuli timore p̄strati: tpe nocturno sugerūt
Et ait saul ad mulierē. Mulieres enī frequēt⁹ spiritus phitoni-
cis iplet. Diuina mihi in phitone & suscita mihi quē dixerō tibi.
¶ Lege libros reuolue hystorias: scrutare omnes angelos scri-
pturarū: nusq; fere in bona significatiōe dñationē inuenies. Vñ
pphetas reprobos diuinatores non pphetas esse scriptura com-
memorat/ quales fuerūt pphete achab: qui eum dño permittēte

exigentibus meritis variis iudificatiōibus seducebant. Deniq̃ iuxta verbum dñi egressus est spūs mendax: & factus est in ore oīm prophetarū achab ascēfuro in ramoth galaad p̃spera p̃mittentes: solo michea filio morastite reclamāte: qui cōsciū dñm cōsiliū israel quē dispersū viderat in montib⁹ premuniuit: cesus ob amate veritatē iudiciū: ab eo q̃ assūptis cornib⁹ ferreis dixerat: his rex cornib⁹ siriā vētilabis. Preterea diuinatio fere sine munere non fiebat: vtpote que in auaricie & nequicie spū exercet. Hinc etiā est q̃ hierusalē nūture/spūs sanct⁹ īproperat: iudices tui in muneribus iudicabant: sacerdotes in mercede respōdebāt: & prophete in pecunia diuinabant: & super dominū regescebant dicentes. Nōne dominus est in nobis? Non venient super nos mala: propterea dicit dominus. Syon quasi ager arabitur: & hierusalem vt custodia pomerii erit. Qui ergo in pecunia dominabāt & si prophetarum insultant nomine sepe mendaces/semper mēdosi/alieni sūt a virtute & veritate prophetie.

¶ In phitone inquit: quasi. d. Quia recessit spirit⁹ domini: vel phitonic⁹ patrocinef mibi. ¶ Et suscita mihi quē dixero tibi: vtiq̃ fallacia fallaciam trudit. Datus rex in sensū reprobū qui sibi persuaserat phitonem scientie presulem presciū futurorū archani cōsiliū cōsciū: veritatis interpretem: sibiq̃ persuasit eundē tāta preditam ptāte: vt posset etiā mortuos suscitare: & tante benignitatis: vt etiam in eo quod rarissimum est/ & difficillimum: familiaribus suis morem gereret. ¶ Proculdubio elapsū erat a memoria eius: aut inutiliter tenebat canticū fidelē aīe q̃ dñs est q̃ mortificat & viuificat: deducit ad iferos & reducit: paupē facit et ditat: humiliat & subleuat: et qd̃ in seipō īpletū viderat saul: suscitāt de puluere egenū vt sedeat cū p̃ncipib⁹ et solū glorie teneat: & q̃ hec facit p̃culdubio sciētia: domin⁹ est.

¶ Et ait mulier ad eū. Et ecce tu nosti quāta fecerit saul: et quoniam eraserit magos et ariolos de terra. Quare ergo īfidiaris aīe mee vt occidar? Et iurauit ei saul ī dño dicēs. Viuit dñs: q̃ non eueniet tibi quicquid mali p̃pter hāc rem: verum quidē est quia qui versatur in sordib⁹ sordescit amplius: & quem gratia deserit/ fiunt semper nouissima illius deteriora prioribus. Sacrilēgii sibi phitonissa conscia expauescit: & potestas a domino constituta ad sacrilegia euellēda/ alas quidem timida/ cum negotia populi/ cum domini bella geruntur idolatris prestat audaciā: & sacrilegiis regiam accomodat auctoritatē. ¶ Ariolos (inquit domin⁹) & magos ne patieris viuere. At ille ad quem

iij. Regū. xxij.

Michae. iij.

j. Reg. xxvij.

j. Regū. ij.

Leuitici. xx.

sermo dei dirigitur / & qui gladium portat ad vindictā malefactorum & gloriam bonorum: nō modo talibus securitatem dat: sed promissam pacem iuramēti religione confirmat. Et sic euenit vt in proprio periculo discat: q̄ perplexi sint nerui testicularum leuiathan: cum sibi tetēderit laqueum ppriū operis: a quo sine salutis dispendio non euadit. Et iam arcta cōplexio & cornutus quidem imminet sillogismus. Si phitonisse parcutur / domini violatur imperium precipiētis vt maleficia eiusmodi de terra eradātur. Si non parcutur iuramēti religio vitiatur. Quociq̄ se vertat impius: cōprehenditur in operibus suis. ¶ Dixit ergo mulier. Quem suscitabo tibi? Qui ait: samuelem. Omnium temporum vna est fides / deum esse / eundemq̄ iustum et bonū & remuneratorem sperantiū in se omnium plene meritis respondentē ante legem: sub lege: sub gratia. Nemini rectum sapienti venit istud in dubiū. Sine ista nemo vnq̄ ingressus est ad salutē. Verū qui errat in minimis paulatim ad maiora prolabit. Sic iste primo negligens: deinde inobediens: postmodum cōtumax: exinde obstinatus: postremo ad eam prolapsus est cecitatem: vt nec predictum articulum fidei sibi seruaret incolumē. Deū etenim iustum vsq̄ quaq̄ nō credidit: opinans etiam in sanctos post exitum vite huius malignis spiritibus cōcessam potestatem. Nouerat enim sanctū samuelem phitonis nō obtemperasse dū viueret: nec aliquod cū eis inite familiaritatis habuisse cōmercium. ¶ Nunc vero eum ad phitonis imperium sibi petit & sperat excitari. Vult etiam ad hoc cogi defūctum: ad quod viuus ipellī nō potuit. Regi siquidem noluit indicare dū viueret: nisi quod indicandū dominus inspirabat. Cum autem vidisset mulier samuelem: exclamauit voce magna: & dixit ad saulem. Quare iposuisisti mihi? Tu es enim saul. Se utiq̄ deceptam credidit / & etiam post prestitum iuramentum noticia & presentia principis oneratam. Dixitq̄ ei rex: noli timere. Quid vidisti? Et ait mulier ad saulem: deos vidi ascēdentes de terra. Phitonisse potuerat ab incepto vel tenuis fidei virum deterruisse responsio. Deorum siquidem pluralitatem iducit / & eorum habitationem sub terra & in tenebris esse significat. Dixit ergo saul. Qualis est forma eius? Que ait. Vir senex ascendit & ipse amictus est pallio. Intellexit itaq̄ saul q̄ samuel esset: & inclinauit se super faciē suam in terram & adorauit. Formam illius qui apparebat diligenter inquirat: forte gentilium errore deceptus eandem habitus & negociorum formam singulis apud inferos credens qua super-

Deorum pluralitas.

stites fuerant insigniti. Vnde illud. Que gratia curruum armo
 riq; fuit viuis. Que cura nitentes pascere equos. Eadēq; sequi-
 tur tellure repostos. ¶ Sed nonne potuerat sancti viri clarior es-
 se gloria: aut post mortem viuentis habitus immutari? Et qui-
 dem prouide & fideliter non dicit scriptura samuelem phitonis
 imperio suscitatu sed cecitatem impii sensus prudēter expressit
 Ait enim. Audita forma viri & habitu itellexit saul q̄ samuel
 esset. Deceptus utiq; intellexit quod & ex eo probatur quod sub
 iungit. Et inclinauit se & adorauit. Si enim fuisset samuel: ne-
 quaq; se permisisset ab homine adorari: q̄ fm legem crediderat
 & docuerat vnū deum et dominū adorandum. Preterea sancte
 anime a potestate malignorum spirituum exempte sūt. Postre-
 mo decepti hominis non fouisset errorem: quod eū ex subsequē-
 tibus fecisse colligitur. Dixit ergo samuel ad saulem. Quare in-
 quietasti me: vt suscitarer? Hec est enim fraudulentia maligno-
 rum spirituum: vt quod vltro faciunt & dictant hominibus faci-
 endum: operose dissimulent vt hoc facere videantur inuiti. Si-
 mulant se coactos: & quasi exorcismorum virtute extractos fin-
 gunt: & quo minus caueantur: exorcismos quasi in nomine dñi:
 aut in fide trinitatis: aut incarnationis & passionis virtute con-
 ceptos componunt/eosdemq; hominibus tradunt exercentibus
 eos obtemperant: donec eos secum crimine sacrilegii & pena
 damnationis inuoluant. Transfigurant etiam se interdum in
 angelos lucis/honestā sola precipiunt/illicita prohibent:mundi-
 tiam consecantur: vtilitatibus prouident vt quasi boni & ppi-
 cii familiarius admittantur: audiantur benignius/amentur ar-
 tius: facilius exaudiantur: habitum quoq; induunt venerabiliū
 personarum: vt eis maior & promptior reuerentia impendatur
 ¶ Et ait saul. Coartor nimis. Siquidem philistii impugnāt ad-
 uersum me: & deus recessit a me: & exaudire noluit neq; in ma-
 nu prophetarum: neq; per somnia. Vocauit ergo te: vt ostende-
 res mihi quid faciam. Ac si aperte dicat in desperationis abyssu
 precipitatus sum. Impugnāt homines/deserit deus: & ego
 ad te qui vtrifq; in veritate inimicaris confugio: vt quasi doctor
 discipulum doceas: quid me in tanta angustia oporteat facere.
 Licet enī eū cui loquebar crederet samuel: tñ in veritate erat
 angelus sathane. Nec potuit ei ignorātia suffragari: cū nemini li-
 ceat ignorare creaturam que se appetit adorari/infidelem &
 peruerse voluntatis esse. Sciebat etiam illicitum esse arolos: &
 magos inquirere & de futuris sollicitare phitonem. Q̄ si eum

Virgil. in. vi.
lib. eneid.

Deutero. vi. 7
Leuitici. iiii.

Malignorum
spirituum ma-
licia.

Spūs mali-
gni conant ser-
uire hoibus.

Philistii.

Ad q̄ ignorā-
tia nō patitur.

ignorantia persone excusat/melioris conditionis erunt stulti q̄
 periti/& pueri si q̄ recti. Et ait samuel: non equidem venus: sed
 vmbra tili et ficticius: & quo dignus est impius et reprobus cō
 sultator. Quid me iterrogas: cum dñs recesserit a te: & transie
 rit ad emulum tuum? Responsonis initium fidei consentaneū
 est: & accommodū rationi? Quid enī cōferet creatura illi quem
 deus deserit: & cui diripit spolia? Sed sensum ad id quod suum
 est hostis & fidei inimicus diuertit imiscens falsa veris/& men
 dacia fide veritatis obnubilās. Sequitur enim. Faciet tibi dñs
 sicut locutus est in manu mea: & scindet regnum tuū de manu
 tua: & dabit illud proximo tuo dauid: quia nō obedisti voci dñi:
 neq̄ fecisti iram furoris ei? in amalech. Idcirco quod pateris fe
 cit tibi dominus hodie/& dabit domin? etiam tecum israel in
 manu philistinorum. Cras autem tu & filii tui mecum eritis.
 Sed & castra israel tradet domin? in manu philistiim. Exitum
 quidem belli fideliter infidelis exposuit: sed tamen verborum
 tendiculis infidelem & infelicem animam fraudulēter decepit.
 Deuiantis siquidem cōfirmat errorem: & impenitenti post exi
 tum quietem repromittit. Cum enim dicit dominū impleturū
 que locutus est in manu mea: se proculdubio simulat samuele
 per quem sauli que denūciat locutus est dominus. Cum autem
 subiungit cras tu & filii tui mecum eritis: verum quidem: sed frau
 dulenter enunciat. Erat enim in die sequēti sibi manū ex despe
 ratione iniiciens ad inferos trāsiturus: habitur? partem cum eo
 quem auaritia/fastu/obstinatione mentis fuerat insecut?. Sed
 falso blanditur/ingerēs spem quietis: dū se gestu & verbis men
 titur samuelem: cui certum est collatam esse in quiete sedem a
 domino inter eos qui inuocāt nomen eius. Quid ergo sauli sa
 muelis sui vel potius phitonis p̄fuere responfa? Potuerat forte
 nō premunitus sperare meliora: et salutem dū alieno cōfodere
 tur gladio expectare. Oraculi vero vanitate certioratus gladio
 suo incubuit: & in extremis agens dū pprie glorie cōsulebat qui
 fortius mori potuisset in prelio: aurā verborū pertimuit/& in
 firmi & p̄strati animi consilio corporis & anime mortē asciuit.
 Glorientur gentes in fortitudine sua/auctores earū dicāt vnus
 quisq̄ qd̄ sentit: dū herou suorum titulos p̄dicāt: dū magnorum
 virorū fortitudinē preconātur. Bibat illis auctorib? catho vene
 num Vultcius dextras & mentes sociorū armet ad voluntariā
 mortē. Per māmillas ad cor venenū aspidū insanabile deopa
 tra traiciat Lucretia alienam impudiciā sanguinis sui effus

j. Regū. xxxj.

sione cōdemnet. Ego euenire posse nō arbitror: vt cuiuscūq; difficultatis articulo liceat ppria auctoritate homini sibi mortē in ferre: nec etiā vbi castitas periclitat. Licet hūc casum videatur excipere doctor ille doctorū cui in sacrario līrari vix aliquem au deo cōparare. Hec mors oīno desperatorū est: & eorū q; licet corpore viuant iā mentis morte premortui animo viuere desierūt. Vtiq; non viuorum: sed iam mortuorum mors est. Infidelium regūz percurrere seriem. Ieroboam/achab/iezabel/nabugodono: for/sennacherib/& alii quorū errores non sufficio enarrare quid lucrati sint in vatib⁹ suis qui videbant eis falsa & stulta: nec aperiebant iniquitatem eorum: vt eos ad penitentiam prouocarēt. Omnes utiq; euauerunt post principem vanitatis & dum scire quod non licet vel aliter q̄ licet appetunt/ad inane & nihilum redacti sūt. Reges vero israel infidelibus sociati: quia cum regum iuda alii boni alii mali fuerint: reges israel omnes reprobi extiterunt. Lingue archana dei celūq; inquirere quid sit: ait Catho: quia quod de te statuit deus citra tuam sollicitudinem potest expedire. Egregie quidem ethicus. Omnē crede diem tibi diluxisse supremū. Grata superueniet que non sperabitur hora. Veritas autem sibi vbiq; consona est: nec a se licet a mendacii habitaculo proferatur quandoq; discordat: sicut nec mundicia dum sui integritate viget quarūcūq; sordium vicinitate polluit. Ipsa mortem indicit non timeri: & ad eam excipiendam nos horris omnibus precipit preparari: vt quo minus de diurnitate vite presumitur: in cultum honestatis virtutum gradibus auidi⁹ curatur. Mors siquidem necessarium munus est nature iam corrupte. Corruptio nāq; mortis origo est. Tolle corruptionem: sectare integritatem mūdiciē & virtutis/iā immortalitatis viā ingressus es: & quādam diuinitatis tue arcā apprehendisti. Apprehendisti inq; an accepisti? Sed vt fidei⁹ loquamur. & accepisti & apphēdisti. Nō est enī volētis neq; currētis: sed miserētis dei. Quis scit qn̄ veniet: sero/an media nocte/an gallicantu/an mane? Vt enim ille ait. Nihil morte certius est: nihil hora incertius. Que utiq; nō timenda est q̄si malū: sed q̄si malorū finis cū venerit gratāter amplectēda. Vnū est qd̄ totis mētis & corporis viribus fugiendū est. Quid illud sit queris. Turpitudine & totius species inhonesti. Hec enī faciunt mortē terminum non esse malorū: sed antecedentiū et succedētium copulā. Ad hanc fugiendam non oracula vatum/non phitonis consultatio necessaria est: fidelius & ytilius ad hoc ratio data consulit. Catho

De Ieroboam
Achab. Jezabel.
Habuchodonosor. & Sennacherib.

Roma. ix.
Marci. xiv.
vt. ff. de cōdi. & demō. l. j.

vt. l. r. ff. de
bonis eorū q
sibi mor. psci.
r. l. f. q. testa. fa
cere pos.
Hō pulchrū
exēplū gētiliū
q. q. s. se nō de
bet occidere.
vt. l. r. militib.
l. de testa. mi
li. r. l. si q. s. in
prin. ff. de leg.
iij.

Hō sagacē p
uisionē nume
erga fallaciā
demonū ipm
ad homicidiū
inuitantium.

in libia extreme difficultatis angustia coartatus / hamonem io
uē dedignatus est consultare: ratus sibi rationē sufficere: vt per
suaderet seruādam libertatem. Et non modo dñationis cesaree
iugum sed omnē notam turpitudinis fugiendam / licet in eo er
rauerit: q̄ auctoritate propria vite mun⁹ abiecit. Quod nō mo
do fidelium institutis: sed constitutionibus gentiū & sapientissi
morū edictis constat esse prohibitū. Veteris quidem philoso
phie principes pythagoras & plotinus prohibitionis huius non
tam auctores sunt q̄ precones / oīnō illicitum esse dicentes: quē
piam milicie seruētē / a presidio et cōmissa sibi statione disce
dere: citra ducis vel principis iussione. Plane eleganti exemplo
vsi sunt: eo q̄ milicia est vita hominis super terram. Quid sicō
tra iubeant oracula vatū: vel responsa phitonis? Proculdubio
minime audiendi sūt: quia cū periculo innocētie nemo anq̄ de
bet fidē. Si mihi non credis numā romanorū imperatorem fere
innocentissimum preter titum si placet attende. ¶ Dñ inuitare
tur ad homicidiū petito capite ad sacrificia: cēsūt cepam esse ce
dēdā reflectens ad innocētiā etiā peruersi numinis voluntatem
At cū hominis adicere a numine: capillos se pollicit⁹ est obla
turum. Cum hō spirit⁹ immūdu sitiret & sanguinē: piscem im
molandum esse rñdit. Sic itaq; cū ratio ei⁹ circumueniri non pos
set: vt trahere ad culpam imundorum spirituum testimonio /
colloquio deorū pronunciat⁹ est dignissimus. Nec est q̄ sub ex
orcismorum pretextu suū quis tueatur errorē qui ad minuendā
demonum ptātem: & ad distrahēdum qd̄ habent cū hoīe fami
liaritatis cōmertiū instituti sunt / carentq; proprie virtutis effe
ctu / nisi in dei digito cōualescant. Porro spiritus sanctus discipli
ne effugiet fictū: & corpus peccatis subditum sui esse habitacu
lum dedignatur. Quicquid vero huiusmodi agatur ficticiū
est et fantasticū & veritatis substantiā nescit. Videtur quidē
adesse dum precibus & oblationibus inuocatur: & effectū peti
tionem prosequente sacrilegum errantis anime desiderium ad
impletur: abest autē tam longe vt subtracta tutela sui / eos quos
perfidia tanta exagitat / variis ludificationib⁹ demonum trahi
sustineat ad gehennā. Se siquidem ad huiusmodi flagitia pro
hibuit imitari publica voce ecclesie aduersus quā nec porte infe
ri preualebunt. ¶ Cum ergo sancti spirit⁹ gratia auctoritas ecc
lesie improbat⁹ / subtrahitur exorcismus / qui eis non tam vtū
tur q̄ abutuntur offendunt in spiritum: quo recedente eius sibi
nituntur virtutem & efficaciam retinere.

De speculariis: & q̄ maligni spiritus interdū futura prenoscent
& subtilitate nature & lōga experientia temporis & reuelatio-
ne superiorū potestati. & q̄ sepe decipiūt aut decipiētes aut de-
cepti: & q̄ specularios mala idubitata sequūt. Ca. XXVIII.

Ruſtra ſibi ſpecularii blandiuntur q̄ nihil immolant
nulli nocēt ſepi⁹ profunt dū furta detegunt maleficiis
purgāt orbem: & ſolam vtilē aut neceſſariā appetunt
veritatem. Nō ſic impii nō ſic. Qui nō colligit inquit
mecū diſpergit: & qui nō eſt mecū ꝑtra me eſt. Dum hec domi-
no prohibente exercent impii: quid aliud faciunt q̄ calcaneū eri-
gere aduerſus ꝑhibentem? Certe nimis eſt quod immolat qui
eiecto ſpiritu ſancto: idolatrie mētē ꝑſtuit. Nimum eſt quod
immolat: qui pollutas aures demoniorū ſollicitat voce domino
conſecrata. Nimum eſt quod immolat qui motum corporis ac-
cōmodat ad deteſtabile ſacrilegium peragendū. Quid retinuit
creatori qui mētē/linguam/corpus/demonibus obtulit? An
non veritati fecit iniuriam qui integritatem eius in tāta corru-
ptione queſiuit? Plane nemo in talib⁹ per ignorantiam excuſa-
tur. Omnes em̄ in ꝑmune ſciunt aut ſcire debēt/hanc ignominia
fidei anathematis opprobrio condemnatam. Non utiq̄ hic ſa-
cramēto miles excipitur: pupill⁹ etate: mulier infirmitate ſex⁹:
ruſtic⁹ munere agricultare: qua publice vtilitati inuigilat. Licet
enim in diſpendiis rerū ſubueniatur eis per ignorantia iuris: in
ſubuerſione tamen fidei nullū ab ignorantia remedium eſt/ob-
tinente eo vt qui ignorat ignoretur: & inſipies in culpa/erudia-
tur in pena: et ſapienter puniet qui nolunt intelligere vt bñ age-
ret. Quis em̄ potuit diſcere/vt ſine labore a tāto labore ceſſaret
dū illud laborioſe addiſceret/vt laborioſe et peſtilenter erraret?
Non poteſt in fide ſine labore quieſcere q̄ potēs eſt ſollicitudine
mētis & exercitio corporis a fide deniare? Qui em̄ his nugis
obſequit fidem negauit: et infideli deterior eſt. Et licet verbis
deum cōfiteatur: ei peruerſis operibus cōtradicit. Nec facilius ē
hominem hmōi eſſe fidelem q̄ iudicem incorrupt⁹ qui diligit
mūera: & ſequit retributiones. ¶ Ceterū quod ſimpliciorū ani-
mos mouet ſcilicet per huiusmodi conſultationem abſcondita
futurorum manifeſtari non poſſe niſi per manum eius in cuius
potestate ſunt tempora et momenta: nodum non ingerit que-
ſtionis. Licet enim futurorum ſit vnus arbiter: q̄ et deus & do-
minus omnium eſt: tamen ex ſignis interdum hominibus in-
noteſcūt. Quid ergo mirum ſi ea quandoq̄ prenoſcant q̄ & ſub-

ps. i.
Luc. xi.

vt. l. ſi emanci-
pata. l. d. iur.
et ſac. igno. et
ibi per totum
titulū. l. r. ff.
ps. xxxv.

tilitate nature vigent: & experientia temporis longiore & reuelatione superiorum potestatum de plurimis admonentur. Si ergo spiritus/corporis mole grauati: quos luteum carnis retardat indumētum/quorum acumen/turbati sensus corruptio hebetat: ex precedentibus aut quarumcūq; rerum iudiciis que sūt ventura coniciunt/qd prohibet spiritus ab omni nexu corporis absolutos: quos noxia moles nō tardat: rerum iminentium: aut in plurima tempora succedentiū premetiri euentū. Sed qui febre pridie natus est: post dies pauculos decessurus: medio tempore ex similibus similia colligit: & de causis sibi iterim notis ratio cinatur in posterum nonne hoc facilius potest non modo antiquus/sed inueteratus dierum: qui ab iniitio cōditus est plenus sapientia: & perfectione decorus. Quis adeo ebes est: & tarditatis egregie qui tanto temporis tractu pro parte ad ea conicienda que futura sunt non assurgat. ¶ Preterea propitiae potestates: que charitatis cultu: deuotione obediēdi domino assidue famulantur: eis quidem possunt & interdum creduntur occulta reuelare. Nec tamen statim verum est quod reprobi sentiunt: aut predicant: sed quandoq; quod suspicantur aut timent: vt videantur conscii secretorum properant nunciare. Quale est quod domino nascituro in templis egypti desolationē eorum & discessū suū demones templorū presides predicebant. Vnde illud apud trimegistum: de exterminio religionis idolatrie. Egypte iquit egypte erit cum religionis tue sole supererunt fabule. Et sepe quod ex necessitate faciunt: & coacti se sponte facere simulant quasi hominibus indignantes quibus se fingunt infensos. Sepe etiam mētiuntur aut decipientes aut decepti. Sed licet vera dū taxat enunciet: nihilominus aut compescendi sunt aut fugiēdi. Vnde in deuteronomio. Si surrexerit in medio tui ppheta: aut quis dixerit se somniū vidisse & predixerit signū atq; portētū & venerit quod locutus est et dixerit tibi eamus & sequamur deos alienos quos ignoras: & seruiamus eis: nō audias verba prophete: aut somniatoris: quia temptat vos dominus deus vester: vt palam fiat vtrum diligatis eum an non. Vnde plane intelligitur: quia & si contingant que a diuinatibus non s̄m deum dicantur: non sic accipienda sunt vt fiant que precipiuntur ab eis aut colantur que coluntur ab eis. Sed nec apostolus in actibus apostolorum imundo spiritui pepercit: quia in muliere vētriloqua apostolis & predicationi eorum testimonium perhibuit veritatis. ¶ Nihil vero aduersus pestem istam salubrius est: q̄ si quis

Ezechielis.
xxvij.

Demonēs predicauerūt aduentū christi.

huiusmodi vanitati omnino aurem subtrahat. Gratias ago deo qui mihi etiam in teneriori etate aduersus has maligni hostis infidias beneplaciti sui scutum apposuit. Dum enim puer ut psalmos addiscerem sacerdoti traditus essem: qui forte specularia magicam exercebat: contigit ut me & paulo grandiusculum puerum premissis quibusdam maleficiis pro pedibus suis sedentes ad specularie sacrilegiis applicaret: ut in unguibus sacro nescio oleo aut crismate delibutis: vel in exterso & leuigato corpore peluis: quod querebat nostro manifestare indicio. Cum itaque predictis nominibus que ipso horrore licet puerulus essem demonum videbantur: & premissis adiurationibus quas deo auctore nescio socius meus se nescio quas imagines tenues tamen & nubilosas videre indicasset: ego quidem ad illud ita cecus extiti ut nihil mihi appareret nisi ungues & peluis & cetera que antea noueram. Exinde ergo ad huiusmodi inutilis iudicatus sum: & quasi qui sacrilegia hec impedire ne ad talia accederem condemnatus. Et quoties rem hanc exercere decreuerant: ego quasi totius diuinationis impedimentum arcebar. Sic mihi in ea etate propiciatus est dominus. Cum vero paululum processissem: flagitium hoc magis & magis exhorui: & eo fortius confirmatus est horror meus: quod cum multos tunc nouerim / omnes antequam deficerent / aut defectu nature / aut manu hostili beneficio luminis orbatos vidi: ut cetera incommoda taceam quibus in conspectu meo a domino / aut prostrati aut perturbati sunt: exceptis duobus: sacerdote videlicet quem premissi: & dyacono quodam qui speculariorum videntes plagam effugerunt / alter ad sinum canonice: alter ad portum cellule cluniacensis sacris vestibus insigniti. Eosdem tamen pre ceteris in congregationibus suis aduersa plurima postmodum perpeffos esse misertus sum. Sane si ad expugnandum hunc errorem concursus rationum & catholice matris ecclesie auctoritas non suppeteret: vel exempla malorum cum sufficiunt extirpare. Sicut autem nemo potest bibere calicem dei & calicem demoniorum: aut duobus dominis seruire deo & mammoni: sic gratiam dei & huius malicie exercitium nullus assequitur. Sed ecce quasi punctim & quasi subula sententiam prosequor fidei: & morum inimicam cum eam cesim spiritus mucrone / capulotenus transuerberare sufficiam. Feriatur ergo semel in manu forti: & brachio illius qui ad submersionem egyptiorum diuisit mare rubrum in diuisiones / & secundo opus non erit. Non est enim qui de manu illius possit eruere? Educat igitur

i. Corin. x.

Lucc. xvi.

Exodi. ix.

ps. cxxxv.

Job. x.

Ad Hebre. x.

Deutero. xviii

gladium moyses & prosternat egyptias abominationes: & abscōdat eas ne appareāt in p̄spectu fidelium in sabulo sterilitatis sue. Loquatur verbum / sentētiā proferat in condemnationē errorum: quos diutius a domo tua abigere perauim⁹. ¶ Verbum siquidē gladius est bis acutus: viu⁹ & efficax penetrabilior omni gladio ancipiti / pertingens vsq; ad diuisionē anime & spiritus: cōpagū quoq; & medullarū / discretor etiam cogitationū. Insensatus est qui hoc gladio imminente non timet. Et ecce in facie ecclesie in cōspectu omniū imminet. Deniq; & in omnes dirigitur. Inquit enī. Quando ingressus fueris terram quā dominus deus tuus dabit tibi: caue ne imitari velis abominationes illarum gentiū ne inueniatur in te qui lustret filiū suum aut filiā suam ducens per ignem / aut qui ariolos sciscitetur: & obseruet somnia atq; auguria: ne sit maleficus: ne incātator / ne phitones consulat et diuinos / & querat a mortuis veritatē. Omnia enim hec abominatur dominus: & propter huiuscemodi scelera delebit eos in introitu tuo / perfect⁹ eris & absq; macula cū domino deo tuo. Gentes iste quarum possidebitis terrā / augures & diuinos audiunt. Tu autem a dño deo tuo aliter institutus es. Quis ergo dubitet hec criminalia & non modo languorē sed fidei exterminiuū esse: quod tanta diligētia ppheticus immo spiritus sancti sermo eraditur. Abominationes sunt dicēte domino: & homo se supra hominē fieri opinatur cū istorum asscut⁹ est diciplinam: propter huiuscemodi scelera delete sunt gentes & humana temeritas se in his multiplicari confidit.

¶ De phisicis theoreticis & practicis. Capitulu. XXIX.

Phisica qd ē

Licet tamen vt de futuris aliquis cōsulatur ita quidem si aut spiritu polleat prophētie: aut ex naturalib⁹ signis quid in corporibus animalium eueniat: phisica docente cognouit: Aut si qualitatem temporis imminentis experimentorū iudiciis colligit: dū tamen his posterioribus nequā quis ita aurē accōmodet: vt fidei aut religioni preiudicet. Sed nec primi audiēdi sūt nisi in eo quod loquūtur a domino qđ nūq; religionē ipugnat: quia verū nequit esse vero contrariū: nec bonum bono. ¶ At phisici dum nature nimiū auctoritatis attribuūt: in auctorē nature aduersando fidei plerūq; impingunt. Non enim omnes errores arguo: licet plurimos audierim de anima / de virtutibus & operibus eius: de augmento corporis & diminutione / de resurrectione eiusdem / & creatione rerum / aliter q̄ fides habeat disputantes. De ipso quoq; deo interdum

ita loquuntur: vt si terrigene tentarent astra gigantes: & inani conatu cum enchelado/ vt eis ethne onus ignifluū imponatur/ cupiant promereri. Sed in his facile labi possunt quia quāticūq; ingenii vires/ citra profūditatem difficultat/ que in his vertitur subsistunt: vbi vero deficit intellectus/ fidei ratione deducta: que media est restat sola opinio. Cū vero de inferiorib⁹ querit: puta de cōplexione aīalis: de causa & cura egritudinis/ eis oīno nihil deest p̄ter effectū operis si is desiderat. Et qdē theorici quicq; suū est faciūt. Et forte p̄ amore tuo amplius erogabunt: ab eis singularum rerum causas & naturas accipies. Sanitatis: egritudinis: & neutralitatis censores sunt. Dant sanitatem verbote- nus: & conseruant. Neutralitatem iūbent istuc diuertere: egritudinis preudent & docent causas: indicant ei initium augmētum statum & declinationem. Quid multa? Cum eos audio/ videntur mihi posse mortuos suscitare: nec esculapio mercurio ue creduntur inferiores: veruntamen in eo magna mentis ammiratione distrahor & perturbor: q̄ a seipsis tanto verborū conflictu/ & collisione rationū dissiliunt & discordant. Vnum profecto scio: contraria simul vera esse non posse. Quid de medicis practicis dica? Absit vt de eis quicq; peruersum loquar. In manus enim eorum exigentibus peccatis meis nimis frequenter incido. Non sunt exasperandi verbis: sed potius demulcēdi obsequio. Nolo me tractent durius: nec etiam sentire audeo quod omnes clamant. Dicam ergo cum sancto salomone: quia medicina a domino deo est: & vir sapiens non contemnet eam. Nemo siquidem magis necessarius est aut vtilior medico/ dūmodo sit fidelis & prudens. Quis enim preconia illi⁹ declamare sufficiat: qui salutis artifex/ procurator vite/ in eo dominum imitatur: & vices eius agit: q̄ salutē quam ille operatur & quasi dominus & princeps donat/ iste iconomus et minister procurat & dispensat? Nec ad rem attinet: si qui pseudo gratiam vendūt & qui iustiores videri volunt dum nihil accipiant anteq̄ eger conualescat: in eo inigores sunt q̄ beneficium temporis immomunus dei manibus suis ascribunt: cum ille quem dominus erigit: & vigor nature conalescentis citra operam eius fixerat erigendus: quis istud iam paucorum sit: sibi inuicem suadentibus & replicantibus medicis. Dum dolet accipe. Nec moueor si opera eorum in se compugnēt: cum sciam contrariorum plerūq; esse eundem effectum. Sed cum inter manus eorum quis in fata colapsus est: tunc necessarias producēt rationes: quibus appare

Encheladus
gigas.

De medicis.



Ecc̄i. xxxviii.
Medicina qd
ē s̄ salomonē.

Polícratici de Curialiū nugis.

Color rhetori-
cus qui dicitur
occupatio.

bit q̄ vita eius non fuerat ulterius protendenda. Et vt dicitur
quos longa affligerunt inedia: iam mortuis sorbiciūculas faci-
unt & inutiles: & delictos preparant cibos. Expectas forte vt
dicam quod dicit apostolus / quia hii sunt / qui homines officio-
sissime occidunt: sed frustra. Absit enim vt hanc contumeliam
proferam: quam si forte audire volueris: senecam / pliniū adeas
& sydonium: qui hoc in aurib⁹ tuis / clamore valido replicabūt.

¶ Explicit liber secundus.

¶ Incipit prologus libri Tertii.



Ultorum hostis fio: dum ineptias nugato-
rum excutio. Qua de causa ocjari & filere de-
creueram: sed alterum mihi negociorum tu-
multus excutit / alterum motus animi inter-
rumpit. Qui enim sub potestate constitutus
est: si sapit obtemperat imperio presidentis.
Quem stimuli affectuum pungunt: dissimu-
lare non potest quin moueatur ad formam passionis. Exultat
ergo quem gaudii aura demulcet / spes inducit hylaritatē: met⁹
trepidat: dolentis animus merore confunditur. Hec apud singu-
los alternat facies boni aut mali. Verum sensus malorum alti-
or est & sepius in omnes incurrit. Quis est enim qui malorū
asperitate sepius non vratur q̄ demulceatur fomēto bonorum?
Rarus est qui totius fortune impetum a se toto possit arcere.
Qui suis viribus preualet: in amici aut familiaris corpore vel
forte tentatur: licet parum humanus sit: quem extrancorum
iactura non concutit. Non satis homo est quem aliena non mo-
uent. Sed sapientioribus iam venit in dubium: an quicq̄ homis
recte sit homini alienum. Virtutis vero processus ambiguita-
tis huius nodum soluit / cum & comicus nihil humani alienū a
fereputet / & magister celestis hominem homini diligendum
docuerit vt seipsum. Vnde patet indignum esse tanto magi-
stro discipulum qui veritati non gaudet: & aduersus publice sa-
lutis hostes non excandescit. Eos vero pro parte presentis opus-
culi aliquatenus tangit intentio: & nugas eorum quo potest &
consuevit / telo discutiet.

Matth. xxij.

¶ Explicit prologus libri tertii.

¶ Incipit liber tertius.

Quid salus vniuersalis & publica. Capitulum primū.

Est igitur sal⁹ publica que vniuersos fouet & singulos/incolumitas vite. Nihil enim homini prestantius vita eius. Incolumitate vite nihil salubrius. Hominem vero consistare ex anima rationali & carne corruptibili/antiqui sapientes diffinierunt. Caro siquidem viuunt ab anima/cum aliunde corpori vita esse non possit: quod semper inercie sue torpore quiescit/nisi spiritualis nature beneficio moueatur. Hec autem habet & ipsa vitam suam Deus etenim vita anime est. Quam sententiam modernorum quidam/grauius quidem & vere licet metrica leuitate complectus est. Vita anime deus est: hec corporis: hac fugiente. Soluitur hoc: perit hec/defitirente deo. Sicut ergo corpori viuere est vegetari/moueri ab anima:& dispositione sui motibus anime acquiescere:& ei quadam necessitate obediendi concordare:sic & anima ex eo viuunt quod suo modo vegetatur:& vere mouetur a deo:& ei subiecta deuotione obtemperat:& in omnibus acquiescit. Si quo minus:& eo minus viuunt. Nam & corpus qua parte sui non mouetur ab anima:iam in ea torpore mortis incurrit. Dum ergo totum viuunt:ad eam totum disponitur:quod se non per partes infundit partibus:sed tota est & opatur in vniuersis & singulis. Sic & deus animam perfecte viuente totam occupat:totam possidet/regnat & viget in tota. Nullus ei angulus exceptus est. Sed quod in anima angulum vel partem dico? Partium expertus est:simplicisque nature/et totius duplicitatis ignara. Partes tamen quas potuit/sibi a distributore bonorum veditauit. Quas inquis? Virtutes utique:quibus viget & operatur et sui experimentum facit. Sine ergo multiplicitate partium sed quantitatis quadam distensione crescit/ratione tantum & intellectu/appetitu boni/auersione mali/manente simplicitatis natura dilatatur. Cum vero partes istas spiritus implet (deus enim spiritus est) solida & perfecta est vita anime. Cum enim intellectus domini qui summe bonus est visus sui acumine quantum valet & licet apprehendit:& bonum quod ille videt incorrupta voluntas appetit:& ratio ne declinet ad dexteram vel ad sinistram qui sano affectu ad bonum trahitur viam aperit:iam quadam immortalitatis assecuta est gloriam. Quod forte iam sentiebat quod in firmitate conscientie sue dicebat. Cor meum & caro mea est in deum viuunt. Utique qui in hac via incedit non sperat aut extimescit:non contristatur aut condolet alicui eorum quod a summo & bono recedendo deficiunt. Eo forte fideles animas iuuat prophetice

¶ Anima in corpore
re est tota in toto:
et tota in quolibet parte.

Deus est spiritus.

ps. lxxxv.

Joelis.ij.
Zacharie.j.

Spūs sc̄tus.

¶ In libro
quē quilibet por-
tat in corde.

Roma.j.

Ignorantia
quid est.

Persí in saty-
r̄is.

sermo dicēs. Cōuertimini ad me in toto corde v̄ro: vt sc̄z angel⁹
gaudii/aut meroris/timoris/aut spei non auertat a facie mea:
vt mee non displiceat volūtati. Implet autē hec vita omnē crea-
turam quia sine ea nulla est substātia creature. Om̄e enim quod
est: eius participatione est id quod est. Sed cum in omnib⁹ sit p
naturam: sola inhabitat rationalia p gratiā. Sunt ergo/ quia in
eis veritas est/ illustratur quia in eis sapiētia est. Bonū diligunt
quia in his fons bonitatis et charitatis est. Ois enim virtus an-
gelica vel hūana/ quoddā diuinitat⁹ vestigiū est/ rationali crea-
ture quodāmodo imp̄ssum. Spiritus sanctus inhabitas ip̄mit
anime sanctitatem/ eiusdēq; riuulos multiphariam spargit di-
uerfarum exerens carismata gratiarū. Et hec mihi videt vera
et vnica incolumitas vite: cū mens viuificatē spiritus ad rerū no-
ticiam illustratur: & accenditur ad amorē honestatis & cultum
virtutis. Precedit ergo scientia virtutis cultū: quia nemo potest
appetere fideliter quod ignorat: et malū nisi cognitum sit/ vtilit̄
non cauetur. ¶ Porro scientie thesaurus nobis duobus modis
exponitur. Cum autem rationis exercitio quod sciri potest/ itel-
lectus inuenit: aut quod absconditum est reuelans gratia oculis
ingerens patefacit. Sic vtq; : aut per naturam: aut gratiam ad
veritatis agnitiōē: & scientiam eorū que necessaria sunt: vnus-
quisq; potest accedere: quodq; magis mirere: quilibet quasi quē-
dam librum sciendorū/ officio rationis apertum/ gerit in corde.
In quo non modo visibiliū species rerumq; omniū natura depin-
gitur: sed ipsius opificis omniū inuisibilia dei digito conscribū-
tur. A deo quidem vt nequaquā valeant per ignorantiam excusa-
ri: quib⁹ beneficio nature vel gratie/ gerendorum series innotē-
scit: sicut scriptū est. Quod enim notū est dei: manifestum est in
illis: deus enim reuelauit illis. Nō tamē corrupte nature aduer-
sus gratiam magnifico fimbrias aut faleras erigo: quasi ipsa ali-
quid boni habeat quod non acceperit: cum certum sit quia sine
ea nihil possum⁹ facere. ¶ Agnitio igitur veritat⁹ cultusq; vir-
tutis: publica singulorum & omnium: & rationalis nature vni-
uersalis incolumitas est. Contrarium vero eius ignorantia/ &
odibilis & inimica propago ei⁹ vitium est. Et recte quidē igno-
rantia mater vitii est: quia nūq; adeo sterilis est: vt non odibiliū
fructum pariat infelicē. Inquit ethicus. Tu nullo thure litabis:
hereat in stultis breuis vt semina recti. Agnitio quidem certi-
tudinem habet: & vel in scientia vel in fide cōsistit. Sed fidei re-
gula paulisper differatur: quoniam eā tēpus & loc⁹ su⁹ expectat.

Ceterum scientia sui noticiam habet: quod euenire nō potest: si non metiatur vires suas: si ignorat alienas.

Que sit prima cōtemplatio hominis sapientiā affectātis / & quis fructus? cōtemplationis huius. Capitulum. II.

Ergo primū hoīs sapientiā affectātis qd ipse sit: qd intra se: qd extra: qd infra / qd supra / qd cōtra / quid an vel postea sit / cōtemplari. Inde est forte qd illi q prima tōtius philosophie elemēta posteris tradere curauerūt / substantiā singulorū arbitrati sunt intuēdam / qntitatem / ad ali quid: qualitatem / situz / esse / vbi: quomodo / habere: facere: & pati. Et suas in omnibus his proprietates: an intentionem adnūt tant: & susceptibilia contrariorum sint: & an eis ipis aliquid inueniatur aduersum. Prouide quidem hec & diligenter & si in eo negligentiores extiterint: qd sui ipsius noticiam in tanta rerum luce nō assecuti sunt: & lucis ina ccessibilis noticiam perdidērunt: dum euanuerunt in cogitationibus suis: & dicentes se esse sapientes / stulti facti sunt: & obscuratum est insipiens cor eorum. Quod ex eo conuincitur / qd traditi in passiones ignominie: faciebant que nec sexui: nec etati: nec fortune conueniant: nec nature: & personas omniū operis testimonio deuenissent. Dati siquidem sunt in sensum reprobū: quod planū est his qui apostolum plenius nouerunt. Argumentum ad omnia validissimum est: vt de fide & sinceritate singulorum credatur operibus suis. Opera enim que facit aliquis: testimonium perhibent de eo: verum qui seipsum ignorat quid vtiliter nouit? Si ignoras (iquit) te o pulcherrima iter mulieres: abi post vestigia sodalium & post greges. Oraculum apollinis est & descendisse de celo creditur: gnothosolitos id est scito teipsum. Non nesciuit hoc ethicus dicens. Discite: & o miseri causas cognoscite rerū. Quid sumus: aut quidnam victuri gignimur: ordo Quis datur aut mete qmollis flexus & vnde. Quis modus argento: quid fas optare: quid asper. Vtile nummus habet patrie carisq; propinquis. Quid elargiri deceat: quem te deus esse Iussit & humana qua parte locatus es in re. Hec etenim cōtemplatio quadripartitum parit fructum vtilitatem sui: charitatem proximi / contemptum mūdi / amorem dei. An nō est arbor bona que tantam fructuum dulcedinem affert: tantam affert vtilitatem? Certe non superbit qui paruulus est in oculis suis. Dum quisq; que adsunt: vel absunt expetibilem numerum cogitat: quis de sua paupertate nō erubescit? Si quis non appetēda sui recēseat:

Qui seipsum
nō cognoscit /
deū cognosce-
re nō poterit.
Roma. j.

Canti. j.

ipert? in. iij.
saryra.

ps. cxviii.

ps. xxxvi.

Ex qua oriuntur omnia vitia ut plene not. j. lib. viij. c. j.

Id verba pulchra ad opprimendam elationem.

cōcor. j. lib. iij. ca. ix.

iiij. Regū. v.

ps. xiiij.

Roma. viij.

j. Johan. xiiij.

ei iugis materia modesti doloris & humilitatis occurrit. Quocumque se vertat in seipso deicitur: qui petit a domino confortari dicēs. Humiliat⁹ sum vsq; quaq; vivifica me fm eloquiū tuū. Itēq; Ego (ingt) i flagella parat⁹ sū: & dolor me⁹ in p̄spectu meo sēp. **¶** Superbia radix malorum est: & cōcupiscentia lepra generalis que omnes inficit. **Capitulum. III.**

Superbia vero radix omnium malorum est: mortisq; fomentum. Arescunt riuuli si fontis vena preciditur: nec rami cōualescunt radice succisa: deficiunt vitia si elatio iugulatur. At si stercora radici cōgerantur: pinguescunt rami / & arentium sterilitas resluescit. Si fonti liquētia superfundas: accessio trāsit in riuulos. Si camino ignem adittias / in ligna incendium recrudescit. Sic si vitiate nature elationis innate toxicum foueas quin vitalia ipsa mortiferum virus inficiat: nec si volueris / poteris impedire. Est enim omnib⁹ nō tam connatus q̄ innat⁹ amor sui. Qui si modum excesserit: vergit ad culpam. Omnis enim virtus suis finibus limitatur: & in modo consistit. Si excesseris / in inuio es & non in via. Si amor hic inualuerit: nemo speret de cura. Lepra sigdē est ista incurabilior omni lepra. An nescis cōcupiscentiam leprā esse? Giezi consule. Si erubuerit cōfiteri quod sentit: cōvince eum macula corporis. Sed quid dico giezi consulendum: ac si solus sit? Orbē conueni: quia totus infectus est. Me ipsum interroga: qui miserorum vnus sum. Certe concupiscentia misera: & miserabilis lepra est. Nescis forte quid dicam concupiscentie pestem nesci⁹ infirmitatis ignoras: homo non concupiscens: & in eo supra hominem constitutus. Sed testis meus in celo fidelis mecū asserit quia omnes corrupti sunt et abominabiles facti sunt / non est qui faciat bonū / non est vsq; ad vnum. An tu sis ille: tu videris. Scio enim non esse hunc paulum: qui huius pestis in cursu clamat & ingemiscit. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Scio hūc nō esse illū qui de pectore veritatis sapiētie fluēta potauit cū orbē infectū hac labe intonet dicens. Quocūq; in hoc mūdo sūt cōcupiscentiam oculorū esse: aut carnis aut supbiā vite. Qui ergo hūc amorē nō tēperat / timeat leprā: & cecitatē oculorū que ex ea iminet pertimescat. Si itaq; illi qui non reprimūt cōcupiscentiam malorū vtiq; fontē & fomitē dispēdiū salutē / incurrēt quid erit illis qui eā assētatorū inflāmant stimulis & quasi fomēta vitiorū accēdūt? Quid faciēt: aut potius quid patientur qui a veritate auertūt auditū in ammiratiōe rerū



corruptibiliū: & corruptentiū nō claudāt oculos/man⁹ expandūt
 & oīm sensuū viuacitatē exercēt. Deinde quasi diei nō sufficiat
 malicia sua fallacia vni⁹: alteri⁹ fallaciā trudit. Terentiano siqui
 dem verbo libēti⁹ vtor: dū ad cōcupiscētie fornacē succēdendū
 pueniūt adultores/& relatores: delatores/& detractores: inui
 di: abitiosi: elati: factiosi: & supstitiosi: flagitiosi/officioŕiq; oīm
 p̄uaticatores: quos qa fere vbiq; terrarū sūt: facili⁹ inuenire est q̄
 dinumerare. Aduersus hmōi est oīs lex: in hos oīa iura cōiurāt
 & i eodē q̄si in publice salutis hostes q̄nq; oīs armabit creatura.
 ¶ Quid adulator: assentator: & palpo: & q̄ eis nihil pernitiō
 sius.

Capitulum. III.

Adulator enim omnis virtutis inimicus est: & quasi
 clauum figit in oculo illius cum quo sermonem con
 serit. Eoq; magis cauendus est quo sub amantis spe
 cie nocere non desinit: donec rationis obtundat acu
 men: & modicum id luminis quod adesse videbatur extinguat.
 Ad hec auditorum aures obturat: ne audiāt verum. Quo quid
 possit esse pernitiōsius nō facile dixerim. Scitum est illud leliū
 aut potius ciceronis. Cuius aures clausę sunt veritati/vt verū
 audire nō possit: eius salus desperāda est. Quid vero infidelius
 est q̄ eum cui fidem debeas/circūuenire verborum blanditijs: lu
 dibrio habitus: gestus transfiguratione: & totius vanitatis le
 nocinio excecatur in sordes vitiorū impellere & precipitatio
 nis abyssum. Quid odibilius fraude & dolo: quo sub imagine
 amoris & fidei in simplicem & credulum: & quod detestabili⁹
 est amicum/pfidie & inimicitiarum nequitia exercetur. Hoc
 liquidem genus hominū omnia loquētium ad voluptatem: ad
 veritatem nihil: verba oris eius iniquitas & dolus: qui etiam et
 rantibus amicis ad eorū subuersionem ingeminat euge euge.
 Quos vt pleni⁹ noueris: gnatonem apud comiciū vide: & quid
 de se fateat ausculta. Negat quis: nego: ait: aio. Deniq; iperavi
 egomet mihi omnia assentari. Tota etenim gnatoniconum
 factio/comedia est. Rides: maiore cachinno concutitur. Flet si
 lachrymas sp̄pexit amici: nec dolet. Igniculum si brume temp⁹
 poscas: accipit andromedam: si dixeris estuo: sudat. Vnde vna
 britius inquit. Non sumus ergo pares: melior qui semp & om
 ni Nocte dieq; potest alienum sumere vultum. A facie iactare
 man⁹ laudare parat. Si bñ nuctauit aut si qd fecit amic⁹ Qd p
 ferre palā nō possit lingua modeste. Qd quidē nō modo amico
 sed ne libero hoīe dignā est: cū vera & vnica libertas/in v̄tutis

g iiii

Terentius.

Itō pulcher
 rima 5 adula
 tores. vsq; in
 si. capli.

Terenti⁹ in eu
 nucho. in. ij. sa
 tyra.
 Iuuenalis in
 iij. satyra.

speciē cadat: & turpitudō quos ificit postreme subiiciat seruitu-
 ti. Hystriōne esse vel minū infamiā ingerit his quos a tante
 obiectiōnis opprobrio nature vel persone dignitas videtur ex-
 cepisse. ¶ Porro qui vultum iduit alienū: et varias affectuum
 alternat facies: icolumitati sensuū insidias parat: & sordidas au-
 riculis alienis colligit escas: et si hystriōne/ verbo diffiteatur: eū
 moribus & turpitudine cōfiteatur. Quod assentatoris pprium
 est: q̄ ad alteri⁹ viuit nutū: & anteq̄ suū pferat iudiciū/ de singu-
 lis expectat alienū. ¶ Ceterū palpo qui tamē assentatoris vel
 adulatoris censef nomine/ quoniā ea res multis notaf̄ iudiciis:
 hominū mentes explorat: pretemptat volūtate: vt cui rei volue-
 ris/ sensus accōmodet: vt gratiā illius cum quo agitur fraudulē-
 ter surripiat. Nouit enim de cōcursu sensuum & voluntatum
 vnione quasi riuulos amicitie scaturire. Idē siquidē velle & nol-
 le: vt ait hystoricus ea demū firma amicitia est. Quid ni. Con-
 sentire suis studiis qui crediderit te / fautor vtroq; tuū laudabit
 pollice ludū. Cum vero presenserit voluntatem sic palpat: sic de-
 mulcet tanta suauitatis perungit gratia: vt virtuti somnum in-
 ducat/ & totā moderationis sine qua nunq̄ recte viuitur: formā
 lethei fluminis ifusiōe subuertat. Magnas grates agere thais
 mihi. Iocūdus est enim comicus et aptus: q̄ se nugis nostris fre-
 quenter immisceat: ingentes inquit fuerat siquidem satis: si ma-
 gnas respondisset. ¶ Sed quia adulatoris fraus oīa extendit in
 maius: & de suo aliquid adiicit vnde sibi gratiā cumulet. Ingen-
 tes inquit: sed nec mendacium erubescit. Qui enim sibi persua-
 dere potuit: vt honestatē hominis tāte turpitudinis macula de-
 coloraret quacunq; de causa utiq; persuadebit: vt quod appetit
 faciat: si possit recte. Si nō: quocūq; modo recte. Verum qui suo
 nomine: vt proprie loquamur dicitur adulator: vitia cuiusq; de-
 albat: et ne seipsū videat oculos colloquentis quadā nube vani-
 tatis implet: et aures falsis preconioꝝ titulis reficit. Ait ethic⁹.
 Quid q̄ adulādi gens prudentissima laudat. Sermonē indocti
 faciē deformis amici: & lōgū inualidi collum cenuicibus equat
 Herculis antheram procul a tellure tenentis. Miratur vocem
 augustam: qua deterius nec ille sonat quo mordetur gallino ma-
 rito. ¶ Hoc autē minime videtur mirum: si perditissimi homi-
 nes & quibus hic grauis morbus: & feculentus immundus for-
 didatur ad tātam turpitudinem possunt impelli. Sed hoc poti⁹
 duco! mirabile q̄ populū qui sibi credant habeant/ qui de se ma-
 gis aliene lingue acquiescat q̄ proprio iudicio cōsciētie: dū seip-

Perf^o in. j. sa-
 tyra. Tu vetu-
 le auriculis
 alienis collis-
 sis escas.

Palpo qd est

Salustius
 crispus.

Therē. in eu-
 nuch. j. satyra.

Juuenalis sa-
 tyra. iij.

sum quilibet extra se querit: & nosse dedignatur q̄ sit sibi curta supellex. Nihil est enim quod credere de se non possit: cum laudatur: non modo diis equa potestas: sed quecumq; anima de fermento superbie intumescit.

¶ De cautela adulatorū: & fraude multiplici: & comitibus adulationis & sequela. Caplm. V.

SVnt tñ qui vulgares et adulationes plebias non admittāt: vt qui nolunt vili vnguento oleove corrupto quod omnib⁹ fetet inungi cū amicorū: aut conuiuariū expetūt gratiam. Quid enim turpius est q̄ ad lenocinia hystriōnis trāfigurare vultū: mutare habitū: motum ducere: & non tam videre aliū q̄ seipsum gerere hystriōnem? Quid ineptius q̄ cum alius magno hiatu oris ad te impellēdum vanitatis spiritū proferat si tu aurium vela & latitudinem cordis ad tumore cōcipiendum oppādas? Et quia vidētur ab omnib⁹ facili⁹ hec a plerisq; vanitatis obsequia cōtemnuntur. ¶ Verum tamē illa magis timēda: quia magis pernitiōsa sunt: que quodā cautele velamēto studiosi⁹ occultant: & quasi sub imagine icrepationis aut correctionis alteriusve officii aut virtutis irrepūt. Qd̄ nōnullos dñi beniuolentiā imoderati⁹ captant fecisse reperies. At enī lelius. Nō ille lator legis amicitie: sed suator belli ciuiliis & furoris incensor: qui & ab aliis lentul⁹ appellat. Qd̄ tam lenta tuas tenit patiētia vires Cōquerimur. deerat ne tibi fiducia nostri? Dum mouet hec calid⁹ spirantia corpora sanguis. Et dñi pila valēt fortes torquere lacerti. Degenerem patiere togā regnūq; senatus. Vsq; adeo miserū est ciuili vincere bello? Sic & in comediis seruorum calliditate domini deluduntur premissis increpationibus ratiōes suas infirmari permittūt: & tandē se victos simulant: vt & credulorum senum confirmēt errorem: et de proditiōnis perfidia gratiam aucupentur: magna satagentes industria vt sic semper decipiant: vt nūq; possint argui falsitatis. Eorum namq; veritas mēdacio seruit. ¶ Quicquid aucupes nouitatum rumusculos congerunt eisdemq; curiosorum auribus satisfaciunt: vt hac via compendiosius ad id qd̄ desiderat accedāt? Tēporis quoq; diligentissimi obfuatores sunt ne qd̄ intēpestiue ingerant: sed inter prādendū: aut cū vino quis exhilarat⁹ fuerit: aut cuiuscūq; cōpos voluptatis. Huius cautele meminit maro: cū ad eneam reuocādū sororē a didone missam asserit: q̄ sola viri molles adit⁹ & tēpora norat. Quis aut non rideat cū agaso nō tressis titulorū fascib⁹ purpuratur: & non sine

¶ Aut⁹ est ibi agēdū vbi maius est periculum.

¶ Lelius: Lucan⁹ in primo libro.

De hoc vide ī terētio r plautō per totum.

¶ Virgil. in Ārto eneyd.

Polícratici de Curialiū nugis.

Perfi^o in saty
ra q̄ incipit.
vatiibus. 72.

Mod^o rectus
amicitię car
ptade seu be
niuolentię.

Naso. Quic
quid conabar
dicere versus
erat.
Virgilius.

Catho.

Roman. ii.

Ezechiel. xiiij.

fanna & eachinno audientiū dāma transit in marcā. Pape mar
co spōdēte recusaf. Credere tu nūmos/marco sub indice palles?
Marc^o dixit ita est: assigna marce tabellas. ¶ Est equidē omni
um captāda beniuolētia: que fōs amicitie: & prim^o charitatē p
gress^o est: sed honestate incolumi officiorū studiis virtutis via:
obsequiorū fructu integritate sermonis. Assit & fides dictorū fa
ctorūq; constātia: & veritas que officiorū & bonorum omnium
est fundamētum. Gratia bonorū: sed et omnium si fieri posset vir
tus appetit: sed ad eā dedignatur per sordes accedere. Nobilis
vtiq; res est: & delicata: & que omne qd̄ dedecet aspernat. Om
nis etiā species/que ex seipsa nō lucet ei suspecta est. Nūqd̄ igi
mentitur vt placeat: nūquid bonū dicit malum: & malū bonū?
Nūquid amicitū q parū san^o est instigat vt ampli^o faciat infan
re? ¶ Porro cū ois assētatio turpis sit: perniciosior ē cū ad subor
nandum vitium/psone vel nature vel dignitatis accedit aucto
ritas. Nepe philosophi probabile dicūt: quod videat: vel oibus
vel plurib^o: aut sapiētiorib^o: aut quod in propria facultate artifi
ci. Si ergo sapientiā cuiusq; plato cōmendat: aut socrates aristo
tiles acimē ingenii: cicero dicēdi copiā: mathematice studium
pitagoras: metroꝝ varietates flacc^o/naso facilitatem verificā
di quis ni credat? Subeunt enim citi^o et fortius singulos fomen
ta vitiorū magnis cum subeunt animos auctoribus. His tamē
sui compos animus nō seducitur certus: quia nemo nouit quid
sit in homine pter spiritum hoīs qui in ipō est. Vnde apud vir
giliū: cōpos sui pastor: & sapiētib^o & magnis viris nostri tem
poris doctior ait. Me quoq; dicūt vatem pastores: sed non ego
credul^o illis. Tu quoq; preuiso si palles iprobe nummo. Si facis
in penā q̄qd̄ tibi venit amorū. Licet te tota vicinia modestū
dicat ac pudicū: minime vel iurantibus credas. Memoriter te
ne quod paruil^o didicisti. Plus aliis de te q̄ tu tibi credere noli.
Nō facile dixerim vter sit prior in vitio: q̄ linguā adulationib^o
polluit: aut cui^o cor ex eis se i leticiā resoluit. In hoc enī elatiōis
cecitas/ i illo fraus excecandi damnatur: vbiq; vero damnat^o do
lus: s; & cecitas que a supbia est nūsq; absolut. Esto q̄ adulator
sit negor: iste non min^o contēptibilis est: nec caperef lingue ten
diculis aliene si nō blādiref ipse sibi. Quid itaq; aliū arguit adu
latiōis qui sibimet adulat^o? In quo enī aliū accusat/ seipsū condē
nat. Eadē enī facit q̄ iudicat. Ve inqt dñs qui cōsuunt puluillos
sub oī cubito man^o: et ponūt cervicalia sub capite vniuerse etatē
Vtiq; puluillos cōficiūt q̄ aurib^o parāt insidias: q̄ vana & mollia

pergerunt/quibus sensus demulceat: quod opera commendant hominum ut eos fame preconiis & quaedam suavi iocunditate favoris inducat ad quietem.

Ufus enim puluinaris & cervicalis est mollicies getis. Pulvinar ergo sub omni cubito manus ponitur: quoniam non modo operatio: sed quicquid ei adiacet promedatur. Caput uniuerse etate cervicali supponitur dum quis adulterium ab his in totius vite operibus delectatur. Et alibi. Ipse edificabat parietem: illi autem lineabant eum. Parietem edificat non domum quicquid in idurata mentis vitio prauitatem pergerit operum. Qui in pariete solo hostium facit: quicquid ingrediat foris est. Quicquid in prauitate operis idurata mente conuersatur a sanctorum societate se iungit. Edificatum ergo parietem linunt quicquid prauis operibus alicuius adulanter applaudit. Cum homo sit turpe omnibus adulari: longe turpius est si in precepte auctoritatis aut ordinis viros adulatio cadat. A deo quidem ut sacrorum canonum institutis cautum sit clericos irrefragabiliter deponendos qui noscuntur adulationibus infennire. Recte quidem quia omnis adulatio comites habet dolum et fraudem perditionemque: et notam mendacii: sequelamque et ignominiam fututis: execrationem proximi: & exterminium totius honestatis. An non est talis non modo euiciendus a deo sed a toto fidelium cetero?

¶ Quod adultores multiplicati sunt super numerum/et a preclaris domibus honestos & dissimiles sui expellunt. Cap. VI.

Nec tamen pestis iam intantum domino indignate inualuit/ut si vetum forte fuerit ad perflicium/verior ne modestos & bonos viros possint facilius expellere quam expelli. serpit enim illusio feda & morbus cancerosus in omnes/ut nullus aut rarus sit quem labe ista non maculet. Omnes enim affectant beniuolentiam eorum cum quibus viuunt: quod quidem non modo licitum est sed honestum/utpote omnia que natura virtutum parens & recte viuendi dux optima gignit. Sed dum hac affectionem/moderationis regula deserit ferre in preceptis/discursibusque per omnia agenda & non agenda/per infamiam & bonam famam/fauor/ auceps gratie sollicitator incestus/ut cum amicum blanditiis percorruerit more meretricis fortunam surripiat: extenuet facultates/aliena in se congerat spolia/& suum omnia conuertat ad lucrum. Efficit ergo ut nulla sit ei molesta senilis obsecundatio/nullum indecens videatur obsequium: omnium officiorum personas induit/dum premia omnium fraudulenter preripiat. Qui sunt enim qui vestibus nitentur/qui fastigati incedunt/qui sequipedarum stipantur comitatu/comilitonum & contubernaliu dealbantur obsequio/quod primis salutationibus in foro gloriantur: qui primos recubitus habent in cenis: quorum aures mulcentur fomento prenominum: & quibus nobilium molles referantur auricule/quos

Ezechiel. xiiij.

xlvi. dist. clericus qui.

E

¶ Non honores adulatorum.

fortune gratia alarum suarum remigio ad sublimia subirehít & extollit: & a quibus quelibet magna domus dispositionis sue formulam trahit: & habitum mutuatur? Nempe adultores: qui alienum viuít ad nutum: dum eos fraudulenter emungát. Veritas aspera est: & plerúq; molestiam parit: dum aliquem palpare dedignatur. Verum amaritudo eius vtilior est & integris sensib; gratior: q̄ meretricantis lingue distillans fau?. Meliora sunt siquidem salomone attestante amici verbera: q̄ fraudulenta oscula blandientis. Quid ni? Fides enim semper perfidie antefertur. Non manet fides incolumis: vbi aliud agitur & aliud simulatur presertim animo & voluntate nocendi. Dicitur ení fides (si sequimur stoicos) eo q̄ fiat quod dictū est. Lux mea: salus mea: refugium meū: cor meum: & vita mea: dux inuicte: viuentium sapientissime: omniū largissime & benignissime: viuēdi forma: virtutis speculū: & cetera huiusmodi importune ingesta: nonne plena sunt non tam adulationis vitio q̄ veneno? Sunt enim qui nec scurrantis speciē vitant cum amicitia profitentur. Venena (inquit sapiens) non dantur nisi melle circumlita. Nulleq; occultiores sūt insidie q̄ he que latent in simulatione officii: aut aliquo necessitatis nomine cum obsequium presertas/amicitiam suspicaris: mentiris affectum: insidie sūt. Nec vt est in fabulis quoniam & mendacia poetarum seruiunt veritati. Iuno semelem deceptam in incendium non impulisset si non esset nutricis induta faciem / & mēta affectum. Tibi credis impendi famulatum: extreme & miserrime subiiceris seruituti. Nam cum facilem distillat in aurem exiguū de nature vitiiq; veneno: dispeream ni submoueat omnes qui vera loquuntur. Dedignati assentationis subire notā: limine submouentur: & bene si nō iudicatur inimicus / qui potētis amici voluptatib; etiam turpiorib; non modo contradicit: sed etiam nō cōsentit? Equidem nec cōsensus ad grām sufficit approbare: p̄mendare: applaudere infantiēti necesse est. Cū omnia malefecerit laudandus est quasi re bene gesta: Sicut ení idēptitas voluntatū amoris est iudiciū: sic ex dissēsu / inimicitiarū quisq; re? arguit. Proinde satyric? iquit. Quid faciā rome: mētiri nescio: librū Si malus est nequeo laudare & poscere mot?. Astrorū ignoro: funus p̄mittere patr?. Nec volo nec possū: ranarū viscera nūq; Inspeci / ferre ad nuptā q̄ mittit adulē. Que mādat norūt alii / me nemo ministro Fur erit atq; ideo nulli comes exeo: tāq; Manais & extincte corpus non vtile dextre. Fugio ergo vrbē tantis ob-

Proverb.
xxviiij.

Fides quare
sz km stoicos.

Juuenalis.



scenitatib⁹ plenam: adulatorum veneficio toxicatam: suis adu-
 latoribus dereliquo. Viuāt arturius istic & catulus/maneant q
 nigrum in cādida vertunt. Nec tamē vnius vrbis tantum vitia
 depingi credas/iam totius orbis sunt. Quod ad istud⁹ vrbē ro-
 manā crede. ¶ Memini me audisse romanum pōtificem soli-
 tum deridere libardos: dicens eos pilleum omnibus colloquen-
 tibus facere: eo q̄ in exordio dictionis beniuolentiam captēt: &
 eorum cum quibus agitur capita quodā cōmendatiōis demulce-
 ant oleo. Fili mi (iquit salomon) si te lactauerint peccatores: ne
 acquiescas eis/ipsi enī cōtra sanguinē suū insidiant: & moliant
 fraudes cōtra aīas suas. Prohibe pedē tuū a semitis eorum: pe-
 des enī eorū ad malū currunt & festinant/vt effundāt sanguinē.

Lumbardi in
 pncipio narra-
 tionis captāt
 beniuolentiam
 cōmendantes
 eos quibus lo-
 quūtur.
 ¶ Proverb. j.

¶ Fraudē adulatorū in initio vitandam: et q̄ muneribus / aut
 obsequioꝝ difficultate validissime procedit. Capitulū. VII.

Ecce vir sapientissim⁹ in filio erudiēs vniuersos: assen-
 tatorum gratiā omnibus suspectā reddit. Omnes de-
 terret: & hoc quidē in initio. Eo forte q̄ recte gradien-
 tem primus adulatorum congressus impugnat. Hec
 fortasse meretrix est: cuius indicit fugam. Fumus iquit distillās
 labia meretricis: & nitidius oleo guttur eius: nouissima autem
 eius quasi absintium: amara et acuta quasi gladi⁹ biceps: pedes
 illius descendūt in mortem / & ad inferos gressus eius penetrāt:
 per semitam vite non ambulant: vagi sunt gressus eius et inue-
 stigabiles. Nunc ergo fili audi me: & ne recedas a verbis oris
 mei. Lōge fac ab ea viam tuā: & ne appropiues forib⁹ dom⁹
 ei⁹. ¶ Hec & si ad sectam hereticorū censeant⁹ precipue referē-
 da: ab adulationis fraude non aliena sūt. Si ergo ad fores dom⁹
 eius non licet accedere: nunquid admittenda est in p̄cordia pec-
 toris? Ceterum cum multiplex sit vitium adulandi: aliis vultu/
 aliis verbo: aliis opere vel munere assentantibus: efficacissima
 est adulationis fraus / cum simulationem confirmant munera/
 aut ei difficilius obsequium contestatur. Si aliter credis q̄ te tua
 tempora fallūt. Qui stipe mel sumpta dulcius esse putas. Pro-
 batio siquidem vere dilectionis est sub huius tempestatis cor-
 ruptione frequentatio muneris: ars artium est si placere vis fre-
 quenter dato. Si calidum scis ponere sūmen: scis comitem hor-
 ridulū trita donare lacerna. Alter mercuri⁹ enis ei & si vis am-
 plius es apollo: pheboq; pulchrior & sorore phebi. Nec est quod
 de suffragio ipsius dei desperes: quem munerib⁹ pascis. Alimē-
 ta siquidē vmbatilis gratie & nominis p̄stituti/munuscula sūt

¶ Prover. v.

¶ An Quidi⁹ de
 arte. Munera
 crede mihi ca-
 piunt hoiesq;
 deosq; rē.

Polícratíci de Curialíũ nugis.

Aquilarũ re-
pletarũ natu-
ra: est in dies
xv. vel. xli. ieiunare.

Simulachra
gratiarũ effi-
giebant nuda

Quidius.

Relius.

Job. vii

& nisi fuerint frequētata/amicitiē nomē interimūt. Frustra de muneris q̄titate presumitur nisi animā cupiditatis igne succensam: crebre visitationis refrigerio temperes: & auaritiē iugem esuriem frequenti beneficioꝝ interpolatione demulceas. Agularum dicitur esse natura: vt cū stomachũ pleniori refectione ingurgitauerint: in quātūdecimũ diē vel vt aliis placet: in quādragesimũ suspendūt esuriē: oblatorũ ciborũ copiam asperrantur vna saturitate cōtente. Sane longe alia conditio diuitũ: immo eorũ qui venalem prostituunt gratiam. Magis enim aliquaten⁹ accedunt ad homines qui necesse habēt quia crebro esuriūt crebro refici: vix possūt collectam esuriē in diē quadragesimum protelare quin indignentur amicis si nō auaritiē hiatum oppleuerint. ¶ Solebāt antiquit⁹ gratiarum simulachra effigiari nuda eo q̄ soliditas amicitie & veritas fidei/ sine qua nec gratie quidem nomen subsistit: nullo simulationis fūco valeat obūbrari. Sed iam cū ad homines ventum sit: qui nō amicos/ sed seipsos in singulis amant/ multiplicitatē fūcis vt placeat necessari⁹ est. Apud istos enī gratia: quia gratis nō est: iā nō gratia: lucri mercatorĩ est. Facies siquidē meretricis facta est ei: nec quodcūq; vitium erubescit: dum lucri tendit ad questum. Vet⁹ querela ē sapientis indignum amicitie lugentis occasum. Illud amicitie quondam venerabile nomen? Prostat & in questu pro meretrice sedet. Quod ex eo constat q̄ si cesset vtilitas/ rarus aut null⁹ est qui propter se virtutem amicitie colat. In tot circulis seculorum: in tanto etatũ lapsu: in tanta multitudine & differētia personarum vix (vt ait lelius) tria iueniuntur aut quattuor paria in amore: hoc ipsũ arbiter noster ingemiscit: & si alterius videat induisse personā. Ait enim. Nomen amicitie si quatenus expedit heret. Calculus in tabula mobile ducit opus. Cū fortuna manet vultum seruatis amici. Cum cecidit turpi verticis ora fuga Grex agit in scena nimium pater ille vocat. Filius hic nomen diuitis ille tenet. Mox vbi ridēdas inclusit pagina partes. Vera redit facies dissimulata perit.

¶ De mūdana comedia vel tragedia huius. Caplm. VIII. **E**T quidē eleganti vtitur similitudine: quia fere quicquid in turba prophane multitudinis agit comedie/ q̄ rei geste similius est. Milicia est (inquit) vita hoīs super terram. At si nostra tēpora prophetic⁹ spiritus cōcepisset diceres egregie: quia comedia est vita hoīs super terrā: vbi quisq; sui oblit⁹ psonā exprimit alienā. Sed forte eo pro-

phetie tēdit oraculū vt eos quos nōdū terra absorbit doceat iu-
 giter militare. Nā qui captiui vitiorū ipulſu trahunt ad penā ſi-
 cut bos imoland⁹ ad victimā/ abeūtes poſt cōcupiſcētias ſuas:
 & ſi corpe videant inhabitare ſuperficiē terre: viui tñ abſorpti ſūt
 & deſcēdūt in infernū viuētes. Et ſi aliū orationis ſequimur tro-
 pū terrā vſq; quaq; inhabitāt: quorum cōuerſatio mīme in celis
 eſt: nec ſibi ſciūt aliquid in celo eſſe: et id dūtaxat affectāt aīo qđ
 cernitur ſuper terrā. His quoq; milicia iugis indicit/ quib⁹ vt ad
 fabulas redeam⁹: nec vnda tātali: ticiū vultur: rota hixiōis: belis-
 dū vma: ſaxū ſiſiphi deeſt. Dū voluntas mundo iplicita nequit
 implere ppoſitū qđiu peregrinatur a dño. Iſtorū vita militia/ et
 certe malitia ē. Qđ ſi abhorres: alia iterptatiōe doceber⁹: qđ vi-
 ta hoīs ſuper terrā tēptatio eſt: qđ ſi pprietatem noīs ſequimur:
 mali frequēt⁹ habet notā. In hac vtiq; temptatiōe v' malitia: li-
 cet ſibi ſeptē milia virorum dñs reſeruauerit: fere tot⁹ mūd⁹ ex
 arbitri noſtri ſentētia numerū videſ implere: ad comediā ſuam
 quodā mō reſpiciens: et quod deter⁹ eſt eo vſq; comedie ſue in-
 ſiſtūt: vt in ſe cū op⁹ fuerit redire nō poſſint. Vidi pueros tā diu
 balbucietium vitia imitari: vt poſt modū nec cū vellent recte lo-
 qui potuerūt. Vſus enī (vt ait qđā) dediciſc: et cōſuetudo alteri
 nature aſſiſtit: quā licet expellas furca tñ vſq; recurret. Vnde &
 ethic⁹ provide quidē & vtiliter. Optimā inquit viuēdi pſuetudi-
 nē ab ineūte etate elige/ eā tibi iocundā vſ⁹ efficiet. Magnorū
 p̄ide viroꝝ ſenſ⁹: ſecularis hec expugnat comedia: varia figura
 tēporū actiū qđā varietas eſt. Porro actib⁹ fortune deſuiūt dū
 in eis fortune iocātis lud⁹ ipleſ. Quid ei aliud ē: qđ nouū quēli-
 bet & ignotū nūc āpliffimo iduit potētatu: & i regni ſaſtigiū eri-
 git: nūc aliū purpuratū āteq; natū/ de regni culmie in cathenas
 hoſtiles p̄icit: & ſuituti addictū i miſerias extremas p̄cipitat:
 aut qđ frequēs eſt nō mō tyrānorū: ſed & p̄cipū ſāguie iſimorū
 hoīm: aut etiā viliū ſeruorū: iſames cruētat gladios. Si fortuna
 volet (inqt) fiet de rethore p̄ſul. Si volet hec eadē fiet de cōſule
 rethor. In eoꝝ vita hoīm tragedie qđ comedie videſ ſimilior qđ
 oīz fere triſtis eſt exit⁹. Dū oīa mūdi dulcia q̄ntacūq; fuerit ama-
 reſcūt & extrema gaudiū luct⁹ occupat. Q̄tūlibet i viis ſuis iniq;
 floreāt: & p̄ſperorū p̄curſu inaurētur: eis ad nutū fortuna fuiat:
 ſubuertet in ſine grefſus eorū: & tandē amara erit q̄ſi abſinthiū
 Quare (inqt beat⁹ iob) impii viuunt: ſubleuati ſunt cōfortatiq;
 diuitiis: Semen eorū permanet corā eis/ propinquorum tur-
 ba/ & nepotum in conſpectu eorum. Domus eorum ſecure ſunt

Tropus eſt
 mod⁹ loq̄ndi.

Job. vii.

Juuenalis in
 vii. ſatyra.

Job. xxi.

& pacate: & non est virga dei super illos. Bos eorum cōcepit: & non abortiuit: vacca peperit: & non est priurata fetu suo. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum: & infantes eorū exultant lufibus: tenent tympanū & citharam / & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos: & in puncto ad inferna descēdunt. Quis leticie precedentis exitus potest esse amarior: aut felicitis vic infelicitior finis? Hec est enim via illorum qui in labore hominum non sunt: neq; cum hominibus flagellantur: utiq; deiecit eos cōsiliū domini / dum alleuarētur. Et siquidem hec potius ascribēda sunt omnia q̄ fortune / que ab ipso est: aut quod magis reor omnino nō est. Ait namq; ethicus. Noli fortunam que nō est dicere cecam. Homerus quoq; in illo celeberrime perfectionis opere dedignat⁹ est nosse fortunam: adeo quidem vt in nulla parte tanti carminis nominetur. Maluit enim soli deo quem moypan nominauit vniuersa regenda cōmittere: q̄ vt aliquid ascriberet temeritati fortune: quam utiq; sic constat minime esse deam: sicut certum est dici & pingi cecam. Frustra ergo cecitas eius arguitur: que in natura rerum inueniri non potest. Vnde & casus nunc esse conuincitur: si cum quis improuisum euentum esse diffiniat: cum nihil fiat cui⁹ ortum legitima causa & ratio non precedat: & fidelis concionator nihil in terra doceat fieri sine causa. Veruntamen quia preter intentionem gerentium aliqua / nonnulla contingunt preter opinionem: casus appellatione clauduntur: licet eque disponentis ratione preuisa sint: sicut ea que lege nature necessitatis nexibus videntur artata. Proinde & hec ipsa contingentia primeue omnium cause sic esse constat annexa: vt ad eam omnia referantur: & pro mea opinione hec ipsa ad positionem omnium que sunt / necessario consequatur. Ridebunt forte prudētiores insipientiam meam qui domini esse ad existentiam omnium sequi cōsentio: sed ab effectu causam inferri: vel probabiliter me peripatetici docuerūt. Porro doctores fidei eā ex oibus cām necessario inferūt ex qua oīa / p quā oīa: & in q̄ sūt oīa / & sine q̄ factū est: aut subsistere pōt nihil. Qz ergo aliqd fortune videmur ascribere ei: nequaquā preiudicat. Sed quia nobis ad homines sermo est hominū verbis vtimur: pingui vt prediximus minerva agentes de singulis de nullo subtilem reddentes rationē. Qz si hoc ipsum patienter admittitur: ea que a philosophis gentium publice vtilitatis gratia scripta sunt: audiri non prohibet: quecūq; enim (inquit) scripta sunt / ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam

Homerus.

Moypan.

Fortuna ceca.

supra. lib. ij. c. j

Job. v.

Peripatetici.

Roma. xv.

& cōsolationem scripturarum spem habeamus: dum enim pax abest filiis adam qui ad laborē nati sunt: parati ad flagella: concepti in peccatis: editi in labore: nō tā eūtes q̄ currētes in mortē qua nihil tristius est: necessaria est patiētia: utilis cōsolatio que de oleo leticie in consciētia: & de immēsitate clementie dei predestinatos ad vitam /spe futurorum fouet & roborat. O custos hoīm (iq̄t) beatus iob humani generis calamitates in se exprimes. Quare posuisti me cōtrariū tibi: & factus sū mihi metip̄si grauis? Nemo siquidem est qui exigētibus culpis in seipso non inueniat causas materiāq; doloris: cū ipsius testimonio philosophie vniciq; contingat adesse quod nollet: vel abesse quod vellet. Vnde & fidelis anima: cui vere beatitudinis gaudia differuntur: cū inferiori irriguo irriguū superius petit. Vt ergo gentilium figmētis pium accōmodem⁹ auditum: rerū omniū tragicus finis est: aut si nomē comedie gratiosius est. Non duco cōtentionis finem dū constet inter nos quod fere tot⁹ mūdus iuxta petronium exerceat hystriōnem. Quod & quidam tēporis nostri scriptor egregius infidelīū tamē verbis eleganter exp̄ssit Ridiculos hominū versat fors ceca labores. Cecula nostra ioc⁹ ludibriūm; deis. Huius itaq; tam immēse tam mirabilis & inenarrabilis tragedie vel comedie theatrum quo peragi possit ei mirabiliter coequatur. Tāta est area eius q̄ntus & orbis. Difficilimum est vt quisq; admittatur exclusus vel emittatur inclusus: dū carnis gerit luteū indumētū. Eā qppe tāta subtilitate necesse est exui: vt p̄ foramen acus possit sine omī attritiōe trāfiri. Alioq; integer nemo egredit⁹: forte ideo quia capacē hāc areā stix nouies interfusa coerceat. Vidi (iq̄uit) ecclesiastes cuncta sub sole: & ecce statim oīa vanitas eo q̄ oīa q̄ a solido veritatis statu recedūt vanitati que nostrā comediam deceat subiecta sūt. Vanitati enī subiecta est creatura nō volens. Licet autem nouem orbibus siue globis potius sedium nostrarū habitatio tota claudatur: omnib⁹ tamē quandoq; egrediendū est: omnesq; caron ille inexorabilis / vetusta sui tēporis nauē traiciet. Omib⁹ quoq; succedēt alii: & sic transiēs homo manet in specie / quēadmodū aqua pretereunte / notus amnis manet in flumine: vbi sunt (inq̄uit) viri potētes ab initio sciētes bellū: aut qui in aubus celi ludent: & thesaurisunt sibi aurum in quo confidunt homines: iungentes agrum agro & domum domui vsq; ad terminos loci: & non est finis possessionis eorum. Statimq; subiecit: quod vsu & assiduitate iam omnibus persuasum est. Hi ad inferos descen-

Filius adam.

Patiētia in omnibus est necessaria.

Job. vii.

Tragedia qd est.
Comedia qd est.

Petronius.



Ecclesiastes. i.

Baruth. iij.

denunt: & alii in locum eorum successerunt. Veruntamen bene cum egrediētibus agitur: qui non ab hoc fortune ludo transferūtur eitiendi in tenebras exteriores vbi erit fletus & stridor dentium: & qui ab aquis niuium quas sanctus iob cōmemorat ad calorem nimium minime transeunt. Bene cum illis agitur qui suos expectāt elysios quos p̄ntia sua iustitie sol verus illustrat. Sed quod est quod elysios cāpos a mutabiliū rerū septis verbis excludo? Certe p̄ parte inclusi sunt/patētes in latitudine bonarū mētium quibus a patre luminū datū est: vt in noticia & amore boni toto sui agitati versent. Vñ ethicus inq̄to extra se ineptā beatitudinē inq̄rētī. Quid queris vbiq̄ est. Est vlubris animus si te nō deficit equus.

¶ Quid mundus suos habet elysios: & eadē fides est nostri tēporis & precedentium patrum: & virtutis cultores inspectores sunt theatri huius: & de virtute quā adepti fideles ex fide & vmbra qua nō omnino caruerunt fideles. Capitulum IX.

Virtus quod est

Vndus igitur suos habet elysios: solēque suū: & sua sydera nouit. Virtus siquidem solaris quidam radius est: a fonte claritatis omnibus datus in usum: & qui omnia que attingit claritate sui facit eximia. Inde est quod etiam illi quos huius radii venustas/quali repussa specie sui/ videatur affluisse: statim in subiectorum conspectu clarescunt/ fiuntque quodammodo virtutis titulo gloriosi. Absit enim vt quisque vere sit gloriosus nisi quod in domino gloriae. Non enim quod seipsum aut quem homo cōmēdat/ ille probatus est: sed quem deus cōmēdat. Quid vtiq̄ vera & sola virtus mereatur: non quāntacūque virtutis imago: hanc autē esse arbitror quicquid in moribus egregium/ de nature beneficio: & exercitio mentis/ citra gratiam/ philosophi sibi repromittunt: eoque ipso euanescunt in cogitationibus suis de libero confisi arbitrio: & dicentes se esse sapientes stulti facti sunt: stultiq̄ apparuerunt. Vnde ethicus: satis est orare iouem qui donat & aufert: det vitam: det opes animum mihi ego ipse parabo. Alius quoque. Nullum numen abest: si sit prudentia: sed nos te facimus fortuna deam celoque locamus. Catho quoque licet verum nō agnouisset deū/ gentiumque superstitionibus aberraret: in libia tamen/ iouis quem colebat cōtempnit oracula: se ad ea que sibi gerenda erant sufficere arbitratus. Et quidem etiam ipsa imago virtutis suam quādam habet venustatis decorisque claritatem: vt quicquid in ea cernitur: eius merito venustum credatur & decorum. Non tamen vsquequaque decorum est quod in tenebris ignorantie obscuratur: nec potest quisque clarescere nisi in fide illius qui lux vera est & illuminat omnes

Job. xliij.

Elysios. capi sunt de quibus Virgilius ait. Quis elysios miret grecia cāpos. et vide J. li. viij. c. xxv

Roma. f.

De cathone qui contempsit iouis oracula.

Johan. f.

fiem hominem venientem in hunc mundum. Ex quo patet q̄
nisi in veri dei noticia & cultur: vera virtus esse non possit quod
& visio ezechielis non tacuit. Quia eorum qui precedebant: &
sequebantur christum: eandem confessionē esse asseruit. San-
ctorum quippe veteris & noui testamenti in eo distinguitur fi-
des: q̄ isti iam sibi gaudent impleta que illi expectabant & desi-
derabant implenda. Sit ergo venerabilis imago virtutis: dum
sine fide & dilectione substantia virtutis esse non possit. Et vti-
nam inueniatur in nobis q̄ vel virtutis imaginē teneat. Quis
enim virtutem amplectitur ip̄am? Quis etiam umbras virtutis
induit quibus videmus floruisse gentiles licet eis subtra-
cto christo/ vere beatitudinis nō apprehenderint factū? Quis
temistodis diligentiam / frontonis grauitatem / cotinentiam
socratis/ fabricii fidem/ innocētiā nume / pudicitiam scipionis/
longanimitatem vlixis/ cathonis parcitatē/ tyti pietatem imi-
tatur? Quis non cum admiratione veneratur? Probitas liqui-
dem laudatur & alget. Porro predicti & consimiles magni qdē
& laudabiles viri: quasi quedam seculorū suorū sydera splendue-
runt illustrantes tēpora sua: preambuli coetaneorū suorū in id
iustitie & veritatis quod dispositione diuina illuxerat eis. Sic
quoq̄ in successione fidelis populi nūq̄ humano generi ad no-
ctis sue tenebras/ cecitatisq̄ molestias depellēdas: sua sydera de-
fuerunt: viri quidem virtutis titulo nobiles: magnorūq̄ operū
fulgentes insignibus quorū exēplis ad cultū iustitie semper alii
prouehātur. Nōne abel innocentiā docuit: enoch mūditiā actio-
nis? Quid de lōganimitate spei & operis nō habuit noe? Quid
de obedientia fideliter implēda defuit abrahe? ysaac cōiugii ca-
stimoniam instruit: & iacob laboris tolerantiam ostēdit. Ioseph fra-
tridas fr̄es boni retributione remunerat eorūq̄ docet a bonis bo-
na p̄ malis tribuenda. In multis milib⁹/ increduli idurati & dñi
semp̄ exacerbātis populi/ moyli māsuētudo ostēdit: & iminē-
tib⁹ aduersis cōfidētis ioseph magnanimitas declaraf. Iob patiē-
tie indicit exēplū & preambul⁹ gr̄e baptista saluator / dū p̄nāz
predicat & vitis indicit fugā/ confessionē erigit veritatis/ & ad
inreptionē iniurie & p̄dēnationē iniquitatis/ oim̄ fidelium liguas
exacuit. Quid noui testamēti referā p̄res/ quorū exēpla sūt disci-
plina morū/ & rectissima instituta viuēdi? Hi qdē sunt in septē
milib⁹ viroꝝ: quos sibi dñs reseruauit: vt nō curuarēt genua sua
aā baal: aut cuiusq̄ vanitati p̄stituāt aīas p̄ciosas. Hi sūt q̄ inter
insensatos habent̄ insani: q̄a aliene insanie nolūt esse p̄ticipes/

h ii

¶ Hō singula
res virtutes
antiquorum
gentilium.

¶ Iuuenalis in
satyra.

¶ Hō singula
res virtutes
patrū veteris
testamenti.

¶ Cōmendatio-
nes & retribu-
tiones patrū
nouī testamen-
ti.

& finem sine honore creduntur habituri: quia dignitatē nature mūdani hystriōnis habitu polluere dedignātur. ¶ Hi sūt forte qui de alto virtutum culmine theatrū mundi despiciunt: ludūq; fortune cōtemnentes: nullis illecebris impellunt ad vanitates et insanias falsas. Hi iam in suis gaudēt elyfiis: ad vtilitatē suā vidēt plurima/ & ad eā omnia visa retorquent. Cū enim fidelis anima exaltatur a terra: tunc demū oīa trahit ad seipsā. Spectant istī comediā mūdā cū eo qui desup astat vt hoīes actusq; eorum & volūtates indefinenter prospiciat. Cū enī omnes exerceant hystriōnem aliquem necesse est esse spectatorem. Nec queratur aliquis/ motus suos ab aliquo nō videri cum in conspectu dei agat angelorūq; ei? paucorumq; sapientum/ qui & ipsi ludorum istorū circēsiū spectatores sūt. Erubescat potius si quis in tanta luce indecēter moueatur & se totum exercitatione inimica deuenustet.

Ludi circēses

¶ Qz sibi persone coaptātur et depreciant dissociate. & de cleopatra Augusto/ & scipione/ & q romani dediti sunt vanitati/ & quis finis adulatoris.

Capitulum. X.

Ceterum in hoc fortune ludibrio persone sibi inuicem coaptātur: & si altrinsecus diuertāt totius actus facies imutat: vt si glicerium tollas aut pamphilū. Sublato enim alterutro nomen alteri? perit: & si cū amātibz suspiciosum senē tollas: nullus est aut inutilis omnino dauus. Hinc est illud. Fortis in armis cesareis labienus erat nunc transfuga vilis: cum duce priuato terras atq; equora lustrat. Si enī personas que sibi assueuerūt sibiq; faciūt decretū fortune dissocias: fit plerumq; vt vtraq; ad omnia agenda sua videat inepta et quasi exclusa ratiōe officii depreciaf. Fracta sūt lenocinia cleopatre: ex quo nec iuliū iuenit nec anthoniū. Equidem orbis victorem cesarē donis flexit: & inuicti viri insuperabilē animū meretrici? decor & prostituta facies superauit. Vnde lenocinii eius sollicitudinē poeta exprimēs adiecit: vult? adest precib? faciesq; incesta perorat. ¶ Cū vero iulius reb? humanis exempt? esset/ que romani imperatoris fuerat coniugio gloriata: principis romanorū: ausa est affectare seruitutē/ nec frustra/ cū ad omnia paratum inuenisset anthoniū: putabat enī ad cesareā gloriā sibi nihil de fore/ si lectū eius ascēderet: qui successor rerū pōpei: & vt simulabat iuris cesarei: magis de temeritate fortune q̄ de virtutis conscientia confidebat. Porro cum ad sollicitandū augustum muliebris impudicitie audacia accessisset spe sua fru

Glicerium. Pamphilū.

Lucanus.

Cleopatra superauit cesarē victorē orbis.

Lucan? in. x.

Cleopatra superauit anthoniū.

Cleopatra nō potuit superare octouianū.

strata/amorem honestatis reputavit iniuriam: castitati nomen dedit superbie / bellūq; credidit indicēdum ei quem iulio cesare experta fuerat fortiorē. Omnes nocendi artes experta est tandemq; capta et prouoluta ad pedes augusti etiā tūc sollicitauit oculos ducis. Sed frustra quidem. Nā pulchritudo eius infra pudicitiam principis fuit. Quod vbi desperata se ad triumphum victoris prenouit seruari incautiorē nacta custodiā egressa se in mausoleū recepit: ibiq; nobilissimis ex more iduta cultib; odoribus cōquisitis: solioq; diuitiis vsq; quaq; referto / se iuxta suum collocauit anthoniū: & māmillis venisq; suis apponēs aspides sic morte quasi somno resoluta est. Psilli siquidem augusti mandato adhibiti: qui maliciā veneni solēt linguis educere eo q; ferro vocati essent opem ferre non valuerūt. Digna quidē sic perire meretrix venenosa nacta mores corrūpere / nobiliūq; virorū pudicitia expugnare. Profecto antea regib; iperauerat postmodū misera: nec miserabilis sibi forte tragicū sed romano iperio qd subuertere moliebat finē comicū fecit. Inter cetera clarioribus augusti titulis cōnumerat q; in tāte pestis pgressu māsit inuict;. Verūtī in scipione affricano aliqd nō inferi; inuenit: qui post singularē de hanibale victoriam singularis continentie in signe preconiu meruit. Hanibal nāq; romanorū cecidit exercitum vsq; ad hostium satietatem: et donec preciperet militi suo vt vel ferro parceret. De cesorum cadaueribus in torrēte vergello pons solidus factus est victoris iussu. Duo modii anulorum cartaginem missi sunt: vnde martem suam libie presidē aureo clipeo ob insignem victoriam honoraret. Effetq; pculdubio tūc roma diem vltimum habitura: si hanibal quēadmodum vince re sic & victoria vti sciret. In vindictā istorū a senatu missus est scipio affricanus: qui a pireneis mōtib; ad columnas herculis & oceanū vsq; tanta felicitate puinciam recuperauit amissam vt vix sciatur citius an facilius vicerit. Qui etiā captiuos pueros & puellas egregie pulchritudinis restituit barbaris: nec in conspectum suum eorum quēpiā venire passus est: ne quid de virginitatis integritate saltem oculis delibasse videretur. ¶ Quaaliter ei hanibal cesserit et manifestam victoriam / nota in pupipretori laurus polliceretur: scriptor belli punici titus liuius refert. ¶ Ceterum in tanti triumphi gloria quid illo ciue modestius / qui in tanto successu se nec dominum nec victorem ab aliquo / nisi ab hanibale / paucisq; complicitibus / qui equas conditiones pacis rupto federe / fraudulēter abiecerāt / pass; est salutari;

Mors deopatre.

Interfectio victorie hānibalis iuxta cauernas. Clipeū aureū factū marti libie p̄sidi ob insignē victoriā

Pirenei montes. Columne herculis.

Id est virū nulla inani gloria cupidum.

Polícratici de Curialiū nugis.

Eos quoq; qui castigati/ nō obtēperabāt prohibentis imperio/
 quasi adulationis reos & publice salutis hostes/ ab exercitu ex-
 terminari iussit/ cum tamē gens eneādū hanc mollicie aurium
 nōdum exuerint quin adulationib⁹ delectent. Cum vero ab ini-
 tio grauissimi fuerint in quo troiane lenitatis originē precipue
 diffitent eos hoc vitio cōtinue laborasse hystorianū celebre te-
 stimoniū est. Inde est illud. Roman⁹ omnis aut adulatione cor-
 rūpitur: aut corrūpit. Certe si non verbis: possunt om̄s fraudulē-
 tis munerib⁹ expugnari. Et quos munuscula nō deiiciunt: hono-
 ribus capiūt. Urbis auspiciā sacrilegio patricidii et fratrum san-
 guinis cruore numinibus suis/ romulus consecrauit. Deinde les-
 muribus infestatus honore vano/ simulata cōicatione imperii/
 fratrem placauit occisū: suos quoq; imperatores quos de more
 romanus populus fideliter iugulabat: deificauit fidelius inani
 solatio perfidiā pretextēs manifestā perinde ac si sorbiciunculas
 ei quē perimerat ministraret: eosq; mentiebant in sorte trāsisse
 numinū ac si celo suo mūdoq; regendo/ nisi tyrānis ascitis/ oīpo-
 tentis nō sufficiat manus. ¶ Facti sūt ergo diui indigetes/ aut
 (vt aliis placet) heroes: quos nec etiā hūana sorte dignos roma-
 norū perfidia reputauit. Tractū est hinc nomē/ quo principes/
 virtutū titulis et vere fidei luce presignes se diuos audeant: ne-
 dum gaudeant appellari/ veteri quidē consuetudine etiā in vi-
 tio et aduersus fidem catholicā obtinente. Si vero veniatur ad
 verba in eo iā roman⁹ grecorū perfidiam antecedit: qui eo vsq;
 adulandi lenocinia docuit: vt a docili populo facillime trāseāt
 ad voces quib⁹ mentimur dñis dum eorum singularitatē hono-
 re multitudinis decoramus natio hec inuenit: et ad finitimos
 posterorū sui nominis auctoritate trāsmissit. Si quando queris/
 illud tibi tēpus occurrat quo gaius cesar exuens nescio an perfi-
 cians dictatorem: om̄ia factus/ omnia occupauit. Illius certe tē-
 poris mihi sepe occurrit imago cū ad potentioris nutum subie-
 ctorum om̄ia tam res q̄ vota disponātur: & licet animo reluctā-
 te/ in seipsos parati sunt exilii aut mortis dictare sententiam.
 Hinc quippe potestas terribilis. Hinc argentis & vrentis con-
 scientie stimuli/ meticulosa corda cōcutiūt/ & precipuā in om̄i-
 bus sibi vēdicāt auctoritatē. A deo quidem vt sacerdotes legis
 diuine precepta dissimulēt: sapientiā nesciant seniores: iuris sit
 iudex ignar⁹/ platus auctoritatis nescius: discipline subiectus/ li-
 bertatē cōtēnat ingenu⁹: totus deniq; populus quietē & pacem.
 Dū enī oēs vni⁹ presidētis voluntate ferūtur: vniuersi & singuli

Contra roma-
nos.

ff. de re. diui. l. j

Romani q̄re
r qualiter ve-
cauerunt se
diuos.

Gaius cesar.

Oīa bona sin-
gulariter per-
dūtur propter
tyrānidem.

suo priuatur arbitrio. Nōne hec erat facies tēporis qñ sedere pa-
 tres cēdere parati. Si regnū: si templa petat iugulūq; senat⁹ pas-
 surasq; infanda nurus. Eoq; solo bene cū ciuibus actū est q; cesar
 plura iubere erubuit q̄ roma pati. Nōne tyranni opinio ad tyrā-
 nidis transit successores dū suspicātur q; leges a se malint tolli
 q̄ ab humilibus obseruari? In eo libertatis seruatur umbra/ si se
 quisq; qd̄ precipit simulat voluisse/ facitq; immoq; videt̄ facere
 de necessitate virtutē: dū necessitati iūgit cōsensum: & qd̄ incū-
 bit gratāter amplectitur. Hic porro nulle sunt ptes vere/ aut in-
 genue libertatis: vbi adulatio totum sibi vēdicat: vanitas totū:
 nihilq; veritati relinquit̄ aut virtuti. Adulationē vero sine do-
 lo esse nō dubites: cū in adulatorū persona de se cōfiteat̄ gnato:
 quia cū maxime decipio tūc triumpho. Sicut enī finis oratoris
 est persuasisse dictione/ medici curasse medicina: sic adulatoris
 finis est suauiloquio decepisse. Nam & fistula dulce canit volu-
 crem dū decipit auceps: & venena ppinatur melle circūlita quo
 citi⁹ noceat. Verū nō est in medico semper releuetur vt eger: &
 finem suum qui in altero est orator non semper assequitur. Sic
 adulator quidem nō semper decipit aut de amico triumphat: si
 ne tamen suo nō destituitur/ si ex cōtingentibus nihil omiserit.
 Nec enī vlixes sirenū voces euasit: q; ei aliquid suauitatis deef-
 set ad gratiā. Sed quia stimulis voluptatis & meretricantibus
 illecebris vanitatis solide virtutis opposuerat robur. Tentator
 quoq; phariseus & herodianus insidiator/ quas fraudis sue non
 adhibuit artes: vt eum caperet in sermone lingua dolosa in cu-
 ius ore nō est inuētus dolus? Magister (inquit) scimus quia ve-
 rax es: & viam dei in veritate doces/ & non est tibi cura de ali-
 quo: neq; enī accipis personā hominum. Quid queso blādus?
 Sed dolus quo tendat/ inuidia quo feratur: subiecta interroga-
 tio patefecit. Sequitur enim. Licet census dari cesari an non?
 Ecce laqueus paratur pedibus innocētis/ & ad subuersionē ei⁹/
 decipulas suas frustra tetendit iniquitas. Si enim census dān-
 dum esse censuerit peculiarem populum dei/ semen liberum:
 preclaram hereditatem domini decimis & primitiis/ & legali-
 bus cerimoniais tantum obnoxiam/ gentili subiiciet seruituti.
 Si vero tributa neganda respondet̄ his qui pro salute & quie-
 te omnium militabant quasi seditionis auctor & reus impera-
 torie maiestatis/ a publicanis iuste poterit comprehēdi. ¶ Ve-
 rum quia frustra iacitur rethe ante oculos pennatorū: toti⁹ co-
 lumne laquei dissoluuntur: dū prolato nūmismate census/ suam

Lucanus.

Catho.

Alixes in quo
pualuit cōtra
voces syrenū.Matth. xxij.
Marci. xij.
Luce. xx.

Proverb. j.

Polícratici de Curialiū nugis.

cuq; censuit restituendam esse imaginem: & ita que cesaris sūt cesari restituenda: vt suo iure deus non defraudetur. Equidem non omnibus datum est vt blanditiarum laqueos sic euadant cum eos alius non preuideat: alius etiam preuisos nequeat declinare. Vnum tamen certum est illis qui huic vitio dediti sunt non magis placere virtutem: q̄ illos bene olere qui in culina habitant.

¶ De munusculariis & promissariis: & q̄ promittere non expedit ad virtutem. Capitulum. XI.

Nota cautos adulationis, fraudulente modos.



Neo autem adulatorie vis magna consistit: si omis-
sis propriis aliena commoda curare videaris: de tuo
nunq̄ aut raro semper aut sepe loquens de illi⁹ quem
auciparis emolumento. Preterea manum contine:
ne siquid etiam inuito ingeratur accipias: dum influat iordanis
in os eius: qui dum omnia cupit sibi quoq; omnia de iure putat
competere. Esuriens gula insatiabilium quorundam anima-
lium: donec satietur cōmunē aliis inuidet cibum: & in quo alio-
rum subuenitur inopie se fraudē perpeti suspicatur: sic fortuna-
tus sibi interdum subtrahi putat quicquid quocūq; titulo confer-
tur in aliud teste crasso / qui (vt dicitur) milite dissimulante eo q̄
solus aut pre ceteris apud partos aurum sitierat: aurum bibit.
Ingurtha quoq; sepe romanum exarmauit & fregit exercitum /
ipsum quoq; vrbis concussit maiestatem: nunc dans plura / pro-
mittens interdum pluriora. Sed hoc liberum est his & sepe cō-
ducit qui aliqua donare consueuerunt. Alioquin promissio gra-
tie cōciliande non proficit: sed quasi deceptio fraudulenta illam
que esse videtur plerūq; extinguit: tanto quidem validius quo-
cum prudētiori & grauiori viro negocium geritur. Simplicitas
nāq; circumuenientium insidiis latius patet: & facilius supplan-
tatur. Vnde ille qui non vrbem: sed orbē lasciuis impleuit amo-
ribus sollicitatorem puellarum & impudicū instruens amatorē
ait. Promittas facito: quid enim promittere ledit? Pollicitis di-
ues quilibet esse potest. At philosophus nunq̄ aut rarissime &
hoc ex iusta causa asserit cōducibile. Si enī promissionis imple-
de facultas non suppetit: temerarium est promittere quod pre-
stare nō potes. Si vero potestas affuerit largiendi nisi voluntas
beneficii producat effectum promissor non gratiam de promiss-
so: sed de mendacio contrahit maculam. Q̄ si ex intervallo pro-
missi fidem impleuerit / liberalitatis decor & beneficii species
ipsa fuscatur / eo q̄ qui distulit interim visus est noluisse. Vnde

Crassus aurū sitiens aurum bibit.

¶ Promissionō psueti donare facta prudētī modicū curat et prodest.

Quidius de arte. Hō doctrinā philosophicā in pmittēdo.

verificator egregius. Denigrat meritū dantis mora nam data raptim Munera plus laudis plusq; favoris habent. Preterea quis de futuro certus est vt sciat se quandoq; implere posse quod differt? Nonne consiliarius veritatis: assertor fidei: vas electionis (doctorem gentium loquor) fidelium animos quos aduēt? sui expectatione suspenderit frustraui a desiderio suo? Quid aliud agit illa ipsius excusatio qua apud se est & non fuisse: sed est tantum cōmemorat: & se leuitatenon vsum protestatur: si non potuit ille domino impediēte quod voluit: hoc etenim voluit quod pmissit. Quis sapiens secure quod ex facilitate nature pēdet promittit cū leniter possit ex causis q̄ plurimis impediri? Ad hec ex iusta causa potest interdū mutare quilibet voluntatem. Dignus etenī beneficio pro tēpore videtur aliquis qui processu rerū eodem reperitur indignus: & interdū indignus est q̄ ad frugem melioris vite conuersus beneficiū meritis etiā a manu extranea (vt vulgo dici solet) extorquet. In his mutare ppositum sepe non criminis est sed virtutis. Nam vt a fabulis doceamur theseus vnico filio suo non fuisset orbatus: si voluisset mutare propositū. Et phebuis vrgēte doloris stimulo quem de phetontis ruina conceperat: exul a celi regione admeti non parauisset armēta si ei votū quo se stigis interposito sacramēto filio ambizioso obligauerat mutare licuisset. Et ne fabularū instrumenta contemnas: rex incredulus (quod ex euangelica habes historia) salubrius incautū & perfidū soluiisset iuramētum: q̄ in extingueda lucerna mūdi auferēdo preambulū gratie veritatis occidēdo preconē mensā pollueret: cōiuiuiū incestaret: regiā pefundaret maiestātē: dū incestui cūcta seruiunt & optēperant salatrici. Ethice quidē regula est: ga nō oīa sūt semp pmissa soluēda: si forte aut accepturo damnosa: aut pnciiosa sint promittēti. Et lex amicitie illa pualuit qua sola honesta peti licet ab amicis aut fieri. Ipsosq; iure cautū est / vt nulla pmissio turpē q̄ aut tristē habet exitū impleatur. Postremo antecedēs pmissio cōsequētis beneficii gratiā aut extinguit aut minuit. Et sicut iacula que preuidētur feriūt min⁹ & q̄ omnino nō p̄cauētur magis ledunt: ita & in beneficiis quod ex promissione conceptum est minus accipitur: & quod ex insperato puenit: gratius acceptatur. Licet etenim nuda pmissio apud iuris (vt dicitur) peritos non pariat actionē: promissor omnis apud veritatem (vt dici solet) pollicem fixit: & iure ciuili cessante / fidei naturaliter obligatur. Sed quis actor durius aget q̄ fides si ipsa ceperit excusare? Si

Versus ouidijs

Actuū. xxvij.

These⁹ q̄ pp̄t
pseuerationē
ppositi amisit
filiū ypolitū.
Phebus ami
sit filiū phetō
ta: quia noluit
mutare iura
mentum.
Herodes pp̄t
illicitum iura
mētū seruādū
decollari fecit
iohannem bap
tistam.

Vulnera ipro
uisa magis nocent.

l. iuriscgentiū.
§. q̄nimo. ff. de
pac.

Polícraticí de Curialiū nugis.

Juuenalis sa-
tyra. xij.

ps. cxviij.

ps. cxviij.

agit conscientia: quis absoluet? Certe exemplo quodcūq; ma-
le cōmittitur ipsi displicet actori. Prima est hec vltio q̄ se iudice
nemo nocens absolvitur. Si vero ipsa iustificat quis condem-
net? proculdubio qui in illo timetur articulo dominus est: vbi &
dies contemnitur humanus: & conscientia quid obloquatur non
inuenit. Si vero animam accusant opera & illi conscientia tes-
tis assistit: & causam veritas examinat equitatis: quid queso
pretor in ream obnoxiamq; mendacio grauius vindicabit?
Sane pretor & si viua vox iuris esse dicatur sententiam eius
plerūq; retractat. Sed veritatis sentētia manet irretractabilis:
qa iustitia eius iustitia in eternū: & lex eius equitas. Ecōtra in pre-
torio: sepe summum ius in summa iniuria est. Quisquis ergo
promittit debitor est: & veritatis urgente sententia/sponsoris
cōpellitur fidem adimplere. Porro quod necessitas extorquet
gratiam minuit. Vnde illud philosophicū quod premisi. Pro-
mittere ne festines: ne cum volueris non possis/aut nolis ex ius-
ta causa cum possis: aut cum effeceris gratiam perdas aut mi-
nuas eo q̄ te ante illaqueaueras in verbo oris tui. Fit tamen vt
non modo licitum sit promittere: sed & cōducibile: & vt aliorū
ad presens taceantur exempla/paraclitum christus ipse disci-
pulis & promisit & misit: eisdemq; quid futurum esset illis qui
omnia pro eo reliquerant interrogantibus sedes in regenera-
tione promisit & iudiciariam quam cum eo habituri sunt pote-
statem. Ex quibus cōstat: q̄ causa propositum opusq; cōmedat
vt liqueat ex his quia nō necesse est philosophi regulā vitari.

¶ De rationalibus & secretariis diuitem: & q̄ amicitia non
nisi in bonis est: & q̄ diues familiarem potius exprimat q̄ ami-
cū: & licet familiaritas diuitū utilis videatur/sepissime peri-
culosa est. & q̄ innocēter viuendū est. Capitulum XII.

Sed si non modo pmissores sed minuscularios in gra-
tia illius quam captas antecedere pergis: te ratio-
nis eius immisces: sumptibus parcas: eo q̄ secretorū
consci⁹ qui oculis parcat diligēti patrifamilias displi-
cere nō potest. Grata sūt vitia eius q̄ deformitatē morū sūptuū
parcitate cōpensat. Optimū (vt ait cicero) si nescis vectigal par-
cimonia est. Tenuis parc⁹ implet facile: & facillime exinanit
prodigus diues. Archa sane capacissima fundū habet: & breui
exitu congestarum aquarum quātalibet copia defluit/ fontisq;
abūdantia tollitur: scaturientis vene fecunditate sublata. Exili
pluriūq; meatu inclusum egerit vna liquorē. Sic minutissim⁹

Cicero.

dum frequentib⁹ & cōtinuis sumptibus amplissime exhauriunt opes: & breuiū subtractiōe minutiarum m̄xima hereditas expilatur: nisi forte prodig⁹ pecuniam inueniat rediuiam. Est luxus populator opū: cui semper adherens. Infelix humili gressu comitatur egestas. Illis ergo parcēdum est quorum necessarius imminet vsus: & aliquid adiutiēdum est quātitati/que iugi partium deductiōe decrescit. Et licet vsu defluāt vnciole patrimonii gratū est diligenti patrifamilias vt vel ratiocinii calculo teneant⁹: peritq; dupliciter quod elabif nescienti. Ad heclucris bonus est odor ex re qualibet illa tuo sententia semper in ore versetur diis atq; ipso ioue digna poete: vnde habeat querit nemo: s; oportet habere. In his quidem versari est artioris gratie sumib⁹ vincire diuitem: licet versibilitate igenii lubricum prothea vincat. Aut si veritatis deficit gratia: vel vltioris familiaritatis exhibitio pstat. ¶ Ceterū licet vtrūq; non possis assequi: & rerū priuatarum participationē: & calculi cautiones/ te secretisingere quauis arte. An nescis q; qui pergunt ipsis imperatoribus imperare/ scire volunt secreta domus atq; inde timeri? Et quostudiosius occultantur eo sunt diligentius perscrutanda. Nempe/ carus erit verri qui verrem tēpore quo vult accusare potest. Si tamen inter malos charitas aut amicitia esse potest. Hoc et enim quesitum est: sed tādē placuit eam nisi in bonis esse nō posse. Magna utiq; inter molles & malos cōcordia: sed ea tātū a charitate discedit q̄tum lux distat a tenebris: & licet interdum mali sicut & boni idem velle vel idem nolle possint/ amicitie tamen titulum non assequuntur. Vnde et crispo hystoricorum inter latinos potissimo: sed et ipsi ciceroni placuit in malis factionem esse quod in viris bonis vera amicitia est. Sed quis vitios⁹ prepediente malicia amicus esse non possit: & si non venerabilis/ verendus tamen erit: qui conscientia secretorum conscio terrore potest incutere. Scitū est illud ethici: quia nil tibi se debere putat nil conferet inquā: quia te participem secreti fecit honesti ¶ Hoc quoq; iam pridem venit in dubium an quemq; diuitem et potentum amare contingat tandemq; receptum est eosdem nunq; amare vel raro: et in eis precipue causis in quibus se poti⁹ q̄ alios amare videantur: contraria siquidem in eodem esse non possūt: et q̄ diuites plurimū cupiditatis: eo habent minimū charitatē. Hec etenī sibi inuicē maxime aduersāt. Porro vt ait quidā: ois diues iūqu⁹ est: aut iniqui heres. Et rarissimū ē vt diuitie nō defluāt nisi amoris & cupiditatē glutino solidēf. Eas deside

Comēdat fas
lutiū q̄ dicit⁹
est crispus.

Diuites r potētes
an amēt inferiores.

Polícratici de Curialíũ nugis.

Quidius.

Proverbiũ
vet^o de amore.
ps. lxxj.

1. ad Thi. vj.

Matt. vj.

Non pericula
cõtra secreta
rios potentíũ
vsq; i fi. capli.

† al. supstitio
nem.

Success^o sin-
gulares pue-
niẽtes secreta-
rijs potẽtum.



rãtis animi vigilantia & labor acquirit: sed egregior sollicitudo retinet & cõseruat. Inquit ethicus. Nõ minor est virtus q̃ quere re parta tueri. Casus inest illic: hie erit artis opus. Cũ ergo istud ars: illud casus noie censeat: q̃s eas sine applicatiõẽ metis intẽsa diuiti^o seruat? Certe vetus prouerbiũ est: quia vbi amor ibi oculi: & vbi vigil metis intentio / ibi fixa cordis positio est. Vnde licet inuito et repugnãti aĩo plerũq; affluant: cor tamẽ appone re fidelis propheta phibet et doctor gentiũ eos qui diuites fieri cupiunt in laqueũ dyaboli & tentationes dicit incidere: & qui vtroq; maior est primogenitus mortuorũ et p̃iceps regũ terre asserit deo & mãmone simul serui non posse: quoniã imperat aut seruit collecta pecunia cuiq; : sed diuiti nunq; seruit aut raro. Vnde (iquit) diuites frequẽtius iniquos esse: q̃ heredes iniquorum. Quomõ ergo regnat charitas: vbi iniquitas dominatur? Vtiq; diues familiaris esse nouit: amicus nunq; aut raro. Hic tamen nõ de eo qui habet diuitias sermo est: sed qui amat. Ex quibus liquet: quia quantacũq; ex familiaritate potentioris gratia videat / diligentem cautelã exigit subditorũ. Alioquin omnis eius illecebra pl^o aloes q̃ mellis in exitu habitura est. At expedit plurimũ ad successus esse consciũ secretorũ. Quid ni. Reuerentia crescit: inualescit auctoritas: arcentur incommoda: p̃ueniunt vtilitates: amicorũ augeat numerus: cultoribus accedit deuotio: & fortuna totius gratie sue & felicitatis auram videat beatulis inspirare. Ceterum istorũ omnium nouissima quouis absinthio amariora sunt: & si interim nõ amarescunt: iustã amaritudinis habet suspitionẽ †. ¶ Res siquidẽ periculosa est / diuitum aut potentum cõmunicare secretis. Si quid enim eis per incuriã forte elabatur: cui nisi cõscio imponet? Quod cubiculariũ / aut cõflones mimive aut quicũq; nebulonum quibus delicatus diuitis sensus aut furor carere nõ potest in lupanari vel taberna sparsent / aut vt se vendicarent a familiaritate potẽtis diulgauerũt in populo: in illius calumniam retorquetur qui in confidens aliquẽ locum visus est tenuisse. Si motus rerũ prescire desideras: meritoria discute: & lixarum castrensiũ inquire sententias. Nihil enim adeo occultum est quod eis ex aliqua parte nõ reueletur. Si mihi non credis: vel aquinati nostro aures accommoda: ait eni. O coridon coridon secretũ diuitis nullũ. Esse putas: serui vt taceãt iumenta loquẽtur. Et canis: & postes & mar mora claude fenestras. Vela tegant rimas: clament prope nemo recumbat. Quod tamen ad gallicantum facit ille secundi.

Proximus ante diem caupo sciet. Procedo: si terre secretū suū infodiat: vel arūdo succrescens hoc producet ī publicā: & leui flatu in auras pferet: quoniā auriculas asini nudas habet. Pallas quoq; erictoriū suum occultare non potuit quin ipsū iam cognitum cornicis garrulitas publicaret: vnde quia alieni admissi delatrix fuit & cōscia: coloris perdidit venustatē & garrulitatis in currit notam. Preterea secretarii diuitū quasi quidā tolutarii vel clitellarii sūt: & qui eorū delictis onerentur. Quicquid ab eis delinquit in istorū infamiam cuditur: nisi forte ea sit de potēte opinio: vt nullo possit cōsilio deprauari. Si enī solemnīs est malicia eius: si fraudis & doli vulgata opinio toti⁹ familie fama purgatur: ac si capitis languor ifirmantium denigret dolorē laterum. Alioquin si benignior si ciuilior creditur potentat⁹: omnia deliramenta eius familiares quasi clitellarii/quibusdā nominis sui humeris portant. Sed recte gestorū nihil nisi benignitati aut ciuilitati potētis ascribitur. Et si quādo calculus grauior imminet: quasi pellem pro pelle/animā tuam dabit diues p fama sua. Et vt in te retorqueat culpam suam caput tuum meritis criminum penis non verebitur obiectare. Sed quod magis mirabile gratulabit si astutia sua idustrie tue labores & sollicitudines hac mercede donauerit: vt te reddat infamē et fecerit aut finxerit te criminibus inauditis obnoxiiū. Non est enim malū in ciuitate quod nō in diuitis cōsiliarios impingatur cū inanis sit excusatio eo q̄ omne officium sibi potentatus conformat: nemoq; sapiens/diū fluctuat cōsilio imprudētium. Omnia namq; discernit & iudicat. An eum putas in cōscientia sua quiescere securum: cuius turpitudinem producere potes in lucē & proferre ī publicam? Certe omnis qui malus est odit lucem: et omne opus artificis sui videtur habere imaginem. Meretricantium mulierū facis dum argui veretur a lumine/petit umbras: & timet ne se ipsis deformiores sint si imediata luce videntib⁹ obtutibus pateant. Hoc ergo illarum tota vigilātia querit/ vt quod in eis nō est prestricti oculi videant: & qui vidēt ceci fiant. At in his que natiuo colore confidunt longe aliter est: quia. Hec amat obscurum volet hec sub luce videri. Iudicis argutum que non formidat acimē. **C**Licet itaq; secretorum communio aliquid felicitatis videatur adiicere/ securitati tamē plurimum demit. Difficile aut potius impossibile est illos percurrere: qui hac via ad inferos descēderūt aut penis nouissimis se ingemuerunt affectos. Heu mihi curvidi: cur noxia lumina feci: inquit ille qui an de cō

Delicta potentū ī cōsiliarios retorquent nī si potētes sint pessimi: & recte gesta ānis ascribuntur.

Johan. iij.
Hō differētia inter meretrices q̄ lumine videri nolunt/ et naturaliter pulchras q̄ affectāt in lumine videri.
Horatius in poetria.

Quidius.

Hoies inter
amicos qualif
debeat viuere

scientia alieni: an proprii operis noxa deportationem metuerit incertum est. Certum tamen est q̄ mala aliena nouisse non expedit: veruntamen siue sciatur siue non: nihil tutius est q̄ propriam innocentiam cōseruare. Philosophus sic inter hostes viuendum cen-
suit tanq̄ inter amicos & iter amicos ac si in medijs hostibus ui-
ueretur. Et satyricus viuendum recte tum propter plurima / tū his
p̄cipue causis: vt lingras mācipiorum cōtēnas / nam lingua ma-
li pars pessima serui. Sed nō modo propter lingras seruorum /
verum propter gladios & venena potētum et insidias omnium
p̄cepto satyrici est parendum.

¶ Q̄ vendicari possunt que sunt adulationibus acquisita: & de-
lenonibus & mollibus & pena eorum: & q̄ pudicitia auferri nō
potest violenter nisi mens ipsa consentiat. Caplm. XIII.

Adulator ei nequaquam parere potest qui nihil aliud
querit nisi vt placeat. Si potest per se / si autem per so-
ciā suppositam querit vxorem forte / aliam ve coniun-
ctā / vel iure / vel affectiōe. Affectio tamen efficacior
est: eo q̄ ad naturā familiaris accedit. Ipsiq; vniū anime quies-
quid affectiōis federe copulatur. Non est vtiq; perniciosior assē-
tatio q̄ ea que affectiōis inductione procedit. Inde est q̄ mariti
sepe artius amplectuntur: et se riuilibus suis exponunt plenius
& sepius inuitāt ad cenā matrimonii corruptores / dum vt pro-
uerbialiter dicitur. Amator incaut⁹ pudice magis vxori q̄ infideli-
bus oculis credit. Nōne satis delus⁹ est: qui oculis suis asserti-
onem femineam que ex eo solo decipit crebrius q̄ intercipitur
rari⁹ antepōnit? ¶ Pica siquidem puluinaris efficacissima est
et vt dici solet cornix nocturna quouis oratore disertior: & cu-

vt. ff. de dolo. p
totū. 7 l. tres
fres. ff. de pac.
vt. l. ex delict.
defunc. in q̄tū
sumant herede-
des. l. j. 7. ff. de
p̄uatis delict.
l. j. cū similib⁹.
De duellio cui
exprobrāt fetorē
oris: 7 vxor
sibi cōquerēti
dixit q̄ crede-
bat oēs viros
fetozem.

iusq; operis faciē quoq; libuerit colore vestit. Quo ergo cautior
eo suspectior habenda est. Si dolus dedit causam contractui: res
sciindit: & reuocantur omnia que ex eo: vel ob id profecta sunt.
Heredes quoq; defuncti in solidum et imperpetuum tenent de
eo qd̄ ad eos conuenerit peruenisse. Sed quid adulatore dolosi⁹?
At mihi forte obiit: quia non omnes noui. Verum quidem
est: sed a multis mihi didicisse videor oīm mores. ¶ Duelli⁹ iā
senex iam decrepitus corpore cordeq; trementi dolens sibi ex-
probratum esse in iurgio q̄ oris vitio fetidus esset se domū con-
tulit: cumq; vxori grauius quereretur / q̄ nunq̄ eum monuerat
huius vitii querere medicinā. Fecissem inq̄t nisi putassē ora vi-
rosq; oīm sic olere: Laudare poteris ei⁹ matrimonii pudicitia &
preferre patiētiam mulieris: que viri vitium tanta patientia tu-

lit/vt ille in felicitatem corporis non vxoris fastidio sed maledi-
cto senserit inimici. At et ego de adulatorib⁹ aliquid tale rñdeo:
qa oēs arbitror sic olere. Oēs fallaciā & dolū redolēt: & quocūq;
se vertāt/pudicis narib⁹ hūc iportant nō odorē sed fetorē. Quic-
quid ergo ex ea causa acquiritur: etiam ab herede iuste potest
auelli: nec credo q̄ possit petitoribus obuiari: si vendicare aude-
ant quod adulatoribus cōtulerunt. Sed quis sapiēs: & intelliget
ista: aut ad hoc quis idoneus cum nō modo in omni domo/aut
cōiuuantū cetū/adulantiū tanta sit copia: vt si quis modestus
aduersus eos mutire audeat illos defendat numerus iuncteq;
vmbone phalanges? Certe dum vir honestus innitens cōscien-
tie/virtutū iſtēs officiis: esurit: sitit: alget: & multiplices fortu-
ne indignātis iniurias excipit. Vilis adulator picto iacet ebri⁹
ostro: delitiis ingurgitatur ad crapulam: vino estuat: lautiorib⁹
cibus distenditur: & pro arbitrio variis artificijs celum sibi con-
temperat. Primos habet recubitus in cenis: in conuentibus pri-
mos confessus pre electo pre nomine conclamatur: salutationes
excipit primas: primas sententias in iudicijs profert/in demon-
strationibus honestissime: in deliberationibus vtilissime sentit
Quicquid loquitur sal merum est: quicquid agit: iustitia aut li-
beralitas. Age ergo & inter istos sapere aude. Illico multorum
adulatorū: veniet manus: & veluti te iudei cogent in suam con-
sedere turbā. Multitudine itaq; tuti sunt & artificio: vt nec ipos
possint etiā reges & principes expugnare. Et miro mō inermis
popul⁹ p̄ualet i armatos: & mollicie q̄ robustissima sūt/potēter
expugnat. ¶ Disposuerā tñ silere de molhib⁹: qui sicut ignomi-
niosi/ita sūt & vident innominabiles. Silentū indicit reuerētia
morū: & verecūdis anim⁹ natura dictate illorū declinat aspectū
Quid multa? Si natura negat facit indignatio verbū. Apud
istos ars est suam pudicitiam p̄stituerē/alienam violare vel op-
pugnare. Nec quidem simpliciter suam: cū matrimonij teme-
rentur iura: & cōiugis adulteriū coniunx procuret. Dum egre-
ditur sponsa de thalamo/cōiugem nolī maritum credere sed le-
nonē. Producit eam: libidinosis exponet: & si spes dolosi num-
mi refulgeat: affectus callida simulatione prostituit. Filia nāq;
decentior: aut si quid aliud in familia placeat ditiori publica
merx est: exposita quidem si emptorē inueniat. Sed licet iustus
dolor eos aliq̄tenus cruciet: qui thori participes admittūt vel fa-
ciunt: egritudo tamē vtilitatis cōpendio mitigatur: vel saltē do-
loris dissimulat cruciatū. Si enī res serio agat: si libera donetur

Mollis q̄s ēz
eo q̄ vigorem
sexus eneruas-
ti corporis de-
decoret r̄ q̄si
mulier emol-
liat: r̄ de talib⁹
bus h̄ loquit.

Benefis. q.

Herf. ovidij.

Ho. spurcitiā
fedā & actus
nefandos so-
domiticos.

Calamistrat?
dī pprie iue-
nis aptus ad
sodomitādū.

Nota de hoc
plene p alanū
de contemptu
nature.

cūctis iudicia: non est dolor sicut dolor ille: quo corpus suū quis videt aliena libidine pollui. Cetera nāq; peccata extra corp⁹ sūt sed qui fornicat in corpus suū peccat. Hoc (inquit) os ex ossib⁹ meis: & caro de carne mea: vt nō iam duo sunt vir et mulier sed vna caro. Hec vtq; sine dolore nō scinditur: nec sine inuidia cōmunicat. Non bene cum sociis regna venusq; manent. Et sicut nulla fides regni sociis ita nec thori. Certe facili⁹ est regni diuitias q̄ affectionē coniugii alii cedere. At qui nec isti cōiuges sūt sed lenones. Tūc demū om̄ia credūtur exposuisse diuitib⁹ cum fidei fidem faciat fides violata. ¶ Sed qd filias & vxores (quod licet iura phibeant / tamen quocūq; modo natura permittit) exponi queror aut prostitui? In ipsam naturā quasi gygantes alii theomachiā nouam exercētes insurgūt: filios offerunt venerit eosdēq; in oblatione pupparū virgines preire cōpellunt. In illis etenī etatis maturitas expectatur. At in his sufficit aliene ipudicitie voluptatē posse expleri. Pudet dicere q̄ seipsos viri etate puectiores & sensu / turpitudini tante nō subtrahūt: & cū eos in nobiliori sexu natura creauerit: ad deteriorē quātum in ipsis est ex innata malitia prolabūtur effeminati vitio & corruptela morū cū tamen nature beneficio femine esse non possint. Cum lasciuētis diuitis luxus libidini vota sua pcingit: recūbentis pedes calamistratus comatulus excipit: nitorē inuidens meretrici: hystriōni habitū: cultū procis / virginib⁹ ornatū: triūphalem quoq; principib⁹ apparatū: & in aliorū p̄spectu pedes & ne plus dicam teneris manib⁹ tibias tractat. Citrothecatus enī incessit diutius vt manus soli subtractas emolliret ad diuitis vsū. De inde licentia paululū procedēte: totū corpus impudico tactu oberrans pruriginem scalpit quā fecit: et ignes veneris languētis inflāmat. ¶ Verū hec abominatio non tā ostendēda est q̄ conspuenda / puderetq; eā nugis nostris esse insertā nisi eādē apls Romanis scribens verbis manifestius expressisset: dicens quia femine eorū immutauerūt naturalē vsū in eū qui est contra naturā: et masculi relicto naturali vsu femine exarserūt in desiderijs suis / masculi in masculos inuicē turpitudinē operantes vt darētur in sensum reprobū / facerentq; qd minime cōueniret: & vitijs vniuersis obnoxii indignationē dei & omniū penarum in se aculeos puocarent. Et tunc quidē in aurib⁹ romanorū hoc tuba apostolica cōclamabat: quādo impiissimus imperator Nero luxurie seuiētis sporum puerū exsectis testiculis in muliebrē naturā trāiformare conatus est: ab eo tēpore puerbiū natū est.

Quia vsus formosorū abusus est. Et illud forme gratia eo min⁹
 grata est sapienti: quo corruptio gratioꝝ eū corruptori. Difficili⁹
 etenim ab infirmis defensoribus custoditur: qđ plures appetūt.
 Illud incauto facilius surripit fraudulentus: aut inuito pudicitie
 p̄do violētus extorquet. ¶ A patribus tñ pridem diffinitū est:
 quia pudicitia auferri nō potest/nisi mentis corruptio añcedat.
 Qđ enī (vt magnus asserit augustinus) nō precedente libidine
 violēter patitur corpus/vexatio potius dicenda est/q̄ corruptio
 Ibi ergo fuari pudicitia pōt vbi nulla nisi volūtaria pōt esse cor-
 ruptio. In mentis scilicet integritate vbi in eternū seruari pudici-
 tia potest. Nec magnū est integrā esse carnē vbi mens tetra
 corruptione polluit. At nūc si deceptor amans/ aut violentus
 abest: ita male a teneriori etate instituūtur adolescentes vt ocu-
 lis lasciuētibus nutu faciei: corpis gestu: habituq; exteriori & le-
 nocinio/vix ip̄is meretricibus concessio/sollicitent corruptores.
 Et legū que in eos iam plurime late sunt: nullā habent reueren-
 tiam vel timorē: licet in eos grauissime animaduertendū decre-
 uerit impator. At enī. Cū vir nubit in feminā vires porrecturā
 quid cupiat: vbi sexus pdidit locū/vbi scelus est/qđ nō pficit sci-
 re/vbi venus mutatur in alterā formā/vbi amor querit & nō in-
 uenitur: iubemus insurgere leges armari iura: vt gladio vltore
 & exq̄sitis penis subdātur infames/qui sunt/vel futuri sunt rei.
 Sed neq; consentiētibus parcat quin eis penā irroget capitalem:
 cū & lege diuina faciētes & consentientes pari pena plectantur.
 Ip̄osq; magno ep̄o auctore (ā brosiū loquor mediolanēsem) con-
 sentientes diffiniuit esse: qui notū errorē reticent/ aut corrigere
 cū possint dissimulāt. Sed quid de eis verecundū odiosumq; ser-
 monē ptendimus? Vt sortem eorū condigna conclusionē clau-
 damus/ p̄culdubio pluet sup eos dñs laqueos vt non effugiant/
 ignis/sulphur/spūs procellarū pars calicis eorū: & cū auctoribus
 suis quos sodoma deuorauit: erūt seculis in fetorē & opprobriū
 sempiternū. Quid proderit queso eis tūc diuitū fauor: aut quis
 potest esse tēporalium vsus: aut voluptas quē tantus dolor & tā-
 ta erubescencia non absorbeat?

¶ Adulatores puniēdos esse tāq; hostes deorū & hoīm. & veri-
 tatē gratanter amplectendā & patientiā custodiendā: tā ratio-
 nibus q̄ exemplis maiorum. Capitulu. XIII.



Ed vt vulgari prouerbio dicitur: deus ille pre ceteris
 colendus creditur/qui subuenit in presenti. Ideoq; non
 curant quō/dū tamen hoc quod expetunt faciāt. Egre

Augustinus :
 Corruptio nō
 ē proprie cor-
 ruptio nisi et
 mens corru-
 ptioni apta sit

Contra sodo-
 mitas.

Leuitici. xx.
 Roma. f.

Ambrosius.

Cecilij balbi
 Xba ad augu-
 stū ꝑ adulator
 res pulcherrí-
 ma.

...
 ...
 ...
 ...

...
 ...

cōcor. 7. lib. vj.
 c. xxvij. in ꝑn.

Itō de patien-
 tia pulchra
 valde.
 Aristippi pati-
 entia.
 Antitanis pa-
 tientia.

Titi patiētia.

Senophontis
 patientia.

gie quidem cecilius balbus imperator iquit. Auguste tū in mul-
 tis tum in eo maxime elucet prudentia tua: ꝑ isti nōdū te omni-
 no insanum reddiderūt / qui vt tibi applaudant non modo diis /
 sed tibi ipsi & populo iniuriam faciūt. Deorum siquidē minuunt
 reuerentiam / quos parificant tibi. Te arguunt insipientie / dum
 conditionis tue repugnante natura / te parē nūminibus esse / per-
 suadere ꝑsumunt. Nota supstitionis nutriunt populū: cui mor-
 tales deos ꝑ immortalibus ꝑsuadent esse colendos. Sane in eo
 aliquid diuinū tibi inesse mōstrabis: si omnes istos qui diuinita-
 ti tue fraudulenter applaudunt / rapi feceris ad tormenta. Quis
 enim deorum ei parcat a quo se deceptū iri intelligit? Quis nō
 irruat in eum qui aureos iouis oculos eruit: aut argēto / gēmīsq;
 sublatis vestē nititur excecāre? Quis de martis capite adamā-
 tinum lumē impune temerariis effodit vnguibus? Nēpe deos
 inuisibiles & immortales circūuenire: & eis fallacie parare insi-
 dias: grauior culpe est: eo ꝑ ab his visibiliū deorū fabrica sustē-
 tatur & regitur: & honorem aut cōtemptū qui istis exhibetur il-
 li remunerant. Si sapiis ergo auguste: in deorū hostes insurges:
 & te si nō deū ꝑ nequaꝑ es: vel deorū te docebis esse cultorē: si de-
 ceptores istos exterminaueris / excecatores tuos: deorū contem-
 ptores / & vtrorūq; iniuriā punias. Hec cecili? Factio tamē adu-
 latorū preualuit qđ & ꝑntiū rerum declarat stat?: adeo quidem
 vt si quis populariū modestie conscius / assentationis & sarrili-
 tatis vitio crediderit temperandū: hostis felicū cēseat aut iui-
 dus. Eorū siquidē aures tenere sūt: & iam obsurduerūt: & ligūā
 seueriorē sine offensione grauiissima nō admittūt. In quo quan-
 tum a virtute maionī etas nostra degenerauerit ꝑspicuum est /
 cū sine patiētia aut nullū aut rarū eē opus virtutis: ꝑbis docuerūt
 & exēplis. Vñ Aristippus a maledicenti se discedēs dixisse le-
 gitur. Vt tu lingue tue / sic ego mearū auriū dñs sum. Antitanes
 quoꝑ quidam dicenti sibi / maledixit tibi ille. Non mihi inquit:
 sed illi qui in se quod ille culpāt agnoscit. Sed & si mihi male
 dicere curet: non curo: quia auditus lingua debet esse robustior:
 cū singulis hominibus lingue sint singule: sed aures bine. Ali-
 quatenus tamen curo: quia eo ipso me fatetur esse superiorē:
 quoniam superioris persone vsus est: detractionibus subiacea-
 re inferioris inferre. Gauderem itaq; nisi vrgente humanitate
 homini compaterer infelicī. Item tytus taciū maledicenti sibi
 metello facile (inqt) in me est dicere cum nec sim responsurus.
 Quid senophon. Tu inquit quidem maledicere didicisti & ego

conscientia teste didici maledicta contemnere. Sed & dyogenes cū ei nunciasset amicus te amici cuncti vituperant: oportet inquit sapientiam ab insipientibus feriri: esse enim meliores iudicat mala lingua quem carpit. Quid plato? Toti philosophie robur patientia est. Cum & socrates non modo verbo neget sapientem posse offendi: sed aduersus omnem fortunā/robore virtutis sue manere immobilem. Et ne philosophis solis patientiā sic placuisse credas: ipsorum imperatorum ad eam publicādam exempla cōcurrunt. In grecia quis maior/aut clarior alexandro? Ei antigonus pedagogus cytharam fregit/abiecitq; dicēs. Etati tue iam regnare conuenit: pudeatq; in corpore regni voluptatem luxurie dñari. Quod & ille patientissime tulit/licet plerūq; impatiētissimus fuerit/& patrē sicut virtute ita vitis superaret. Eidem quoq; eleganter & de comprehensus pirata scribitur respōdisse. Cum enī alexander interrogaret quid ei videretur q̄ mare haberet infestū: ille libera contumacia quid tibi inquit: vt tu orbē terrarum: sed quia id ego vno nauigio facio latrō vocor: quia tu magna classe: diceris imperator. Si solus & captus sit alexander latro erit. Si ad nutū dyonidi ppli famulentur: erit dyonides impator: nā quo ad causam nō differunt/ nisi quia deterior est. q̄ rapit improbius: qui iustitiā abiectius deserit: q̄ manifestius impugnat leges. Quos enī ego fugio/ tu psequeris/ ego vtiq; veneror: tu contēnis. Me fortune iniquitas & rei familiaris angustia: te fastus intolerabilis & inexplēbilis auaricia furē facit. Si fortuna māsuesceret: fierē forte melior. At tu quo fortūatior/nequior eris. Miratus alexāder constantiā hoīs eo merito arguentis experiar iquit an tu sis futurus melior: fortunāq; mutabo: vt nō ei ā modo q̄ deliqueris: sed tuis moribus ascribas. Eum itaq; iussit conscribi militie/vt posset exinde saluis legibus militare. Sed ne a solis grecis mutuemur exempla virtutū. Scipio africanus cum eum parū pugnacē quidā arguerent: iperatorē (inquit) me mater peperit nō bellatorē. Marius quoq; cum eum theutonius quidā ad purne certamē puocaret/ respondit. Si cupid⁹ mortis esset/ se vitam laqueo posse finisse: & sapientem non tam pugnā q̄ victoriam querere. ¶ Primus romanorum imperator Julius cesar: q̄ patientissime multa sustinuit. Cum enim caluicium iniquissime ferret: et deficientem capillum a ceruice conuocaret ad frontem: ab irato milite ei dictum est. Facilius est cesar te caluum nō esse: q̄ me in exercitu romano quicq; egisse: vel acturū esse timidi⁹. Idē latoclauro vsq; ad manus fimbriatovtēs

Dyogenis patientia de cui⁹ laudib⁹ .j. li. v. ca. xvij. Platonis patientia.

Alexandri patientia aduers⁹ antigonū ei ci tharā frāgētē

Alexādrī patientia aduers⁹ dyonidē piratam captū sibi libera voce respondētē.

Scipionis afrīcani patientia.

Julij cesaris patientia in caluicie a milite exprobrato.

De cesaris patientia aduersus ceciliū ipm de imoderato appetitu margaritarū arguentem.

De patientia cesaris in famosissimis libellis et iocularibus carminibus. Morsus ciceronis contra familiaritatem cesaris.

Augusti patientia aduersus antonium.

De patientia augusti in eū quod tacere dicebat ob eius patientiam.

De patientia quam augustus mandauit tyberio.

Augustus nūquam se promissum appellari.

laxius cingebatur. Vnde illa optimates sepius ammonēs dicebat/vt puerū male precinctū cauerēt. ¶ Preterea margaritarū cupidissimus erat: quas pondus earū interdum manu conferēs discernebat. Cū ergo cecilio inuito rē vt faceret senat⁹ auctoritate denūciasset: vt ei videbatur iūstā: an te inquit satiaberis margaritis. At hoc forte: aut aliena videbūtur: & que viri fortis animus honestius dissimularet: verū & famosi libelli de eo scripti sunt & iocularia carmina in eum publice diuulgata: vt est illud militū i triūpho gallico celebratū: gallias cesar subegit: nicomedes cesarē: nicomedes nō triūphat qui subegit cesarē. Eo quod nicomedes rex bithinie ferebatur cesarē stupro subegisse in vltiore familiaritatē dū minor esset admissū. Facilitatē quoque cesaris in allegando senatu cicero nimis acriter irrisit. Nā cum ab hospite suo. p. mallio rogaretur: vt priuigno suo decurionatū expediret/ ait assistente frequentia. Rome si vis habebit pompeis difficile est. Sed & in epla ad gainū cassiū violatorē dictatoris mordacius scripsit. Velle ydibus martiis me ad cenā inuitasses. Profecto reliquiarū nihil fuisset: nunc me reliquie vestre exercent. ¶ Sed august⁹ fortune fauor/ & romani decus imperii auunculo iulio longe patientior extitit. Cū enī antonius maternā eius originem despiciens eū affrū genere/ & natura panificū diceret. Hecridēs ptulit/ & eundē sorore tradita in affinitatē grām adnuit. Cū vero idē aduersus priuatū quendā grauius excandesceret. Loquerē inquit auguste quod placet: quia diligētiam auribus/ lingue taciturnitatē/ indixi quietē manibus/ & in oibus his potētiam tuā accusa: quia nihil aliud argui potest in patientia mea. Ad hec nō mō in se seruabat patientiam: sed eandē aliis indicebat. Vñ cū tyberio quereret p eplam quod multi de illo pperā loquerētur: ita rescripsit. Mi tyberio noli nimis indignari quēquē eē qui de te male loquatur. Satis est enī si hoc habem⁹ ne quis nobis malefacere possit. Idē tanta cōmunitate quoslibet se adēutes excipiebat/ vt quendā ioco corripuerit quod sic sibi libellū porrigere vereret quasi elephāto stipem. Et quantū vero adulationibus captus est: tātum iste ab eis auersus est. Vñ appellationē dñi vt maledictū & opprobriū semp exhorruit. ¶ Denique cū eidē descendēti per sacrā viā desperatus quidā diceret o tyrāne. Si essem inquit/ nō diceres. Obseruatū etenim est quotiēs ingrediebatur urbē ne supplicium de quoq̄ sumeretur. Curcius eques romanus delitiis affluens: cū macrū turdū sumpisset in conuiuio cesaris: interrogauit an mittere liceret. Respōdit princeps. Quid nū liceat? Ille statim p fenestram

misit. Miles peritus aucupii: noctuam que cesaris noctes inge-
tauerat: spe ingentis premii captā: tulit ad cesarē. Laudato im-
perator mille nūmos dari iussit. At ille ausus est dicere: malovi-
uat/ auēq; dimisit. Abiitq; cōtumax miles non sine ammiratio-
ne multorum cesare non offenso. Veteranus cum sibi die dicto
periclitaretur cesarem rogauit in publico vt adesset. Ille prestā-
tissimū aduocatum quem elegerat sine mora dedit commenda-
uitq; ei litigatorem. Veteran⁹ autem exclamauit voce magna
At non ego cesar periclitante te bello acciaco vicariū quesui: s; pro te ipse pugnauit: detexitq; impressas cicatrices. Erubuit Ce-
sar: venitq; in aduocationē/ vt qui vereretur nō superbus tm̄/ sed
ingratus etiam videri. Intrauerat vrberem adolescens simillim⁹
cesari: pductūq; ad cesarē interrogauit augustus/ dic mihi adole-
scens/ fuit vnq; mater tua rome. Negauit ille: nec contētus adie-
cit/ sed pater meus sepe. Loci itaq; aspitate vrbana/ noticiā oīm
& familiaritatē imperatoris sibi cōciliauit. Augustus in pollio-
nem scripserat fescenninos. At ego (inquit) pollio taceo. Nō est
in eū leue scribere/ qui potest proscribere. Sicut autē non facile cō-
cipiebat iram: ita nec facile admittebat ad amicitia: & quem se-
mel admiserat/ cōstātissime retinebat. Eidē iter varia dedecora
a quodā probrose obiectū est: q; adoptionem auūculi stupro me-
ruerit/ quia eū iulius artius admisisse dictus est/ nō sine rumore
pstrate pudicitie. Alius quoq; eidem iratus obiecit: q; solit⁹ eēt
crura ardēti suburere face/ quo mollior surgeret pilus. Sed & eo
tympanizāte: vt primo libro dixisse me memini. Vides ne (in-
quit plebeius quidā) vt cinedus orbē digito temperat. Et cū na-
nūs ob corporis breuitatē cōuitiātis cuiusdā impetu dicere/ si-
bi calciamētis grandiusculis vtendum esse respondit. Tyberius
quoq; cū in multis legatur fuisse culpabilis: tñ aduersus cōuitia-
latis firmus ac patiēs extitit/ dicēs q; in ciuitate libera liguas eē
liberas & mentes hoīm oportebat. Et vt ad peiores transeam.
Domicius s; borū satis patiēs fuit: i quo sic lusisse fertur orator
lucilius: nō esse mirandum q; eneam haberet barbā: cui os fer-
reum: cor plūbeum esset: eo q; dura dūtaxat loquebatur: que ex
iniquitatis adipe quā corde conceperat procedebant. Iniquitas
enim sedere scribitur sup talentū plūbi. Vespasianus quoq; de
quo in libro secundo dū hierosolymorū destructio describeretur
fecimus mētione/ etiam infirmorū conuitia patiēter tulit: adeo
vt sene bucūlo pclamante in improperiū eius vulpē pilū posse
mutare nō animū: eo q; natura cupidissimus esset pecunie: nec

De modo ser-
uato p cesarē
circa veteranū

De adolescēte
simili augusto
q; rñdit matrē
nō fuisse rome
sed patrem.

De polliōne q;
dixit nō scribē
dū in eū q; pōt
p scribere.

De tribus ma-
gnis quitijs q;
patiēter a tri-
bus tulit au-
gustus.

De patientia
tyberij.

Proverbum
florētinozum.

Domicij pati-
entia.

Vespasiani
patientia.

Polycratici de Curialiū nugis.


De laudib⁹ ty
ti p̄cipue in li
beralitate.

Tytus nullū
petentē a se se
ne spe dimisit.

Tyt⁹ dixit se
diē pdidisse q̄
nil donauit.

Tytus dixit si
bi de vno solo
penitēdū esse
q̄d tñ tacuit.

Et si q̄s imp.
maledixit.
vnica.

auariciam minueret p̄cessus etatis: respōdiffe dicitur huiusmōi
hoibus debemus risum: nobis correctionē: sed penā criminosis.
Nā de filio eius tyto qd dicam: qui patris auariciā tanta libera
litate purgauit vt amor & delitie hūani gn̄is ab oib⁹ diceref cō
stantissime tenēs in moribus ne quē postuladi gratia ad se acce
dentem sine re vel spe quocūq; modo dimitteret. Vñ interrogā
tibus domesticis cur plura polliceretur q̄ prestare posset. r̄ndit nō
oportere quēq; a sermōe p̄ncipis tristē discedere. Idē quoq; recor
datus super cenā q̄ nihil tota die cuiq; prestitisset: dolens & ge
mēs dixit. O amici hunc diē perdididi. Quē in vita offēderit a hic
rosolimorū reuersus excidio/nondū legi/ & forte illum vindicē
innocētie & crucifixi redēptoris elegit dñs qui populum exceca
tum incolumi conscientia nō modo innocenter/sed & religiose
deprimeret & deleret. Nact⁹ etenī horam qua moriēdū erat: cū
lectica ueheretur suspexisse dicitur celum: multūq; cōquestus est
eripi sibi vitā imerēti. Neq; enī extare vllū factū suū quod sibi
penitendū esset: excepto vno dūtaxat/id quale fuerit: neq; tunc
ipse pdidit: nec cuiq; notū fuit. Quid de patiētia hui⁹ loquor ar
ius tanta benignitas erat vt sua iniuria dū a cōciuibus abstine
ret/vix crederet quēq; posse moueri. Tāte quidem ciuilitatis &
hūanitatis i impio fuit vt oibus prodesse: nullūq; punire studue
rit. Conuictos coniurationis contra se dimisit illesos/& in pristi
nam familiaritatē admisit. Sed & domitianus q̄ grauissimam
theomachiā exeruit post neronē huius virtutis aliquid plerūq;
indulgit ciuibus/licet in eos gratis q̄nq; insaniret. Homo quidē
vsq; quaq; inutilis/& qui nihil aliud habebat virile nisi nomē i
perii. Vt tñ ignauā mētis/& inertia corporis/sub pretextu p̄n
cipatus occuleret/quotidie sibi secretū horarū spaciū vēdicabat/
nec quicq; interdum facere cōsueuerat nisi captare muscas:& eas
dem stilo preacuto configere/vt cuidam interrogāti ne quis in
tus esset cum cesare/nō absurde sibi respōsum a metello sit. Ne
musca qdē. Qd licet ipiissimo p̄ncipi inotuerit dissimulare ma
luit q̄ punire. Sed cur patientie exempla p̄pono cum omnibus
liqueat nihil firmum esse & stabile/qd leui aura status p̄cutitur?
Quis virū fortem credat quem verborum mouet impulsus: &
ei quietē excutit/& virtutum compage dirupta/ipiū anime sā
guinem elicit? Vnde & publico iure statutum est/ne pro ver
bis friuolis quisq; seueritate penarum inuratur. Ait enim impa
tor diuorū theodosii/archadii/& honorii statuta cōfirmans. Si
quis modestie nescius & pudoris ignarus/improbo petulātiq;

maledicto/nomina nostra crediderit lacefcenda: ac temulentia
 turbulentus obtrectator temporū fuerit: eū pene nolumus sub-
 iugari/neq; durū aliquid neq; asperū sustinere: qm̄ si id ex leuita-
 te pcessit contemnendum est/si ab infania miseratione dignif-
 simū: si ex iniuria remittendum. Vñ integris omnibus hoc ad
 nostram conscientiam referat: vt ex psonis hominū dicta pefe-
 mus & vtrum pretermitti an exquiri debeant/censeamus. Ex
 quibus colligitur dictis hominū non moueri eum qui aut virtus
 amator est/aut iuris constitutioni obtēperans. Om̄e vafervi-
 tiū ridēti flaccus amico T āgit. et admissus certū p̄cordia ludit.
 Familiare siquidem sapienti est: vt magno placet augustino po-
 tius a quolibet reprehendi/q̄ siue ab errante siue ab adulāte lau-
 dari. Nullus enim rephensor formidandus est amatori x̄itatis.
 Etenī aut iimicus reprehensurus est aut amic⁹. Si inimicus in-
 sultat/ferendus est. Amicus aut si errat: docēdus. Si doceat: au-
 diendus. Laudator vero & errans/confirmat errorē: et adulans
 illicit in errorem. At ergo rex fidelis: elect⁹ in beneplacito dñi
 relinquēs: si sapiāt regibus: & principibus iustitie: hūilitatis exē-
 plū & fortitudinis. Corripiet me iust⁹ in mīa: & increpabit me:
 oleū aut p̄ctōris nō impiguet caput meū. Cōsonat ei ethicus di-
 cens. Falsus honor iuuat/aut mēdax infamia terret. Q̄ nisi mē-
 dosum & mendacem?

¶ Q̄ ei dumtaxat licet adulari quem licet occidere: & q̄ tyran-
 nus publicus hostis est. Capitulum. XV

Werūtamen cui debetur hoc oleū p̄ctōris qd̄ reprobat p̄
 ambulus regū fideliū: & ad qd̄ emēdum in fatuitate
 sua: exclusas x̄gies mittit enāgelicus sermo? Ei utiq; qui in sordibus est: & iusto dei iudicio sordescit āplius
 & vulgi opinione potius splendere appetit: q̄ charitatis operūq;
 eius feruere incēdio. Vñ & in secularib⁹ litteris cautū est: quia
 aliter cū amico: aliter viuēdū est cū tyranno. Amico utiq; adula-
 ri nō licet: aures tyranni mulcere licitū est. Ei nāq; licet adulari
 quē licet occidere. Porro tyrānū occidere nō mō licitū ē s; equūq;
 & iustū. Qui enī gladiū accipit: gladio dign⁹ est iterire. S; acci-
 pere intelligit q̄ eū ppria temeritate vsurpat non q̄ vtendi eo a
 dño accipit ptātem. Vtiq; qui a deo accipit potestātē/legib⁹ ser-
 uit/& iustitie & iuris est famul⁹. Qui x̄o eā vsurpat/ iura depri-
 mit/& voluntati sue leges submittit. In eū ergo merito armanē
 iura/qui leges exarmat/& publica potestas seuit in eū qui eia-
 curare nititur publicam manū. Et cum multa sint crimīa maie-

Horatius.

Quis debet
 velle poti⁹ rep̄
 hēdi q̄ ab er-
 rāte vel adulā-
 te laudari.



ps. cxl.

Matth. xxv.
 Apocal. vlti.

Policratici de Curialiū nugis.

statis: nullū grauius est eo/ quod aduersum ipsum corpus iustitie exercetur. Tyrānus ergo nō modo publicū crimen/ sed si fieri posset plusq̄ publicum est. Si enim crimen maiestatis omnes persecutores admittit/ q̄tomagis illā quod leges premit: que ip̄s debent imperatoribus imperare? Certe hostem publicū nemo vlascitur/ & quisquis eum non persequitur in seipsum & in totum reipublice mundane corpus delinquit.

¶ Explicit liber tertius.

¶ Incipit prologus in librum quartum.



ARdua quidem res est p̄fessio veritatis/ & que incurfantibus errorum tenebris: aut negligētia profitentis frequentissime vitatur. Quid enim verum sit: quis recte examinat rebus incognitis? Notitia autem rerum eo q̄ vias nō dirigit contemptoris: iustitie aculeos exacerbabat in penam delinquentis. Est ergo primus philosophandi gradus/ genera rerum: proprietatesq̄ discutere: vt quid in singulis verum sit prudenter agnoscat. Secundus vt quisq̄ id veritatis quod ei illuxerit fideliter assequatur. Hec autem philosophantium strata illi soli peruia est/ qui de regno vanitatis proclamat in libertatem qua liberi fiunt quos veritas liberavit: & spiritui seruientes colla iugo iniquitatis & iniustitie subduxerunt. Vbi enim est spiritus dei/ ibi libertas: metusq̄ seruilis vitiiq̄ consentiens exterminator spiritus sancti est. Porro spiritus est: qui loquitur veritatē in conspectu principum: nec erubescit/ & pauperes spiritu regib⁹ a teponit aut equat: & quos sibi fecerit coherere/ docet scire loqui/ & facere veritatem. Qui vero veritatem non vult audire vel loqui: a spiritu veritatis alienus est. Sed hec hactenus/ nunc in quo tyrannus differt a principe audiamus.

¶ I. Corin. iij.

¶ Explicit prologus libri quarti.

¶ Incipit liber quartus.

¶ De differentia principis et tyranni: & quid sit princeps.
Capitulum. I.



St ergo tyranni & principis hec differētia sola vel maxima / q̄ hic legi obtēperat / & ei⁹ arbitrio populū regit cuius se credit ministrus & in reipublice muneribus exercēdis & oneribus subeūdis legis beneficio / sibi primum vēdicat locum. In eoq̄ p̄fertur ceteris / q̄ cum singuli teneantur ad singula: p̄cipi onera imminēt vniuersa. Vnde merito in eo om̄ium subditorū potestas confertur / vt in vtilitate singulorū & om̄: exquirenda et faciēda sibi ipse sufficiat: & humane reipublice stat⁹ optime disponatur: dū sunt alter alterius mēbra. In quo quidē optimam viuēdi ducē naturā segmur: que microcosmi sui. i. mūdi minoris hoīs. f. sensus vniuersos in capite collocauit: & sic ei vniuersa membra subiecit: vt omnia recte moueantur dū sani capitis sequuntur arbitriū. Tot ergo & tātis priuilegiis apex principalis extollitur & splendescit: quot & quāta sibi ipse necessaria credidit. Recte q̄dem: quia populo nihil vtili⁹ est q̄ vt principis necessitas expleatur: quippe cū nec volūtas eius iustitie iueniatur aduersa. Est ergo vt eū pleriq̄ diffiniunt: princeps potestas publica: & in terris quedā diuine maiestatis imago. Proculdubio magnū quid diuine s̄tutis declaraf̄ inesse principibus dū homines nutibus eorum colla submitunt: & securi plerūq̄ feriēdas prebēt cervices: & impulsu diuino quisq̄ timet quibus ipse timori est. Qd̄ fieri posse nō arbitror: nisi nutu faciēte diuino. Oīs etenī potestas a dño deo est: & cū illo fuit semper: & est ante eū ordinate rō potestatis. Qd̄ igitur princeps pōt ita a deo est: vt ptās a dño non recedat: sed ea vtitur per suppositā manū in omnib⁹ doctrinam faciēs demētie aut iustitie sue. Qui ergo resistit ptāti: dei ordinationi resistit: penes quē est auctoritas conferendi eam: & cum vult auferēdi vel minuiēdi eā. Neq̄ enī potētis est cū vult ferire in subditos: sed diuine dispēsationis p̄ bñplacito suo punire vel arcere subiectos. Vñ & in p̄secutione hunorū athila īterrogat⁹ a religioso cuiusdā ciuitatē (ep̄o quis eēt: cū r̄ndisset: ego sū athila flagellū dei: venerat⁹ in eo vt scribif̄ diuinā maiestātē ep̄us: bene (inquit) venerit minister dei: & illud. Bñdict⁹ qui venit in noīe dñi ingeminās: refatis ecclīe foribus p̄secutorē admisit. p̄ quē & affecut⁹ est martyrii palmā. Flagellū autē dñi excludere nō audebat: sciēs quia dilectus filius flagellaf̄: & nec ipi⁹ flagel

¶ Principis definitio.

Ad Rom. xiiij

Ibidem.

Exemplum de athila.

Matth. xxi.

Polícratíci de Curialíū nugis.

li esse nisi a dño ptatem. Si itaq; adeo venerabilis est bonis potestas etiã in plaga electorū / quis eam nō veneret que a dño instituta est / ad vindictã malefactorū / laudẽ vero bonorū & legibus deuotione prõptissima famulaf? Digna siquidẽ vox est. vt ait impator maiestate regnantis / se legibus alligatū principẽ p̄fiteri: quia de iuris auctoritate p̄cipis pendet auctoritas. Et reuera maius impio est / submittere legib⁹ principatū: vt nichil sibi princeps licere opinetur quod a iustitie equitate discordet.

¶ Quid lex. et q̄ princeps licet sit legis nexibus absolutus: legis tamen seruus est et equitatis / geritq; personam publicaz: & innocenter sanguinem fundit.

Capitulū. II.

M Ec in eo sibi principes detrahi arbitrentur: nisi iustitie sue statuta p̄ferenda crediderint iustitie dei: cui⁹ iustitia in euū est: & lex eius equitas. Porro equitas vt iuris p̄iti asserūt reꝝ conueniẽtia est: que cūcta coequiparat ratione: & in paribus rebus paria iura desiderat / i omnes equabilis: tribuens vnicuiq; quod suū est. Lex ño eius iterpres est: vtpote cui equitatis & iustitie volūtas innotuit. Vnde & eã oim reꝝ diuinarū & humanarū cõpotem esse crisipp⁹ asseruit. Ideoq; prestare omnibus bonis & malis et tam rerū q̄ hominū principem et ducẽ esse. Cui papinianus vir quidẽ iuris experientissim⁹ & demosthenes orator p̄potens videtur suffragari: & omniū hominū subiicere obediẽtiam: eo q̄ lex omnis / inuẽtio quedam est & donū dei: dogma sapiẽtium / correptio volūtariorū excessuū: ciuitatis cõpositio / & totius criminis fuga: fm quã decet viuere oēs qui in politice rei vniuersitate versantur. Oēs itaq; necessitate legis seruãde / tenẽtur astricti: nisi forte aliquis sit cui iniquitatis licentia videatur indulta. Princeps tamen legis nexibus dicitur absolutus: nō quia ei iniqua liceant / sed quia is esse debet qui nō timore pene / sed amore iustitie / equitatẽ colat / rei publice procuret vtilitatẽ / & in oibus aliorū cõmoda p̄uate p̄ferat volūtati. Sed quis in negociis publicis loquet de principis volūtate cum in eis nil sibi velle liceat nisi quod lex aut equitas psuadet: aut ratio cõmunis vtilitatis indicit? Eius nãq; volūtas in his vim debet habere iudicii: & rectissime quod ei placet in talibus legis habet vigorẽ / eo q̄ ab eq̄tatis mēte / eius sententia nō discordet. De vultu tuo (iq̄t) iudiciū meū p̄deat: oculi tui videant equitatem. Iudex enī incorrupt⁹ est: cui⁹ snia ex cõtemplatiõe assidua imago est equitatis. Publice ergo vtilitatis minister: & equitatis seruus / est princeps: & in eo personam publi-

l. de legib⁹. l. digna vox.

ps. cxviii. Equitas qd̄ ē.

l. iustitia. ff. de iustitia et iu. ff. de legi. l. ij.

ff. de legi. l. j. In p̄ed. l. ij. ff. de legi.

Sumit. ff. de legi. l. j. et ij.

ff. de legibus. l. princeps.

l. j. ff. de p̄stitu. principum. ps. xvi.

eam gerit: ꝑ omniū iniurias & dāna: sed et crimina oīa/ equita
te media punit. Virga quoq; eius & baculus/ adhibita modera
tione sapientie/ contractus oīm & errores ad viā reducit equita
tis: vt merito ptāti spiritus congratuletur dicens. Virga tua & ꝑs. xxiij.
baculus tuus ipā me consolata sunt. Sed & clypeus eius fortis q
dem: sed infirmorū clypeus est: & qui malignātū iacula ꝑ inno
cētibus potēter excipiat. Officiū quoq; eiꝑ illis qui minimū ꝑs
sunt plurimū ꝑdest: & illis q nocere desiderant plurimū aduersa
tur. Nō ergo sine causa gladiū portat quo innocēter sanguinem
fundit: vt tamē vir sanguinū nō sit: & homines frequenter occi
dat vt nō incurrat nomen homicidii/ vel reatū. Si enim magno
creditur augustino: dauid vir sanguinū dictus est/ nō ꝑpter bella ꝑs. viij.
sed ꝑpter vriam: & samuel nusq; vir sanguinū aut homicida scri
bit/ licet agag pinguissimū regē amalech interfecerit. Hic siq; dē
gladius est colūbe que sine felle rixat: sine iracundia ferit: & cū
dimicat nullā omīno concipit amaritudinē. Nā sicut lex culpas
ꝑsequitur sine odio ꝑsonarū: ita et princeps delinquentes rectif
sime punit: nō aliquo iracundie motu: sed mansuete legis arbi
trio. Nā & si suos ꝑiceps videatur habere lictores: ipse aut solꝑ
aut ꝑcipuꝑ credēdus est lictor: cui ferire licitū est ꝑ suppositaz
manū. Vt enī ad stoicos accedamꝑ q causas noīm diligētius in
uestigant: lictor dicitꝑ quasi legis ictor. eo ꝑ ad ipsiꝑ spectat offi
ciū ferire quē lex iudicat feriendū. Vñ & atiq; tus officialibꝑ quo
rum manu iudex nocētes punit: cū reo gladius imineret: obtē
pera legis arbitrio dicebatur: vel legem imple. vt rei tristitiam
mitigaret vel mansuetudo verborum.

¶ ꝑ princeps minister ē sacerdotum: & minor eis. & quid sit
in ministerium principatus fideliter gerere. Capitulū. III.

Hinc ergo gladiū de manu ecclesie accipit ꝑiceps cū
tū ipsa gladiū sanguinis omīno nō habeat. habet tñ
& istū: sed eo vtitur ꝑ principis manū: cui cohercēdo
rū corporꝑ contulit potestātē: spūaliū sibi i ꝑōtificibꝑ:
auctoritate reseruata. Est ergo princeps sacerdotii quidem mi
nister: & qui sacrorum officiorum illam partem exercet: que sa
cerdotii manibus videtur indigna. Sacrarum nāq; legum om
ne officium religiosum et pium est. Illud tamen inferius quod
in penis criminum exercetur: & quandam carnificii representa
re videtur imaginem. Vnde et Constantinus Romanorum
fidelissimus imperator: cum sacerdotum consilium niceam cō
uocasset. Nec primum locum tenere ausus est: nec se ꝑesbyte

ij. Regū. viij.

ij. Regū. xv.

Itē colūbum
felle carere.
Regū persecu
tio qualis est.

Lictor vñ dē.

habet. x. q. s.
sacerdotibus.

Polícratici de Curialíũ nugis.

rorum immiscere confessibus: sed sedem nouissimam occupauit. Sententias vero quas ab eis approbatas audiuit ita ueneratus est: ac si eas de diuine maiestatis sensisset emanasse iudicio. Sed & libellos inscriptionũ quos ad inuicẽ conceptos sacerdotũ crimina continentes imperatori porrexerãt: suscepit quidẽ clausosq; reposuit in sinu suo. Cũ autẽ eosdẽ ad charitatem & concordiam reuocasset: dixit sibi tanq; homini: & qui iudicio subiacet sacerdotũ/illicitũ esse deorũ examinare causas/ qui non possunt nisi a solo deo iudicari libellosq; quos receperat nõ inspectos dedit incendio/patrum ueritas crimina vel conuitia publicare/& cham reprobí filii maledictiõem incurre re: qui patris uerẽda nõ textit. Vnde & in scriptis nycolai romani pontificis/ idẽ dixisse narratur. Vere si ppriis oculis uidissem sacerdotem dei aut ali quem eorũ qui monachico habitu circũamicti sunt peccantem: clamydẽ meã explicarẽ:& cooperirẽ eũ ne ab aliquo uideretur. Sed & theodosius magnus imperator ob meritam noxã nõ tamen eotenus grauem a sacerdote mediolanensi a regalium usũ & insignibus imperii suspensus est:& indictam sibi penitentiaz homicidii/patiẽter & solẽniter egit. Profecto ut doctoris gẽtiũ testimonio utar/ maior ẽ qui benedicit/q; qui benedicitur:& penes quẽ est conferende dignitatis auctoritas: eum cui dignitas ipsa confertur/honoris priuilegio antecedit. ¶ Porro de ratione iuris/eius est nolle cuius est uelle:& eius est auferre qui de iure conferre potest. Nonne samuel in saulem ex causa inobedientie depositionis sniam tulit:& ei in regni apicem humilẽ ysai filium subrogauit? Si uero constitutus princeps susceptũ ministeriũ fideliter gesserit tantus ei honor exhibendus est & reuerentia tãta/quãtũ caput oĩbus mẽbris corporis antecellit. Gerit autẽ fideliter ministeriũ/cũ sue conditionis memor/ uniuersitatis subiectorũ se psonã gerere recordat:& se non sibi suam uitã: sed aliis debere cognoscit:& eam illis ordinata charitate distribuit. Totum ergo se deo debet/plurimũ sue patrie/multum parentibus & propinquis. extraneis minimũ/non nihil tamen. Sapientibus ergo & insipientibus debitor ẽ:pufillis & maiorib;. Que quidem inspectio communis est omnium prelatorũ: & eorum qui spũaliũ curam gerunt/& qui secularem iurisdictionem exercent. Vnde et melchisedech quẽ primũ scriptura regẽ itroducit & sacerdotẽ ut ad presẽs mysterium taceatur quo pfigurat xp̃m qui in celis sine matre & in terris sine patre nat⁹ ẽ: ille inq; nec patre nec matrẽ legitur habuisse:nõ q; utroq; caruerit: s; qa regnũ

Genes. ix.
hoc habetur.
xxvj. distinc. in
scripturis.

Qd dñ hic de
theodosio su-
mi potuit xxvj
dist. duo sunt.

Hebre. viij.

ff. de regu. iur.
leius.

j. Regũ. xvj.

Quid deo de-
bet. qd patrie
qd parentib;.⁹
qd extraneis.

Genes. xiiij.

Ad Hebre. viij

& sacerdotiū de ratione non pariunt caro & sanguis/ cū in altero
 utro creando parentum respectus citra virtutū merita preualere
 non debeat: sed salubria subiectorū fideiū vota. Et cū alterutri⁹
 culminis apicem conscenderit: quis obliuisci debet & affectū car
 nis: & id solū agere quod subditorū sal⁹ exposcit. Subiectis itaq;
 pater sit & maritus/ aut si teneriorem nouerit affectionem vta
 tur ea. Amari magis studeat q̄ timeri/ & se talē illis exhibeat/
 vt vitam eius ex deuotione p̄ferant sue: & icolumitatē illi⁹ quā
 dam publicam reputent vitā. Et ei tunc oīa recte pcedēt: & pau
 corū stipatus obsequio p̄ualebit si opus est aduersus innumera
 biles. Fortis etenī est vt mors dilectio: & cuneus quē funiculi a
 moris constringūt non facile numpitur. ¶ Dorenses cū atheniē
 sibus pugnaturi de euentu prelii oracula consuluerūt: respōsum
 est superiores fore nisi regē atheniensīū occidissent. Cū ventum
 esset in bellū: militibus ante oīa regis custodia precipitur. Athe
 niēsis eo tpe rex codrus erat: qui responso dei et preceptis ho
 stiū cognitis/ mutato regis habitu sarmēta collo gerens: castra
 hostiū ingreditur. Ibi turba obsistentiū a milite quē falce percuss
 serat iterficiē. Cognito regis corpore dorēses sine p̄lio discedūt.
 atq; ita atheniēses/ virtute ducis p̄ salute patrie morti se offerē
 tis/ bello liberantur. ¶ Item ligurgus in regno suo decreta con
 stituens/ populū in obsequia principū/ p̄ncipes ad iustitiā ip̄iorū
 firmavit/ auri argētiq; vsū & oīm scelerū materiā sustulit. Sena
 tū custodiā legū/ populo subeligendi senatū/ potestatem dedit.
 Statuit ḡginē sine dote nubere: vt eligerentur vxores non pecu
 nia. Maximū honorē p̄ gradu etatis senum esse voluit: nec sane
 vsq; terre locū honoratiōrē senectus habet. Deinde vt eternitatē
 suis legibus daret/ iureiurando obligat ciuitatē nihil eos de legi
 bus eius mutatuos anteq̄ reuerteretur. Proficiscitur aut̄ cretā:
 ibi p̄petuū exilium egit: abiciq; moriens ossa sua in mare iussit:
 ne relatis lacedemonē solutos se religione iurisiurādi in dissol
 uendis legib⁹ arbitrarētur. ¶ His quidē exemplis eo libentius
 vtor/ q̄ apostolū paulum eisdē vsū dum atheniensibus predi
 caret inuenio. Studuit predicator egregius iesum xp̄m: & hunc
 crucifixū sic mētibus eorū ingerere: vt per ignominiā crucis/ li
 berationū multorū exēplo gentilium puenisse doceret. Sed &
 ista persuasit fieri non solere nisi in sanguine iustorū: & eorū qui
 populi gererent magistratū. Porro ad liberationē omniū simul
 iudeorum & gentiū nemo sufficiens potuit iueniri: nisi ille cui in
 hereditatē date sūt gentes: & p̄finita est omnis terra possessio

Cantico. viij.
 Ecclesiastes. iij.
 Dorenses.

Codrus rex
 atheniensis.

Ligurgus.

Mō pulchra
 de beato pau
 lo in exaltatio
 ne fidei chri
 stiane.

eius. Hunc autem aliū esse non posse q̄ filium omnipotētis dei
 assenit/cū preter deum/gentes & terras omnes/nemo subege-
 rit. Dū ergo sic crucis ignominiā predicaret vt gētiū paulatim
 euacuetur stultitia:sensim ad dei verbū deiq̄ sapientiā:& ipsū
 etiam diuine maiestatis soliu/xbū fidei/& linguam predicatio-
 nis euexit. Et ne x̄tus euangelii sub carnis ifirmitate uilesceret/
 a scandalo iudeorū/gentiūq̄ stultitia/opera crucifixi que ī fame
 testimonio roborabantur exposuit:cū apud omnes constaret q̄
 ea non posset facere nisi deus. Sed quia multa in vtrāq̄ partem
 crebro fama mētitur:ip̄am iurabat famā q̄ discipuli illi⁹ maio-
 ra faciebant:dū ad vmbra discipuli a quacūq̄ infirmitate sanabā-
 tur egroti. Quid multa? Astutias aristotelis:crisippi acumina
 oīmq̄ philosophorū tendiculas/resurgens mortuus confutabat.
 Decios duces romanorum se pro suis exercitibus deuouisse per
 celebre est. Iulius quoq̄ cesar dux inquit qui non laborat vt mili-
 tibus carus sit/militē nescit amare:nescit hūanitatē ducis in ex-
 ercitu aduersus hostes esse. Idē numq̄ dixit militibus. **I**te huc: sed
 venite. Dicebat enī quia p̄cipatus cū duce labor videtur/militi-
 bus minor. Preterea voluptas corporis eodē auctore vitanda ē.
 Aiebat enī in bello corpora hominū gladiis/in pace voluptati-
 bus vulnerari. Senserat enim gentiū triūphator/voluptatē nul-
 lo modo tā facile superari q̄ fuga:eo q̄ ip̄m qui gētes domuerat/
 veneris nexibus innodauit mulier impudica.

¶ Q̄ diuine legis auctoritate constat principē legi iustitie esse
 subiectum.

Capitulum. IIII.

Sed quid ad emendicata gentiū exempla decurro: que
 tū plurima sunt cū rectius quisq̄ possit ad facienda le-
 gibus q̄ exēplis vrgeri? At ne ip̄m principē vsq̄quaq̄
 solutū legibus opineris/audi quā legem imponat p̄n-
 cipibus rex magnus sup omnē terrā/terribilis & qui aufert sp̄i-
 tū principū. Cū (inquit) ingressus fueris terrā quā domin⁹ deus
 dabit tibi & possederis eam/habitauerisq̄ in illa & dixeris/ con-
 stituā sup me regē sicut habent oēs per circuitū nationes/ eū cō-
 stitues quē dominus deus tuus elegerit de nūero fratru tuorum
 Nō poteris alteri⁹ gētis hoīem regē facere: q̄ nō sit frater tuus.
 Cūq̄ fuerit cōstitut⁹ nō multiplicabit sibi equos nec reducet po-
 pulū in egyptū/eqtat⁹ nūero subleuat⁹: p̄sertim cū dñs preceperit
 vobis: vt nequaq̄ per eandē viā ampli⁹ reuertamini. Non ha-
 bebit vxores plurimas q̄ afficiāt aiām eius: neq̄ argēti & auri ī
 mēsa pondera. Postq̄ autē sederit in solio regni sui describit sibi

ps. xlvj.

ps. lxxv.

Deutero. xvij.

Deuteronomiū legis huius in volumine accipiens exemplar a sacerdotibus leuitice tribus: & habebit secū. Legetq; illud omībus diebus vite sue vt discat timere dñm deū suum: & custodire vba / & cerimonias eius que in lege p̄cepta sūt. Nec eleuetur cor eius in superbiā super fratres suos: neq; declinet in partē dexterā vel sinistram: vt longo tempore regnet ipse & filius eius sup israhel. Nunquid queso nulla lege artatur quem lex ista p̄stringit? Hec utiq; diuina est & impune solui non potest. Singula verba eius si sapiant in auribus principū tonitrua sunt. Taceo de electione & forma eius: que in principis creatione exigitur. Viuē di formulā que ei prescripta est: mecū paulisper attende. Cū inqt furit constitutus qui totius se populi fratrem religionis cultu & affectu charitatis pfiteatur: nō multiplicabit sibi equos quorū numero sit subditis onerosus. Equos equidē multiplicare est: plures q̄ ipsa necessitas exigat vane glorie causa / vel erroris alterius cōgregare. Multum enim & parū si paripateticorū principem sequimur legitime quantitatis diminutionē in singulis renum generibus significant vel excessum. Licebit ne ergo canes multiplicare volucres ve rapaces / aut trices bestias / aut quelibet portēta nature cui equorū qui ad militiā necessarii sunt: & vsum totius vite ex quantitate legitima prefinitus est numerus? Nā de histrionibus / & mimis / scurris / & meretricibus / lenonib; & hmōi prodigiis hominū / que principē oportet potius exterminare q̄ fouere: non fuit in lege mentio facta / que quidē omēs abhominations istas nō modo a principis aula excludit: sed elimiat a populo dei. Equorū nomine totius familie & impedimentoꝝ oīm necessarius intelligitur vsus: cuius legitima quantitas est quā ratio necessitatis aut vtilitatis exposcit. Ita tñ vt vtile & honestū coequetur: & ciuilitas p̄scribat honestis. Philosophis enī iā pridē placuit perniciosiore nullā esse opinionē illoꝝ opinione q̄ vtile separant ab honesto: & sententiā verissimā & vtilissimā esse honestū & vtile in se vsq; quaq; p̄uerti. Plato (vt ferūt hystorie gentiū) cū vidisset dionysiū sicilie tyrannū corporis sui septū custodibus: quod tantū inquit malū fecisti / vt a tā multis necesses habeas custodiri? Hoc utiq; p̄ncipem nō oportet / qui officiis ita sibi omnium vincit affectus vt quisq; subditus pro eo periculis imminentibus caput opponat: cum etiam vrgente natura se pro capite soleant membra exponere. & pellē pro pelle & cūcta que habet homo ponat pro anima sua. ¶ Sequitur nec reducet populum in egyptum equitatus numero subleuatus. Magna si

Cōtra principū pompas & voluptates.

De equis.

*De canibus.
De volucrib;
rapacibus.
De bestiis trucibus.
De histrionib;
De mimis.
De scurris.
De meretricibus & lenonibus.*

Platonis verbum ad dionysium tyrannum custodibus septem.

Job. 13.

quidem diligentia precaendum est omni qui i sublimitate cōstituitur/ne inferiores corrupat exemplis & abusione rerum & per superbie aut luxurie viam/ad confusionis tenebras reducat populum. Frequens est enim vt subditi superiorū vitia imitentur:qa magistratui popul⁹ studet eē pformis:& vn⁹ qsq; libēter appetit in quo aliū cernit illustrem. Celebre est illud versificatoris egregii:sensum & verba magni theodosii exprimentis. In cōmune iubes si quid cēses ve tenendū. Primus iussa subi:tūc obseruantior equi. Fit populus/nec ferre negat: cū viderit ipm auctorē parere sibi. Componitur orbis/regis ad exemplū. Nec sic inflectere sensus humanos edicta valēt/q̄ vita regentis. Mobile mutatur semp cū principe vulgus. Verū singulorū facultates nequaq; copiis oīm adequātur. De loculis ppriis quilibet sumit:at potestas de archa publica vel ciuilio haurit. Que si forte defecerit:ad singulorū recurrit facultates. At qui priuatū quēq; suis necesse est esse contentum. Que si fuerint attenuata q nūc potētis appetebat fulgorē paupertate sordidus/confusionis sue tenebras erubescit. Inde etiam lacedemoniorū decreto/potestati bus in vsu publicorū bonorū pcitas idicta est:dū tñ hereditariis ita & his que pinguiorū fortuna accedūt cōmuni iure vti liceat. ¶ Qz principē castū esse oportet & auariciā declinare. Ca. V. Diecit lex. Nō habebit vxores plurimas que afficiāt animā eius. Licitū quidē fuit quandoq; in populo dei vt ppagande sobolis gratia & fidelē populū dilatādi/plures quis sortiretur vxores. In exemplū licētie hui⁹ occurrūt patriarche:cū fara vsa sit iure suo:corpe. f. abrahe in vtero alieno ancille ministerio de viro suscipiens filiū ysmaelē Iacob quoq; sororū sibi duplicato coniugio: fecūdas earūde ācillas asciiuit. At qui reges ppetue prohibitiōis laqueus tenet & a pluriū vxorū amplexibus arcet:& cum in aliis/plures vnus eē licitum fuerit/in regibus ppetuo vt vna vnus sit obtinet. Nunqd fornicari vel adulterari/stuprū ve licet cōmittere cū pluribus/cū nec etiam generis multiplicandi causa aut pcreandi heredis: liceat vxoribus āmisceri? Quomodo supra/adulteria: aut quilibet fornicationes punit potestas: eisdem subiecta criminib⁹? Nec vxores dauid quisq; obiiciat/qui forte in hoc sicut & in multis aliis speciali priuilegio gaudet:licet facile concesserim / q̄ & ipse in hac pte deliquerit. Sane eum affectus ille vxori⁹ pditiōe & homicidio in adulteriū impedit. Nec in illius excusatione laboro qui pphetica conuentus & conuictus parabola/seipm virū

Theodosi⁹.

Decretū lacedemoniorū.

Deutero. xvij.

De sarra/abraham/r ysmaelē.
De Jacob.

ij. Regū. xj.
De vxoribus dauid.

ij. Regū. xij.

mortis esse respondit. Habes itaq; regē cum regibus delinquentem/ & vtiā cum penitente peniteant & fateantur cū confitente culpam: & satisfaciētes cū satisfaciēte reuertantur ad vitā. Ipsam quoq; sapientiam salomonis mulierum infatuauit amor.

C Sequitur/ ne habebit argenti & auri in mensa pondera. Eant nunc & domino prohibente argētum sibi & aurū thesaurizēt facientes ex calumnia questum/ de paupertatibus aliorum abundantiam querāt: de rapinis diuitias/ & singularem sibi beatitudinem statuunt in calamitate multorū. Sed copiam salomonis obiicit aliquis. Esto/ principem locupletem fieri nō prohibeo/ s; auarum. Nonne aurum & argentum tempore salomonis viluerunt? Non utiq; viluissent si eorū immensa pondera & q̄vsum excederent sibi rex cupidus congesisset. Potuerat ea in terra de fodiens quo cariora fierent humanis vsibus subtrahisse. Apud petroniū trimalchio refert fabrum fuisse qui vitrea vasa faceret tenacitatis tante vt non magis q̄ aurea vel argentea frangerentur. Cum ergo fialam huiusmōi de vitro purissimo & solo vt putabat dignā cesare fabricasset/ cum munere suo cesarē adiens admissus est. Laudata est species muneris/ commendata manus artificis: acceptata est deuotio donantis. Faber nō vt admiratio nē intuentiū verteret in stuporē: & sibi pleniq; conciliaret grām imperatoris/ petita de manu cesaris fialā recepit: eāq; validiq; percussit in pavimentū tāto impetu vt nec solidissima et p̄stātissima eris materia illesa maneret. Cesar autē ad hec nō magis stupuit q̄ expauit. At ille de terra sustulit fialā q̄ quidem non fracta erat: sed collisa/ ac si eris substantia vitri speciem induisset. Deinde martiolum de sinu proferēs/ vitium correxit aptissime: & tanq̄ collisum vas ereum crebris ictibus reparauit. Quo facto se celus iouis tenere arbitratus est eo q̄ familiaritatem cesaris/ & ammirationē omniū se p̄meruisse credebat. Sed secus accidit. Quesiuit enim cesar an alius sciret hanc conditurā vitreorū. Qd̄ cum negaret/ eum decollari precepit impator dicens: quia si hoc artificii innotesceret/ aurū et argētum vilesceret quasi lutū. An vera sit relatio & fidelis incertū est/ & de facto cesar/ diuersi diuersa sentiunt. Ego vero sapientiorum nō preiudicans intellectui: deuotionē potentis artificis male remuneratā arbitror: & inutiliter humano generi prospectū/ cum ars egregia deleta sit vt fomes auaricie/ pabulū mortis/ cōtentionū preliorūq; causa pecunia/ pecunieq; materia sentiretur in precio qd̄ sine diligētia hominis fuerat habitura/ cum sine se esse non possit qui rerum pre

iii. Regū. vi. & sequētib?

De fabro q̄ fecit & obtulit cesari fialam vitream nō frangibile/ et eius remuneratiōe

Policratici de Curialiū nugis.

De decreto ligurgi in lacedemonia.
Pythagore doctrina.

cium est. Vtiq; in precio precium nunc est dat census honores. Census amicitias paup vbiq; iacet. Longe vtilius quidā omnē materiā iurgiorū: & causam odii a suis rebus publicis exterminare studuerūt vt causa deficiente effectus malicie euanesceret. Quale est decretum ligurgi apud lacedemonios: & in antiqua grecia que nūc pars ventalie est: famii doctrina pictagore qui cōstitutionum suarum robore & virtute traditur totā seruasse italiā. Vtinam aurum cum argēto vilescat: dum sit sola virtus in precio: & illa quorum vsum optima dux viuendi natura cōmedat. Pauper itaq; nō iacebit/nec diues solius pecunie bñficio honorabitur dum vnusquisq; sui ipsius dote in precio erit vel vilescet. Porro quedam a se/quedā ab aliorū opinione habēt p̄cii dignitatem. Panis siquidem aut victualia que in alimentis aut indumentis necessariis constant dictante natura sunt vbiq; terrarū in precio. Que sensus oblectāt naturaliter oībus grata sūt. Quid multa? Que nature sūt/nō modo eadē s; vigēt apud oēs. Que opinionis arbitriū sequūtur incerta sūt/& sicut ad placitū sūt ita & ad placitū euanescūt. Nō fuerat ergo timēdū ipatori ne materia cōmerciorū deficeret:cū etiā adhuc apud illos venaliciū frequēs sit q; pecuniā nō nouerūt. Scio equidē tāte sapiētie fuisse salomonē: vt nūq; timuerit/ne aurū & argentū vilesceret posteris quorū naturam videbat esse famelicā & p parte maxima nihil aliud q; pecuniam esurire. Vnde p inspiratā sapiētiam hanc rubiginē rex contēpsit egregius: vt ad contēptū pecunie sui ipsius exēplo posteros inuitaret. Preterea esse regem expedit copiosū ita tamē vt diuitias suas populi reputet. Non habebit diuitias quas nomine possidet alieno/nec sibi priuata erūt bona fiscalia que publica confiteēt. Nec mix; cū nec ipse suus sit/sed subditorū. ¶ Q; debet legem dei habere pre mēte & oculis semper. & peritus esse in litteris:& litteratorū agi cōsiliis. Caplm. VI.

Dostq; autem sederit i solio regni sui describet sibi deuteronomiū legis huius in volumine. Ecce quia princeps nō debet esse ignarus iuris/& licet multis priuilegiis gaudeat/nec militie p̄textu legē dñi p̄mittitur ignorare. Describet ergo deuteronomiū legis. i. secundam legē in volumine cordis vt sit lex prima quā littera ingerit/secunda quam ex ea mysticus intellectus agnoscit/ prima siquidē scribi potuit lapideis tabulis/sed secunda non imprimitur nisi in puriore intelligentiā mentis. Et recte in volumine deuteronomiū scribitur quia sic apud se sensum legis princeps reuoluit/q; ab oculis eius

littera nō recedit. Et sic quidē insistit littere vt nequaquā ab intel-
lectus discordet puritate. Littera nāq; occidit spiritus viuificat: *ij. Corin. iij.*
& penes ipsum humani iuris & equitatis/ media interpretatio
necessaria & generalis extat. Accipiens (inquit) exēpla a sacer-
dotibus leuitice tribus/recte quidem omnium leguz inanis est
censura/ si non diuine legis imaginem gerat. & inutilis est con-
stitutio principis/ si non est ecclesiastice discipline conformis.
Qz & xpianissimum non latuit principem qui legibus suis indi-
xit/ ne dedignentur sacros canones imitari. Et non modo sacer-
dotum exemplaria peti precipit/ sed ad leuiticam tribū mutua-
di gratia principem mittit. Sic enim legitimi sacerdotes audi-
endi sunt/ vt reprobis et ascendentibus ex aduerso/ omnem vir-
iustus claudat aditum. Sed qui sunt sacerdotes leuitice tribus?
Illi utiq; quos sine auaritie stimulis/ sine ambitionis impulsu/ si-
ne affectione carnis & sanguinis lex in ecclesiā introduxit. Nō
autem lex littere que mortificat/ sed spiritus q̄ in sanctitate mē-
tis/ mundicia corporis/ fidei sinceritate/ & operibus charitatis/
viuificat. Sicut enim vmbatilis lex/ & gerens omnia figurali-
ter sacerdotes in singularitate carnis & sanguinis preelegit: sic
postq̄ cessantibus vmbis/ veritas patefacta est/ & iustitia de ce-
lo prospexit: quos vite commendat merituz/ & bone opinionis
odor & vnitas fidelium/ aut prelatorum prouidens diligentia/
in opus ministerii segregauit: spiritus applicat ad leuiticam tri-
bum/ & legitimos instituit sacerdotes. Adicitur/ & habebit
secum/ legetq; illud omnibus diebus vite sue. Attende quanta
debeat esse diligentia principis in lege domini custodienda: qui
eā semper habere/ legere precipitur/ & reuoluere: sicut rex regū
factus ex muliere/ factus sub lege/ omnem impleuit iustitiaz le-
gis/ ei non necessitate/ sed voluntate subiectus: quia in lege vo-
luntas eius: & in lege domini meditatus est die ac nocte. Qz si
ille in hac parte non creditur imitandus/ qui non regum gloriā:
sed fidelium amplexus est paupertatē/ & indutus forma seruili re-
clinatorium capiti nō quesuit in terris/ & interrogatus a iudice
regnum suum de hoc mundo non esse confessus est: pficiāt vel
exempla regum illustriū: quorū memoria in benedictione est.
Procedāt ergo de castris israel dauid/ ezechias & iosyas & cete-
ri q̄ in eo sibi regni gliaz cōstare credebāt: si dei querētes gloriā:
se & subditos diuine legis nexib⁹ innodarēt. Et ne illorū remota
videāt exēpla: & ex eo seq̄nda min⁹ q̄ a lege eorū & ritu opū &
religiōis cultū & fidei/ pfessiōe aliquātisp̄ videmur abscedere: l3

Mō de progat-
tius legis diui-
ne et canonicē
sc3 ciuile legē.

Hebre. x. Jo. s.
ps. lxxxiiij.

Ad gala. x.
ps. i.

Philip. ij.
Luce. ix.
Joan. xvij.

Polícratíci de Curialiū nugis.

Ps. lxxxiiij.

vt. l. de legi. l.
leges sacratissí-
sime.

Justinian^o et
leo leges spar-
sas redigerunt
in unū.

Theodosi^o im-
perator^{is} q̄liter
obediuit Am-
brosio medio-
lanensi.

Sapientie. vii.

nobis & illis eadem fides sit: ita tamen vt quod illi futurū expe-
ctabant: nos ex pte magna gaudeamus & veneremur expletū/
abiectis tm̄ vmbri figurarum / ex quo veritas de terra orta est /
& in conspectu gentiū reuelata. Ne inq̄ illorū quasi aliena aut p-
phana contēnantur exempla / constantinus noster / theodosius /
iustinianus / & leo / & alii xp̄ianissimi principes / principē possūt
instruere xp̄ianū. In eo nāq̄ precipuam operā dabāt vt sacratis-
sime leges que constringunt omniū vitas scirentur & tenerētur
ab hominibus / nec illarum esset quisq̄ ignarus / nisi aut publica
utilitate / erroris dispendium cōpensaret / aut miseratione etatis
aut sexus infirmitate / legitime acerbitatis euitet aculeos. Illo-
rum itaq̄ gesta / virtutum incitamenta sūt: verba quot sunt: tot
institutiones morū. Deniq̄ vitam vitis subiugatis et captiuas
tis / quasi arcum triumphalem consecratum posteritati / magni-
fice virtutis titulis erexerunt fidei confessione predicantes in
omnibus / quia non manus nostra excelsa sed dominus fecit hec
omnia. Et quidem constantinus romana ecclesia fundata & do-
tata (vt cetera eius taceantur egregia) benedictiōe perpetua in-
signis est. Iustinianus & leo qui fuerint / ex eo claret q̄ totum or-
bem sacratissimis legibus enucleatis quasi quoddam templum
iustitie sacrare studuerunt. Nam de theodosio quid dicam? quē
isti virtutis habuerunt exemplar: & ecclesia dei ob religionis &
iustitie venerabilem notā / & sacerdotibus patientissime tamen
& humillime indignantem nō mō vt impatorem venerata est:
sed vt antistitem qui leges tulerat q̄ patienter tulit sententiā sa-
cerdotis mediolanensis. Et ne sententiam emolliti presbyteri &
principibus applaudētis fuisse teneram putes a regaliū vsu sus-
sensus est princeps / exclusus ab ecclesia & penitentiā coact^{us} est
explere solemnē. Sed quid eum tāte necessitati subiecerat? Vo-
luntas utiq̄ subiecta iustitie dei: & legi eius vsq̄ quaq̄ obtēpans
Et nisi que metrica leuitate scribūtur duxeris habenda contem-
ptui ex his quibus filiū instruit & apud claudianū quis ipse ī sa-
crario morū extiterit paucis agnosces. Ceterū cum p̄misse legis
vba reuoluo / singula mihi vidētur onusta / & quasi spiritu intel-
ligētē secundata / menti occurrunt. Habebit ergo inquit secū le-
gem / puidēs ne ad dānatiōem suam cū eam habere necesse sit /
habeat contra se. Potentes etenim potēter tormenta patientur.
Et adiecit. Legatq̄ illud. Legē siquidē habere in mantica parū
pdest nisi fideliter custodiatur in aīa. Legē da ergo est omnib^{us}
diētus vite sue. Ex q̄bus liquido cōstat q̄ necessaria sit p̄ncipib^{us}

peritia litterarū qui legē dñi quotidie reuoluere lectiōe iubent.
 Et forte q̄ sacerdotes legem quotidie legere iubeant nō frequē
 ter inuenies. Princeps nōo quotidie legit & cūctis dieb⁹ vite sue.
 Quia qua die nō legerit legē/ei nō dies vite sed mort⁹ est. Hoc
 utiq; sine difficultate illitterat⁹ nō faciet. Vñ & in litteris quas
 regē romanorū ad francorū regem transmisisse recolo: q̄b⁹ hor-
 tabatur/ vt liberos suos liberalibus disciplinis institui pcuraret:
 hoc iter cetera eleganter adiecit/ quia rex illitterat⁹ est q̄si a sin⁹
 coronatus. Si tamen ex dispensatione/ ob egregie virtutis me-
 ritū principē contingat esse nō litteratū eundē agi litteratorum
 cōsiliū vt ei res recte procedat necesse est. Assistant ergo ei na-
 than ppheta & sadoch sacerdos/ et fideles filii pphetarū/ qui eū
 a lege dei diuertere nō patiātur/ & quā ip̄e oculis animo nō ostē-
 dit/ linguis suis introducant quasi quodā auriū hostio litterati.
 Legat itaq; mens principis in lingua sacerdotis: & quicq; egre-
 giū videt in moribus/ quasi legē dñi veneret. Nā vita & lingua
 sacerdotū quasi quidā vite liber est ī facie populorū. Eo forte spe-
 ctat q̄ exemplar legis a sacerdotibus leuitice tribus iubetur as-
 sumi/ quia predicatione eorū debz positas cōmissi magistratus
 gubernacula moderari. Nec ex ps oīno lectiōis ē/ q̄ & si ipse non
 legit que legūtur ab aliis fideliter audit. Qui vero neutrū facit
 quō incrementū precepti qd̄ p̄cipitur fideliter adimplebit⁹. Con-
 cursus nāq; desiderabiliū omniū sapientie accessio est. Ptholo-
 meus ad cumulū beatitudinis nōne sibi deesse aliquid credidit
 donec assitis septuaginta interpretibus licet gentilis esset legeꝝ
 domini grecis communicauit⁹. Nihil enim refert an̄ interptes
 in eadē cellula clausi cōtulerint an̄ pphetauerit in diuersis dum
 cōstet regē in veritatis inquisitione sollicitū legē dñi in greciā tra-
 iecisse. In acticis noctibus legisse me memini q̄ cū philippi ma-
 cedonis morū legantur in signia/ inter cetera litteratoriū studiū
 quasi belli negocia/ & victoriarū triūphos liberalitatē mēse/ hu-
 manitatis officiū & quecūq; lepide comicāq; dicta sūt colorauit.
 Verū & hoc ipsum in quo se aliis excellentiore nouerat: quasi bo-
 norū hereditariorū fundamentū ad vnicū quē sperabat regni &
 felicitatis futurū heredē/ transmittere curauit. Ob hanc causam
 eplā eius destinata aristoteli nup̄ nati alexādri/ vt sperabat ma-
 gistro visa est exscribēda. Est igitur concepta ad hanc ferme sen-
 tentiā. Philippus aristoteli salutē: filiū mihi genitū scito: q̄ equi-
 dem diis habeo grām/ nō pinde quia nat⁹ est: q̄ pro eo q̄ eū na-
 sci p̄tigūt tēporibus vite tue. Spero etenī fore vt educatus erudi-



Nathan.
Sadoch.

Sacerdotes
q̄les eē debent

Ptholomeus

In lib. noctiū
acticarū q̄ fuit
Agellij.

Policratici de Curialiū nugis.

- tusq; a te dignus existat / & nobis / & rerū istarū susceptione. Romanos imperatores / aut duces / dū eorū res publica viguit: illiteratos extitisse non memini. Et nescio quō contigit q̄ ex quo in p̄ncipibus virtus laequit litterarū / armate quoq; militie ifirmata est man⁹: & ip̄ius principatus quasi precisa radix. Nec minime cū sine sapiētia / nullus stare aut esse valeat p̄ncipat⁹: q̄a sapiētia dei dixit. Sine me nihil potestis facere. Socrates apollinis oraculo sapiētissim⁹ iudicatus est: & qui sine p̄dictione septē illos q̄ dicti sūt sapiētes icōpabiliter antecessit / nō in opiniōe sapiētie: s; virtute. Tūc demū res publicas fore beatas asseruit: si eas philosophi regerent / aut rectores earū studere sapientie contigisset.
- Socrates sapiētissimus.** Et si tibi socratis videtur cōtēnēda auctoritas. Per me (inquit) sapiētia / reges regnant: & conditores legū iusta decernūt: p̄ me p̄ncipes imperāt & potētes decernūt iustitiā. Ego diligētes me diligo / & qui mane vigilant ad me iuenient me. Mecū sunt diuitie / & gloria opes superbe: & iustitia. Melior est fructus me⁹ auro & lapide precioso genimina mea argēto electo. In viis iustitie abulo / ī medio semitarū iudicii: vt ditem diligētes me / & thesauros illorū repleā. Itē meū est consiliū & equitas / mea est prudētia / mea est fortitudo. Et alibi. Accipite disciplinā: & non pecuniā: doctrinā magis q̄ aurū eligit. Melior est enī sapiētia cūctis opibus preciosissimis / & om̄e desiderabile ei nō pōt cōparari. Cū gētes nihil sine nutu numinū crederēt faciendū / vnum tamen quasi deū deorū & omniū principem excolebant. s. sapiētiam: eo q̄ ipsa oībus preest. Vnde & philosophi veteres imaginem sapientie pre foribus omniū templorū pingi: & hec v̄ba scribere debere censuerūt. Vnus me genuit / peperit memoria: sophiā me vocant graii: vos sapientiā. Et hec itē. ego odi hoīes stultos / & ignaua opa: & philosophicas snias. Et quidē elegant illi ista finxerūt licet veritatē ip̄am plene non nouerūt ad eā tamen aliquatenus accedentes / dū sapiētia oīm que recte fiūt / ducem ac p̄ncipem arbitrant: cū & ip̄a veraciter gloriatur q̄ in oī gente & populo a principio primatū tenuit / superborū & sublimiū colla pp̄ria virtute calcans. Salomō quoq; se / eā sup salutē / & oīa pulchra dilexisse fatef: & ad ip̄z cū ea bona oīa accessisse.
- Philosophorū veterū verba q̄ ad statuā sapiētie scribi censuerunt.** ¶ Q̄ timorē dei docere debet / & hūilis esse / & sic sentire humilitatem q̄ auctoritas publica non minuat: & q̄ preceptorū alia mobilia / alia immobilia. Capitulū. VII
- Deutero. xvij.** Eqtur vt discat timere dominū deū suū / & custodire v̄ba eius que in lege precepta sunt. Causā legitime ob-

seruationis lex ipsa subiungit. Vt discat (inquit) Diligens namque legislator legis discipulus est / non magister. Nec ad sensum suum captiuatam retorquet legem: sed menti eius & integritati sensus suos accommodat. Sed discipulus iste quid discit? Vtique timere dominum deum suum. Recte quidem / eo quod sapientia parit / & firmat principatum. At qui initium sapientie timor domini. Qui ergo timoris non initium gradu / frustra ad legitimum principatus culmen aspirat. Legittimum inquam / quia de quibusdam dum alleuantur deiectis & miserius deieciendis / scriptum est. Isti regnauerunt & non ex me: principes extiterunt / & ego ignoravi. & alibi. Tenentes legem nescierunt sapientiam. Timeat ergo princeps dominum & se propterea humilitate mentis / & pia exhibitione operis seruum profiteatur. Dominus etenim / seruus dominus est. Seruus itaque domino princeps: dum conferuis suis subditis. scilicet fideliter seruit. Sed & dominum deum esse agnoscat / cui non plures timoris ex maiestate / quam amoris ex pietate exhibendum est. Pater etenim est & cui nulla creatura / ipsius faciente merito / negare potest dilectionis affectum. Si ego (inquit) dominus sum / ubi est timor meus? Si pater sum: ubi est amor meus. Verba quoque legis custodienda sunt quod ex primo timoris gradu quadam quasi virtutum scala felici procedit ascensu. Dilectio (inquit) illius / custodia legum est: quia omnis sapientia timor domini. Porro qui timet deum faciet bona / & qui contumens est iustitie apprehendet illam / & obuiabit illi quasi mater honorificata. Sed que verba tanta diligentia custodiet? Vtique que precepta sunt in lege / ut apud iudicem iota vel apex legis non cadat in terram: quod non ille propriis vel manibus subiectionum excipiat. Sunt autem precepta quedam perpetua habentia necessitate. Apud omnes gentes legitima: & que omnino impune solui non possunt. Ante legem: sub lege. sub gratia: omnes lex vna constringit. Quod tibi non vis fieri alii ne feceris / & quod tibi vis fieri faciendum / hoc facias aliis. Procedant nunc dealbatores potentium / susurrant / aut si hoc parum est publice preconentur principem non esse legi subiectum: sed quod ei placet non modo in iure secundum formam equitatis concedendo: sed qualitercumque / legis habere vigorem. Regem quem legis nexibus subtrahunt si volunt & audent ex legem faciant / ego non modo his renitentibus: sed mundo reclamante / ipsos hac lege teneri confirmo. In quo enim (inquit qui nec fallit nec fallitur) iudicio iudicaueritis / iudicabimini. Et certe iudicium grauissimum in his qui presunt fiet eo quod mensura bona: proferta / coagitata: et superflua reddet in sinus eorum. Nec tamen dispensationem legis subtraham manibus prestantium: sed perpetua preceptione aut prohibitione hantia / libito eorum nequaquam ar-

Prouer. i. r. ix.
Et Eccl. i.

Isa. viii.
Hier. ii.

Malach. i.
Ibidem.

Sapientie. vii.
Eccl. xix.
Eccl. xv.

i. dist. in pn de
cre.
ix. dist. iusti et
insti. de iure
na. gen. r. ciuili
li. §. qd princi
pum.

Matth. vii.
Sapientie. vii.
Luce. vi.

Legis dispensatio.

Policratici de Curialiū nugis.

Deutero. xvij.

**Jacobi. iij.
i. Petri. v.
ps. xxxv.**

Luce. xiiij.

Tarquinius.

Abiectio vltima.

**ff. de offi. pfi.
l. obseruandū.
in pn. vsq; ibi.
venereſ ergo.**

**Taurus philoſophus.
Inter filium/
magistratū / &
patrē priuatū
qualiter ſit faciendum.**

bitrot supponenda. In his itaq; dūtaxat que mobilia sunt / dispē-
satio verborū admittitur / ita tñ vt cōpensatione honestatis aut
utilitatis / mēs legis integra conseruetur. Nec eleuet (inqt) cor
eius in superbiā super fratres suos. Qd p̄cipue necessariū est / se-
pius replicat / eo q̄ hūilitas nunq̄ satis cōmendata videtur prin-
cipibus: & difficillimū est vt gradus honoris tumorē non pariat
in aīo imprudētis. Supbis vtiq; resistit deus: & hūilibus dat gra-
tiam. Proinde ergo rex oret ne veniat ei pes supbie / quia in eo
cecidērūt qui opantur iniquitatem expulsi sunt / nec potuerūt sta-
re. Nō itaq; superbiat sup fratres: sed cū fratrū memierit / frater-
nū subiectis omnibus impendat affectum. Et quidē prudenter:
humilitatē / cū discretionē & charitate / idicet p̄ncipib⁹: quia sine
istis omnino subsistere nō pōt principatus. Quisquis ergo gra-
dum proprie celsitudinis amat: humilitatis cultū in moribus di-
ligētissime teneat. Nā qui ab humilitatis opib⁹ recedit / a digni-
tatis sue fastigio tumoris pondere cadit. Obtinet enī perpetuo /
quia qui se humiliat exaltabitur: & vice versa qui se exaltat de-
primeſ. Regē romanorū nouissimū tarquiniū / fecit esse supbia:
& ei ab hūilitate magis necessarios substituit magistratus. De
niq; quē superborū legisti regnare diutius? Eorū nāq; qui per su-
perbiā ceciderūt / hystoria copiosa est. Nec tamen eateus su-
perbiā vitet vt incidat in contēptū / quia sicut elatio ita et abie-
ctio declinanda est. Vñ & in iure romano cautū est / vt q̄ ius red-
dit se quidē in adeundo facilē prebeat: cōtēni tamen nō patiat.
Mandatis quoq; adiicitur ne presides p̄uinciarū in vltiorem
familiaritatē p̄uinciales admittāt / eo q̄ ex conuersatione eorū
li contēptio nascitur dignitatis. Veneretur ergo in publico po-
puli maiestātē: & apud se priuate conditionis statū pariter me-
tiatur. Hoc ipsū antiquis philosophorum documentis faciendū
agnosce. Ad philosophū taurū / athenas visendi cognoscendiq;
eius gratia venerunt pariter crete p̄uincie preses / & pater eius
sed priuatus. Taurus veniētib⁹ placide assurrexit / reseditq; post
mutuā salutationē. Allata est mox vna sella que in prōptu erat:
& dū alie promebantur apposita est. Inuitant ergo taurus pa-
trem presidis vt federet. At ille. Sedeat hic potius qui romani
populi magistratus est. Absq; preiudicio (inquit) taurus / tu in-
terea sede dū cōspicim⁹ q̄rimusq; qd cōueniat. te ne poti⁹ sedere
qui pater es / an filiū qui gerit romani populi magistratū? Cum
pater assedisſet appositūq; eēt aliud filio: super eadem re: tauris
his qui cōuenerant verbum fecit cum sūma boni: equi: honorū

atq; officiorum ppenfatione. Eorū verborū sentētia hec hec fuit *Tauri philoso
phi verba.*
In publicis locis atq; muneribus: patrū iura: causa filiorū qui in
magistratu aut potestatibus sunt collata: interquiescere paulu-
lū & cōuenire: sed cum extra rēpublicam in domestica re & vita
sedeatur: ambuletur: in cōuuiuo quoq; discūbatur familiari: tūc
iter filiū magistratū: & patrē priuatū/publicos honores cessare:
naturales & genuos exoriri. Hec ergo inquit taur⁹ q̄ ad me ve-
nist: q̄ nūc loqmur q̄ de officiis disertam⁹ puata actio est. Itaq;
tu pater vtere his honorib⁹ p̄us: quib⁹ quoq; domi vestre te vt
priorū decet. Hec ergo generaliter mgratibus psuadenda arbi-
tror: vt in splendore publice dignitatis memores sint p̄pe cōdi-
tionis: & sic attendant pprie conditionis statū: vt nō deueniēt
publice dignitatis gradū: sic collati sibi honoris integritatē ser-
uēt vt aliorū nō minuāt dignitatē: & sic puata quisq; polleat di-
gnitate: vt nō fiat iniuria publice potestati.

C De moderatione iustitie & clementie principis que debent
in eo ad vtilitatem reipublice cōtemperari. Ca. VIII.

Nbtineat ergo in principe qd̄ debet in oibus obtinere
Nemo que sua sunt querat: sed que aliorū. verūtamē *Ad philip. ii*
ipfius affectionis modus: quo charitatis brachiis: sub
iectos vt fratres amplexatur moderatiōis limitibus
clauditur: sic etenī fratres diligit: q̄ errores eorū medicinalit̄ cor-
rigit: sic in eis carnem agnoscit & sanguinē: vt ea spūs subiiciat
ditioni. Medicorū vtiq; consuetudo est vt morbos quos fomen- *Medici non
vtunt grauib⁹
nisi cum leuis
nō p̄sunt.*
tis & leuioribus medicinis curare nequeunt: grauioribus adhi-
bitis: igne puta vel ferro curent. Nec vnq̄ vtuntur grauibus: nisi
cū leuū beneficio desiderata sanitas desperatur. Sic et potestas
cū inferiorū vitia mansueta manu curare non sufficit: penarum
acrimoniā dolēs recte vulneribus infundit: & pia crudelitate se-
uit in malos dum bonorū icolumitas procuratur. Sed quis sine
dolore: propriū corporis mēbra valuit āputare? Dolet ergo cū
exigētib⁹ culpis vindicta exposcitur ea tñ peragit in vita dex-
tera. Sinistram nāq; non habet princeps: & in cruciatu mēbroꝝ
corporis cuius ip̄e caput est: legi tristis & gemēs famulat. Phi-
lippus cū audisset phificiā quendā bonū pugnatorē alienatū aio *phificia bo-
nus pugnator
fuit.*
ei fore inimicū eo q̄ tres filias inops vix aleret: nec a rege adiu-
uaretur: monētibus amicis vt eū caueret: qd̄ (inqt) philippus si
haberē ptem corporis egrā: abscinderē ne poti⁹ q̄ curarē? Deīde
familiariter secreto illicitū phificiā: accepta difficultate necessi-

Polícrátici de Curialiū nugis.

tatū domesticarū/pecūia sufficiēter instruxit:& meliorē fidelio
reſq̄ habuit q̄ fuerit atēq̄ crederetur offensus. Vt enī ait lucius.
Principē senē moribus esse oportet:& qui moderatiora sequat̄
cōsilia:& vicē gerere medicorū:qui morbos curāt nūc exinanī-
tione in repletis nunc refectioe in vacuis:& dolorē sedāt/nunc
cauterio nūc fomētis. Preterea fit in verbo affabilis: munificus
in bñficiis:& integre auctoritatis:seruet in morib⁹ dignitatem
famā nāq̄ benignitatis/cōciliat sermo bon⁹:& lingua gratiosa:
amorem fidelissimū & constantissimū etiā a durioribus extor-
quent beneficia:& quē fecere fouēt & solidant:& morū dignita-
ti debetur reuerentia subditorū. Egregie quidā traianus gētiliū
optimus augustorū:arguētibus eū amicis q̄ in oēs nimīū & vl-
tra q̄ impatorē deceat ratiōis esset:respondit se talē velle impa-
torē esse priuatis:quales imperatores sibi esse priuatus optasset
Vnde & relatu plinii secundi amonitus: qui tunc inter ceteros
iudices psecutor ecclesie destinat⁹ erat:a nece martyriū persecu-
tionis gladiū reuocans:edictū tēperauit. Et forte cum fidelibus
egisset mitius nisi decessorū suorū legibus & exēplis & prudētis-
um vt putabatur consilio & auctoritate iudicium ad delēdā se-
ctam hominū opinione publica supsticiosam & vere religionis
inimicā inuitaret. Nec tñ vsq̄quaq̄ cōmendo iustitiā hoīs qui
xpm ignorabat:s; culpā ipius extenuo qui aliorū excedebat im-
pulsu:& ad bñficiū miserendūq; pprie pietatis agebatur instin-
ctu:natura clemēs in omēs:austerus in paucos:quibus pccere ne-
phas esset:adeo vt totius imperii sui curriculo nisi vn⁹ dān atus
sit senatori:nobiliū ve vrbs:licet inueniantur plurimi in ipsum
grauius deliquisse. Hic autē a senatu dānatus est ignorāte traia-
no. Dicebat enī insanū eē eū qui oculos si habeat lippietes eos
malit effodere q̄ curare. Aiebat & vngues si acriores fuerūt re-
secandos esse non auellendos. Si enī cytharedus aliiq; fidicines
multa diligētia pcurant quō oberrantis corde cōpescant vitium
& eandē aliis vnanimē reddāt:faciātq; dulcissimā dissidentium
consonātiā:cordis nō ruptis sed tensis pportionalit̄ vl̄ remissis/
q̄nta sollicitudinē oportet principē moderari:nūc rigore iustitie:
nūc remissione clemētie:vt subditos faciat quasi vnanimēs esse
in domo/& quasi discordantiū in ministeriū pacis et charitatis
opibus vnā faciat pfectā & maximā armoniā. Hoc autē certum
est quia tutius ē cordas remitti intensius q̄ ptendi. Remissarū
nāq; intensio artificis pitia conualescit:& debitā soni reddit gra-
tiā:sed que semel rupta est/nullo artificio reparat. Profecto si

De traiano et
laudib⁹ eius.

Comparatio
pulchra de ci-
tharedo.

sonus exigitur quem non habent: frustra tenduntur: & sepe citius venit ad nullum quā ad sonum: scilicet qui nimis exigitur. Ait ethicus. Est piger ad penas princeps/ad premia velox. Quique dolet quotiens cogitur esse ferox. Alterum namque iustitie: alterum pietatis est: que adeo principi necessaria sunt ut quisquis sine illis non modo principatum sed quemlibet magistratum vendicat: frustra seipsum irrideat: sed & aliorum in se prouocat risum contemptum & odium. *Mia (ingt) & vitas non te deserat: circūda eas gutturi tuo & scribe eas in tabulis cordis tui: & iuenies gratiā & disciplinā bonā corā deo & hoibus. Gratia namque debet mīe: iustitie disciplina. Utique gratia & amor subiectorū quā diuina pducit grā: instrumentū optimū est oīm gerendorū. S3 & amor sine disciplina nō proficit: quia cessate iustitie stimulo: populus se in illicita resoluit. Meditatur ergo iugiter sapientiā: & de ea sic iustitiā opatur quod lex demētie semp est in lingua ei⁹: & sic demētia tēperat vigore iustitie: quod lingua eius iudiciū loquitur. Officio namque eius iustitia in iudiciū vertitur: ea quidē necessitate: ut vacare nō liceat quin seipsum sibi collato destituat honore. Honor etenim regis iudiciū diligit: & delinquentium culpas tranquilla mētis moderatiōe cōpescit. De magistratuū moderatiōe libri fertur scripsisse plutarchus qui inscribit archigramatō: & magistratū sue urbis ad patiētiam: & iustitie cultū/ & his instituisse dicit & exēplis. Hic autē seruū habebat hominē nequū & cōtumacē: sed liberalib⁹ disciplinis eruditū egregie: & exercitatus satis in disputationib⁹ philosophicis. Contigit ut ob nescio quā noxam ei tunica detrahi cediq; iuberet plutarch⁹: loro cepat verberari duriuscule. Cū tamē vificiare culpā dicens: se nihil egisse mali: nihil sceleris admisisse: & obloq̄bat se multis demeruisse obsequiis ut vapularet. Postremo cū non proficeret: vociferari cepit: & iter vapulādū iā nō quimonias & gemit⁹ eiulatusq;: s3 & verba seua & obiurgatoria ioculabat: nec ita se habere plutarchū ut philosophū deceret: irasci turpe esse ei p̄sertim quod de malo ire sepi⁹ discertauerat/ libruq; pulcherrimū scripserat de patientia. Adiciebat eē p̄brosū quod doctrinā suā morib⁹ ipugnabat: eo quod a mētis integritate plapsus: effusus & prouolut⁹ in irā: plurimis plagis mulcicaret innoxium. Ad hec plutarchus/ lente quidē: et leniter & summa cum grauitate. Nūquid quod vapulas tibi irasci videor? est ne ira mea si a me debitū recipi? ex vultu ne meo an ex voce/ an ex colore/ an ēt ex & his ira me corruptū itelligis aut cor reptū? mihi quidē neque oculi opior truces sūt: neque os turbidū: neque*

Prouerb. iij.

Prouerb. xj.

De plutarcho
quod fecit librum
archigramaton
et eius moderatiōe discipline.Plutarch⁹
libru scripsit de
patientia.

Polícratici de Curialiū nugis.

imaniter clamo. neq; in spumā ruborēq; feruesco: neq; pudenda dico aut penitēda: neq; oīno trepido ira/aut gestio. Hec oīa q; pe (si nescis) signa irarū esse solēt. Et simul ad eū q; cedebat conuersus. Interī (inquit) dū ego atq; hic disputamus: tu hec age: & sine iracundia mea retūde feruēte contumaciā/ & iniquū magis penitere doceas q; iurgare. Sic plutarch⁹. In quo non nihil eruditionis relictum est omnibus qui in sublimitate sunt.

¶ Quid sit declinare ad dexteram vel sinistram quod p̄iceps prohibetur. Capitulum. IX.

Deutero. xvij.

Sequitur. Neq; declinet in partem dexterā vel sinistrā Ad dexterā declinare ē virtutib⁹ ipis vehemēter insistere: ad dexterā declinare ē: in virtutis opibus: q; in modo consistit: modū excedere. Oīs hōvehemētia salutis inimica est: & excessus oīs in culpa: bonarūq; rerū p̄suetudo nimia pessima est. Vñ ethicus. Infani sapiēs nomen feret: equus iniq;. Ultra q; satis est/ virtutū si petat ipam. Et philosoph⁹. Caue qd ē nimii: quia si hec ipsa cautela modestiā deserit: eo ipō a tramite virtutis incaute recedit. Salomon quoq;. Noli (inquit) nimis eē iustus. Quid ergo nimii prodest si regina virtutum iustitia: in sui nimietate obest? Alibi quoq;. Nimia hūilitas maxima p̄superbie est. Ad sinistrā declinare est per abrupta vitiorū a via virtutū deuiare. Item. deflectitur ad sinistrā: qui in subiectionū culpis nimis p̄uus est ad vindictā: & ad dexteram gressū torquet q; delinquentib⁹ ex mansuetudine nimis indulget. Iter aut vtrūq; deuium est: sed qd ad sinistram vergit perniciosius est.

Nimietas in oī re fugiēda: Eccliaſtes. vij



Deutero. xvij. Iustitie vtilitas.

¶ Quid vtilitatis de cultu iustitie p̄ncipes p̄sequant. Ca. X. **S**ed legitime huius obseruantie: quēnā erit vtilitas? Eā vtiq; p̄pheticus s̄mo protinus subdit. Ait enī. Vt lōgo tēpore regnet ipse & filius eius super israel. Ecce quēnā tāte difficultatis: futura sit merces: dum regna paterna: filiis longo tempore protelantur. De virtute nāq; parētū protenditur successio filiorū: & succedētium felicitas ex decedētium iniquitate precluditur. Nā spiritus sancti certū est testimonio: quia iniusti disperibunt simul: & reliquie impiorū interibunt. Salus aut iustorū a dño est qui protegit eos in tēpore tribulationis. Sed cū eternitas totius tēporis quātacūq; sit p̄ minutissima momenta deficiat: & in eo toto non nisi ad modum breue momentum subsistat: quid in eo poterit esse longum: cur ea omnia si colligantur in vnum vere eternitati collata: nec p̄cti quidē locū obtineant eo q; finitorū ad ifinita oīno nulla est cōparatio.

ps. xxxvj.

Finitorum ad infinita nulla cōparatio.

tio? Certe centri ad periferiā vel circūferētiā: & si exigua aliqua tamen (vt plurib⁹ placet) proportio est. Eternitatis & temporis nulla. Quid ergo longū erit in eo quod totū breue est. aut que beatitudo temporis/ anime videbitur diuturna/ si ea fidelis & perpetua anima/ est quantolibet emenso tempore caritura? Sed ego in loco isto vt tamen sine preiudicio sententie sanioris dictum intelligatur: longi tēporis regnū dici arbitror/ ipius anime indeficiētis etatē q̄ pro bene āministrato regno/ eterne beatitudinis gloria coronabit. Cum enim certum sit q̄ deus remunerabit opera singulorum et omnium ī misericordia vberi/ vel iustitia pleniori/ quos lumine clariori respiciet/ q̄ illos qui oēs ad iustitiā exercent/ vel secū traxerunt ad mortē? Sicut ergo potentes potenter tormenta patiētur/ sic & iustitie premiis fruuntur plenius/ si recte exercuerint potentatū: & tantū in futuro p̄ subditis habebunt gloriam/ quanta virtute eos in magna deliquēdi licentia/ precesserūt. Potuit enim (inquit) trāsgredi & nō est trāsgressus/ facere mala et nō fecit/ ideo stabilita sunt bona illi⁹ in dño. ¶ Ad iustitiam nāq; principibus reputatur etiā cū temperant ab iniuriis: & facultas delinquendi est eis materia meritorū. Declinare a malo in eis magnū est/ etiā si magna bona nō faciūt: dum tamen subditos indulgētia malorū non perimant. Nōne magnū est q̄ beatitudinis quam habere videntur/ eis si recte egerint/ pmittitur continuatio? Impossibile dicunt qdaz & hic florere cum mundo: & in eternū gaudere cū xp̄o/ & sentētia quidē n̄a est/ si inter mundi flores reputes lenocinia vitiorū. At qui et reges florere possunt: & mundialiū florū dulcissimos & vtilissimos in eternum carpere fructus. Quid autem beati⁹ est q̄ si de diuitiis ad diuitias/ de delitiis ad delitias: de gloria ad gloriam/ principes transferantur de temporalibus ad eterna? ¶ Que sit alia merces principum. Capitulum. XI.

Mectamē q̄ littere prima facies pmittit excludo que & longi temporis regnum promittit patrib⁹ & eiusdem successionem protendit ad filios: qui sicut tēporalis regni/ ita erunt & eterne beatitudinis successores. Scio enī quia lex carnali populo loquebatur qui cor adhuc habens lapideum/ incircumcillus mente non carne: vitā ex magna parte nesciebat eternam/ magnificiens si ei bona terre darentur vel pmitterētur in cibum. Carnaliter itaq; sapienti facta est pmissio carnis/ & ei pmissa est diuturnitas temporis/ q̄ non dū spem conceperat eterne beatitudinis/ & tēporale in successio

Periferia est
linea vt p̄ct⁹

Sapiētie. vj. z
cōcor. supra li.
e. ca. vj.

Ecc̄i. xxxj.

Polícratici de Curialiū nugis.

nem filiorū protenditur regnū: illis qui nondum querebant eter-
 num. Patri ergo temporaliter succedit filius si iustitiam patris
 imitatur. Aufer (iqui t salomon) impietatem de vultu regis/ &
 firmabitur iustitia thronus eius. Si enim a vultu id est a volun-
 tate recedit impietas/ toti⁹ regni opera/ & ga equitatis & cultu
 iustitie dirigūtur. Vnde illud. Rex q sedet in solio iudicii/ diffi-
 pat omne malū intuitu suo/ Ecce quanto priuilegio gaudeāt pñ
 cipes: quibus vt de eterna beatitudine taceam: ppetuatur regni
 gloria: etiam in carne & sanguine suo. Gloriatu dominus se vi-
 rum inuenisse fm cor suum: & cū eum in regni apicem postmo-
 dum sublimasset: succedentiū sibi filiorū curriculo/ regnū ei ppe-
 tuū pollicetur. De fructu ventris tui (inquit) ponā super sedē tu-
 am. Si custodierint filii tui mandata mea que iam dedi: & testi-
 monia mea que per me vel vicarios meos docebo illos: et ipi &
 filii eoz; sedebunt super sedē tuam. Et ponam in seculum securi-
 li sedem eius: & thronū eius sicut dies celi. Si autē dereliquerit
 filii ei⁹ legē meā: & in iudiciis meis nō ābulauerint. Si iustitias
 meas pphanauerint: & mādata mea nō custodierit: visitabo in
 virga iniq̄tates eorum: vt translato regno de gente in gentem:
 & deletis his heredibus qui fm carnem esse videntur in semine
 transferatur successio ad illos qui fidei & iustitie inueniūtur
 heredes. In eoq; promissionis subsistit v̄itas: & rata pmanent q̄
 ex ore altissimi pcesserunt: q̄ iustis regibus: successione fideliz;
 semē pmanet in eternū. Hoc aut vt ad pñs de xp̄o qui factus ex
 semine dauid fm carnē rex regū est: & dñs dñantiū: nulla sit mē-
 tio/ etiam fm litteram ppetuo arbitror obtinere: vt succedāt pa-
 rentib⁹ filii si eos in mādati dñi fideliter fuerint imitati. A deo
 quidem vt si hominib⁹ recte dispositis & in eo manentibus: nul-
 la videatur esse sollicitudo vel officii presidētis. constat his qui
 semel pncipem admiserunt de semine illius successorem nō de
 futurū: & si nō ob aliud vel ad conseruandā sanguinis claritatē.
 Qd & hystoriarū liquet exemplis. Fertur enī q̄ cū magn⁹ ale-
 xander vltimū litus oceani plusstrasset: bragmanorū insulā de-
 bellare parabat. Ad quē illi in his v̄bis epistolā miserunt. Audi-
 uimus inuictissime rex prelia tua et felicitatē victoriae vbiq; sub-
 secutam. Sed quid erit hoī fati: cui totus nō sufficit orbis? Di-
 uitias non habemus quarum cupiditate nos debeas expugna-
 re. omniū bona oībus cōia sunt: esca est nobis pro diuitiis: p cul-
 tibus & aurovilis & rara vestis. Femine autē nostre non ornā-
 tur vt placeant: quē quidē ornāmētorum cultum poti⁹ oneri de-

Prover. xxv.

Proverb. xx.

1. Regū. xiiij.

ps. cxxxj.

*Qd sequitur
 habet in. ps.
 lxxxviii. vsq;
 ibi: in v̄ga ini-
 qtates eorum.*

*Bragmanorū
 vita: et qualis
 ter cū alexan-
 dro fecerint.*

putant q̄ decori. Etenim nesciunt in augenda pulchritudine pl⁹ affectare q̄ q̄ nate sunt. Antra nobis duplicem vsu p̄stant te-
gumentum in vita: in morte sepulturā. Regem habemus non
pro iustitia: sed pro nobilitate conseruanda. Quē enī locum ha-
beret vindicta vbi nulla fit iniustitia? His verbis motus alexā-
der nullam ratus victoriā si eorum pacem perpetuam turbaret
in quiete sua dimisit. Et forte si eos bello fuisset aggressus mini-
me preualuisset aduersus innocētes: eo q̄ innocētia nō facile su-
perat: & vitas suis viribus constans de malicia quātūuis arma
ta triūphat. Sed quia nichil est qd̄ magis desiderēt hoīes q̄ vt in
bonis suis habeant filios successores. vt qui ppriam ex conditio-
ne p̄uidēt mortem: in ppagine carnis sue p̄petuent vitā. Hoc
p̄ncipibus est p̄missum. vñ maxime possunt ad cultū iustitie in-
uitari. Contingit enī eos qui de seipsis securi sunt / de statu filio-
rum iugiter esse sollicitos. In eoq̄ nimīū charitatis ordo suatur:
q̄ amorem qui patrie parentibus precipue debebatur pater trāf-
fundit in filios: dū filialis affectus paterni pectoris cellā sol⁹ ex-
haurit. Condigna quoq̄ vice respondent parentibus filii eundē
suis imptientes affectum quo a parētibus accepti sunt. licet aliū
ordinē exigat charitas ordinata quē poetarum doctissimus pru-
denter expressit. Senem nāq̄ anchisem euersa troia in humer⁹
pii filii collocauit: parentis enee dexterā dedit aschanio: & mari-
to cōiūx: creusa cohesit. añcedentiū p̄ muliebri ifirmitate legēs
vestigia. Cōpatriotis omnibus ducem dedit: virū armis & pie-
tate p̄signem. Alas enim dux esset inutilis cum sine virib⁹ re-
gna acquiri non valeant: aut sine iustitia retineri. Nūc verovni-
ca omniū sollicitudo est liberos qualescūq̄ sint diuitiis & hono-
ribus potius q̄ virtutibus insignire: negligitur etenim q̄ on⁹ rei
publice imponatur. Expulso superbo tarquinio qui regnauit in
vrbe nouissim⁹: cum brutus primus consul liberos suos de reuo-
candis in vrbe regibus agere cognouisset / eos p̄traxit in forū:
& in media concione virgis cesos tandem securi percuti iussit.
vt plane publicus parens in locum liberorum videretur popu-
lum adoptasse. Ego quidem & si parricidiū perhorrescā: cōsulis
nō possum nō approbare fidē: q̄ maluit salutē liberorū suorū peri-
ditari q̄ populi. Recte ne fecerit iudicēt sapiētes. Ego enī cāpū
istū oratorib⁹ late patere cognoui: & in eo declamatores in an-
cipiti materia sepi⁹ desudasse: dū in absolute parricidii fides
laborat / & parricidalis impietas in meritū fidei conat̄ extinguere.
Q̄ si me ad sententiā vrgeſ respondeo qd̄ in causa smimēſi ario-

Innocētia nō
facile superat.

Parentes de
filijs qd̄ faces
re debeant. s.
bñ. et qd̄ faci-
unt nō xtuole

Aliud exēplū.

Aliud exēplū

Superb⁹ tar-
quinus.

Polícraticí de Curialiū nugis.

pagitas: gueio dolobelle/inuenio respōdisse. Ad quem prouinciam aziam proconsulari imperio obtinentem mulier smimentis adducta est: confitens se maritū & filiū datis clā venenis occidisse: eo q̄ illi filium eius ex altero matrimonio optimū & innocentissimū iuuenē exceptum ifidiis nequiter occidissent: sibi licitum esse asserens ex indulgentia legū: et ius ignorare / & suā & suorū & totius reipublice tam atrocē iniuriam vindicare. Ius extra causam erat cum de facto constaret & de iure quereretur. Cū ergo dolobella rem in consiliū deduxisset: non fuit qui i causa vt putabatur ancipiti manifestū veneficiū & parricidiū audeat absolueret: vel vindictam que in impios & parridas processerat cōdemnare. Rem itaq; ad ariopagitas atheniensium tanq; ad iudices grauiores exercitatoresq; reiecit. At illi causa cognita actores & ream mulierem centesimo anno abesse iusserunt. Sic autem neq; veneficiū quod de lege non licuit absolutum est: neq; nocens punita mulier / an ex sentētia multorū venia poterat indulgeri. Hoc ita fuisse nonus liber memorabilium dictorū vel factorū valerii maximi docet. Ceterum et brutū & mulierē deliquisse consentiā facile: eo q̄ excesserit medicina modum: nimirūq; secuta est: qua morbi duxere manū. Et licz magna fuerit crimina: prestantius fuerat eadē / sine punientis crimine vindicari. vñ & ifelicitatis testimoniū bruto phibet etiā poeta laudator. At enī. vi. Ægil. Natosq; pater noua bella mouētes Ad penam pulchra p libertate vocabat. Infelix vtcūq; ferēt ea fata minores At infortuniū parricidii sic versu sequenti excusat: vt inanis glorie arguat veritatē dicens. Vincet amor patrie: laudūq; immensa cupido. Sed ne quis amodo brutū imites: populū liberis preferens: frustra sollicitaberis: cum vel vitia liberorū saluti reipublice pferantur: licet certum sit q̄ salutem populi liberis omnibus oporteat anteferri. In libro regnorū arguitur saul q̄ cū voto facto de ieiunio diurno sub discriminē illius q̄ ante noctem contra votū sumeret cibū: ionathas filius eius mel quod ceptro id est hasta tetigerat p̄gustasset: paterno motus affectu: contra religionis votum / peccit filio / cuius preuaricatione populus israel ea die visus est cornuisse. Hely quoq; licet sanctus in se fuisse legatur: quia filiorum peccit vitis auersa sella fractis cernicib; corruens expirauit. Vt de ceteris taceam quantum queso publicam hominū dilexit & quesuit salutez / qui proprio filio suo nō pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illū: vt que merueramus vincla / flagellū / crucem sustineret immunis innocēs mors

Ter^o lucani.

Virgil. in. vj. eneid.

i. Regū. xiiij.

i. Reg. iij. 7. x.

Ad Rom. viij

te turpissima condēnatus. Regū scrutare hystoriam / ad hoc pē-
 titū regem a deo iuenies / vt prederet faciē populi / & preliare-
 tur bella eorum / & ad similitudinē gentiū toti⁹ populi onera su-
 stineret. Qui tamen non fuerat necessarius nisi & israel preua-
 ricatus esset in similitudinem gētium / nisi deo rege sibi non vi-
 deretur esse contentus. Si enī per se iustitiam coluisset: si in mā-
 datis domini fideliter ambulasset: pro nihilo humiliaret de⁹ ho-
 stes eorum: & super tribulantes eos mitteret manū suam: vt so-
bent puincialium aios mitigare. Memini me causavistādī do-
minū adrianū pontificē quartū/ qui me in vltiorē familiarita-
tem admiserat: p̄fectus in apuliā. Māsiq; cū eo beneuētī ferme
tres mēses. Cū itaq; (vt fieri solet) inter amicos/ sepe super plu-
rimis cōferrem⁹/ & ipse quid de se & ecclia romana sentiret hos-
mines a me familiar⁹ & diligētius quereret: ego apud eū vsus
spūs libertate: mala que in diuersis puinciis audierā patenter
exposui. Sicut enī dicebat a mltis romana ecclia q̄ mater oīm
eccliarū est se nō tā matrē exhibet aliis q̄ nouercā. Sedit in ea
scribe & pharisei ponentes onera importabilia in humeris ho-
minū que digito non contingunt. Dñantur in clero/ nec forma
fiūt gregi qui recto calle p̄git ad vitā: p̄ciosam suppellectilē con-
gerūt/ auro & argēto onerant mēsas: sibi etiā ab auaritia nimis
pci. Nā paup̄ aut nullus aut raris admittit⁹ quē interdū non tā
xp̄us q̄ vana gloria introducit. Concutiunt ecclesias: lites exci-
tant/ collidunt clerū & populū: laboribus & miseriis afflictorū
nequaq; cōpatiūtur: ecclesiarū letantur spoliis/ & questū omnez
reputant pietatem. Iustitiā nō tam virtuti q̄ p̄cio reddūt. Omnia
nāq; cū p̄cio hodie/ sed nec cras aliqd sine p̄cio obtinebis. No-
cent sepius & in eo demones imitant: q̄ tunc p̄desse putant cū
nocere desistūt exceptis paucis q̄ nomē & officiū pastoris implēt.
Sed & ipse roman⁹ pontifex oibus grauis & fere itolerabilis est.
Preterea oēs arguūt q̄ ruentibus & collabētibus ecclesiis quas
patrū cōstruxit deuotio/ altaribus quoq; icultis: palatia exstruit
& ip̄e nō modo purpuratus: sed deaurat⁹ incedit. Pallatia splē-
dent sacerdotū: & in manibus eorū xp̄i sordidatur ecclia. Proui-
ciarum diripiunt spolia/ ac si thesauros crefi studeant reparare.

De macedoni-
bus aduersus
yliricos & tra-
ces.

Adriani pape
pulchra hysto-
ria.

Matth. xxiij.

1. Petri. v.

Matth. viij.
Mar. iij. r. vij
Luce. vij.

i. Paral. xxi.

i. ad Thim. vi

Id qd dicit
de Roma.

Sed recte cū eis agit altissim⁹: qm̄ & ipi aliis & sepe vilissimis hominibus dati sunt in direptionem. Et (vt opinor) dū sic in inuio errauerūt/nunq̄ deerit eis flagellū dñi. Os siquidē dñi locutum est: quia quo iudicio iudicauerint iudicabuntur: & sua mēsurā remetietur eis. Antiquus dierū mentiri nō nouit. Hec in quā pater/loquitur populus: quandoquidē vis vt illius tibi sententias proferam⁹. Et tu (quit) quid sentis⁹. Angustie inq̄ sunt vndiq̄. Vereor enim ne mendacii v̄ adulationis contraham notā: si solus populo p̄dixero. Sinaūt/reatum vereor maiestat⁹ ne tanq̄ qui os meum in celum posuerim crucē videar meruisse verūtāmē quia guido sancte potētiane presbyter cardinalis populo testimoniū phibet: ei vsq̄quaq̄ cōtradīcere non presumo: Asserit enī in romana ecclesia quandā duplicitatis esse radicē & fomētum auaritie que caput & radix est oīm malorū. Neq̄ id quidē in angulo: sed cōfidētib⁹ fratrib⁹ sancto eugenio p̄sidente qn̄ aduersus innocentīā meā ferētini gratis excanduerat hoc publice p̄testatus est. Vnū tamē audacter conscientia teste p̄fiteor: quia nusq̄ hōestiores clericos vidi q̄ in ecclia romana/aut qui magis auaritiā detestentur. Quis bernardi redonēsis factorum cosme & damiani dyaconi cardinalis cōtinētā contēptūq̄ pecunie nō miretur⁹. Nondū natus est a quo munus acceperit. Qd̄ tñ a cōmunionē fratrū sinceriore iure proueniebat: interdū accipere persuasus est. Quis non stupeat ep̄m prenestinum qui scrupulū conscientie meturēs: & a participatione bonorū cōmuniū abstinebat⁹. Pluriū tanta modestia: tanta grauitas est: vt fabricio non inueniantur inferiores: quē agnita salutis via modis omnibus ātecedunt. Quia nō instas/vrges/precipis: cū certum sit qd̄ spiritui sancto mētiri nō licet: fateor quia qd̄ p̄cipis faciendū est: & si nō sitis oēs operibus imitandi. Nā qui a doctrina vrā dissentit aut hereticus aut scismaticus est: sed deo propicio sunt/qui nō omniū nostrū opa imitent. Paucorū ergo labes sinceris maculam & vniuersali ecclie infamiā ingerit: & in ea opinione ideo frequentius moriunt ne totam corūpant ecclesiaz. Sed & boni rapiuntur interdum ne malicia immutentur/ & quia roma corrupta apud deum his reperitur indigna. Tu ergo qui id habes officii/querere & inferre humiles/vane glorie & pecunie contēptores. Sed timeo ne dū pergis querere que vis: ab imprudēte amico audias que nō vis. Quid est pater qd̄ aliorū discutit vitā & teipm̄ minime p̄scutaris⁹. Oēs applaudunt tibi/ p̄ omniū vocaris & dñs: & capiti tuo infundit omē oleū peccatoris.

Si ergo pater es quare a filiis mūera & retributiōes expectas?
 Si dñs/quare romanis tuis timorē nō incutis:& temeritate re-
 pressa eos ad fidē non reuocas? At urbē vis ecclesie tuis mune-
 ribus cōserrare. Nūquid eam sic siluester numeribus acquiuit?
 In inuio pater es & non in via. Eisdē est conseruāda munerib⁹.
 quibus est acquisita. Qd̄ gratis accepisti gratis dato. Iustitia re-
 gina virtutū est:& erubescit quouis p̄cio pmutari/si gratiosa fu-
 tura est:si gratuita. Nequaquā p̄stitatur ad p̄ciuz: que corrumpi
 nō potest. Integra est & semp incorrupta:dum premis alios/&
 tu grauius apprimeris. Risit pontifex/& tātē congratulat⁹ est
 libertati:p̄cipiens vt quotiens sinistrū aliquid de ip̄o meis auri-
 bus insonaret/hoc ei sine mora nunciare. Et cū plurima nūc pro-
 se nūc contra se respondisset apologū huiusmōi mihi proposuit
 Ait ergo. Accidit vt aduersus stomachum membra oīa totius
 corporis conspirarent tanq̄ aduersus eum qui voracitate sua la-
 bores oīm exhauriret. Nō satiatur oculus visu/auris auditu/la-
 boribus insistent manus: pedes ab itinere callum induunt: ip̄-
 saq; lingua vtiliter/& sermonem & silentium moderatur. Om-
 nia deniq; membra publicis inuigilant commodis:& in tanta
 sollicitudine omnium & labore solus quiescit venter:& cū om-
 nia parata fuerint que labor multiplex acquiuit solus omnia de-
 rorat & consumit. Quid multa? Condixerunt: vt a laboribus
 abstinerēt & graui inedia conficerent illū inertē & publicū ho-
 stem. Exacta est sic vna dies. secuta est altera tediosior: tertia a-
 deo perniciosa fuit: vt fere omnibus defectū indiceret. Vrgēte
 itaq; necessitate fratres itē in vnū cōuenerūt acturi de salute sua
 & publici hosti statū. Cū ergo oēs assisterēt: oculi lāguerēt: pes
 molē corporis nō erexit. Torpebāt brachia: sed & ip̄a lingua in-
 ers/& deficienti palato sociata/causam communem exponere
 non presumpsit. Ad cordis ergo consilia omnia redierunt:
 ibiq; habita deliberatione ratio patefecit: quoniam hec mala in-
 gerebat qui ante denunciatus fuerat public⁹ hostis. Ex quo enī
 ei tributa subtracta sunt:& ip̄i quasi publicus dispensator oībus
 alimenta subduxit. Et quia nemo potest sine stipendiis milita-
 re/cum stipendia non procedunt: debilitatur & frangitur miles
 Sed nec in dispensatorem poterat culpa refundi/qui quod non
 acceperat minime potuit aliis erogare. Longeq; tutius esse/
 vt ei quod distribuat ministretur: q̄ illo euacuato omnia mem-
 bra esuriant. Factū est ita: & suadente ratione implet⁹ est ven-
 ter:& refocillata membra:& pax oīm reformata. Absolut⁹ est

Matth. x.

1. Corin. ix. }

Polīcraticī de Curialīū nugis.

itaq; stomach⁹ qui licet vorax sit & avidus alieni: nō sibi tamen petit sed aliis que eo exinanito nequeūt sustētari. Tale est inq; frater si recte attēdas in corpore reipublice vbi licet plurimū appetat magistrat⁹: nō tam sibi q̄ aliis coaceruat. Si enī exinanit⁹ fuerit: nihil est qđ mēbris valeat ipartiri. Nam stomachi in corpore & principis in republica idem officiū est. Iuxta illud quinti Sereui. Qui stomachū regē totius corporis esse cōtendunt: vera niti ratione vident. Hui⁹ enī validus firmat tenor omnia mēbra. At cōtra eiusdē frangūtur cuncta dolore. Quinetiā nisi cura iuuet vitare cerebrū. Fertur & integros illinc auertere sensus. Noli ergo neq; nostrū/neq; seculariū principū duritiā metiri: sed omniū vtilitatē attende.

Qui⁹ seren⁹.

¶ De coherentia capitis & mēbrorū reipublice: & q̄ princeps quedā imago deitatis est: & de crimine lese maiestatis qualiter cōmittitur & puni⁹: & de his que sunt in infidelitate seruanda.

Capitulum. XXV.



Hi vero satisfactum est & persuasus sum deuotos humeros supponere potestati. Nec modo fero eam: sed grata est dū deo subiecta est: & illi⁹ ordinē sequitur. Alioquin si diuinis reluctes mādatis: & me theomachie sue velit esse participē/libera voce respōdeo deū cuius homini preferendū. Sic ergo cohereant inferiora superioribus: sic vniuersa mēbra se subiiciant capiti vt religio seruet incolumis Rem politicā legit socrates instituisse: & in eam dedisse precepta: que a sinceritate sapiētie quasi quodā fonte nature manare dicūtur. Hoc autē in summa colligif vt que in republica humilia sunt maiorū officio diligētius cōseruetur. Institutionē traiani cui⁹ mētio superi⁹ facta est diligētius relege: & hec latius cōscripta inuenies. Nobis autē hec de vnitae capitis & mēbrorum ad p̄sens dixisse sufficiat. Hoc adiecto q̄ premisim⁹ q̄ lesio capitis (vt predixim⁹) ad omnia mēbra refer⁹: & cuiusq; mēbri vulnus iniuste irrogatū ad capitis spectat iniuriā. Ceterum q̄ aduersus caput/aut vniuersitatē mēbrorū dolo malo malicia p̄sumit: crimen est grauissimū & pximū sacrilegio: quia sicut illud deū attentat: ita & istud principē que cōstat esse in terris quādam imaginē diuinitatis. Et ex eo quidē maiestatis dicitur crimen: qđ persequif illi⁹ imaginē qui solus sicut illustris comes legeestrie Robertus modeste p̄cōsulatum gerēs apud britānias dicere cōsuevit: vere & ingenue maiestatis retinet veritatē: puta cū quis aduersus principis securitatem aut populi/

ff. ad le. iul. ma
iesta. l. j.

quid molitur siue per se siue per aliū. In hui⁹ autē p̄secutiōe omnibus equa p̄ditio est/ & plerūq; fit vt nec mortis b̄nficio in his etiam quos nemo conuenit in vita liberētur: sed cōictis mortuis illorū dānatur memoria: & bona successoribus auferuntur. Nā ex quo sceleratissimū quis consiliū cepit/ex inde quodāmodo sua mente punitus est. Ex quo quis tali consilio tale crimen cōtraxit: neq; alienare/neq; manumittere posse p̄stat: nec ei soluere iure debitorē. Famosi quoq; qui alias ius accusandi non habent siue vlla dubitatione hic admittuntur: sed & milites q; alias causas defendere non possunt. Nā qui pro pace exorbant magis magisq; ad hāc accusationē admittendi sunt. Serui quoq; d̄nos licenter deferunt: & liberti patronos. Hoc tamen crimen a iudicibus nō in occasione ob principalis maiestatis venerationē habendū est: sed in veritate. Nā & spectanda est persona an poterit facere & an fecerit/an cogitauerit: & an atēq; hoc presumpserit sane mentis fuerit. Neclubricū lingue ad penā facile trahendum est. Q̄ enim temerarii pena sunt digni tamen & illis parcendum est/si tamen tale sit delictum qd̄ vel ex scriptura legis descēdat /vel qd̄ ad exemplū legis vindicandum est. Audiunt & mulieres in lese maiestatis questione. Nā cōiurationē sergii kateline iulia mulier detexit: & marcū tullii cōsulē in iudicium eius instruxit. Tormentis quidem subdēdi sunt/si hec ratio necessitatis aut vtilitatis inducat/qui criminis huius rei esse creduntur cū illis quorū consilio atq; instinctu ad accusationē visi sūt accessisse. vt ab oibus commissis consciis vindicta possit instituta reportari. Sūt autē plurima que maiestatis informāt crimē. vt si de morte principis tractetur aut magistratuū/aut arma q̄s p̄trā patriā tulerit/aut relicto p̄ncipe de publico bello profugerit/aut cōcitātū in seditionē aduersus rempublicam sollicitauerit populū: cui⁹ ve opera dolo malo hostes populi rei⁹ publice/cōmeatur: armis/telis: pecunia/qua ve alia re adiuuantur: v̄l ex amicis rei publice fiunt hostes/cui⁹ ve dolo malo opa factū erit quo magis obsoles pecunia dentur aduersus rempublicam: quominus etiam gēs extranee regionis rei publice obtemperet fecerit. Itē qui confessum in iudicio reum p̄pter hoc in vincula coniectum emisit/ & in hūc modū plurima que longū aut impossibile est enarrare. Sed quia forma fidelitatis in eo p̄ ceteris seruare oportet/pauca sunt ex quibus quid nō liceat p̄modissime colligi pōt. Necessarii nāq; cōtrariū/impossibile est: & ei qd̄ oportz fieri/ sola illicita contradicūt. Exigit autē fidelitatis forma/q̄ necessario

ff. ad. l. iul. maie. l. si. et. l. eo. tit. l. vi. vbi habent sequētia.

ff. ad. l. iul. maie. l. famosi.

l. ad. l. iul. maie. l. si quis alicui.

Ea q̄ sequunt colligunt ex. l. i. ii. iii. r. iiii. ff. ad. l. iul. maie. vsq; ibi emisit

fidei sunt inserta: incolume tutum: honestū: vtile: facile: possibile ne cui fidelitate tenemur astricti incolumitatē ledam⁹ corporis: aut munitiones quibus tutus est detrahamus: aut presumas committere vnde honor aut illi⁹ vtilitas minuatur: sed neq; id qđ facile est/difficile fieri licet/aut qđ possibile est/impossibile. Preterea qui beneficiū: ab eo cuius fidelis est: possidet/gerendis eius auxiliū & cōsiliū debet. Vnde quantū omnium dño de beatur/sole clarius lucet si tātū debetur his quibus sola fidelitate tenemur astricti. Sed & pena huius criminis tāta est: vt non facile crediderim/nec a dominis insularū qui frequentius tyrannidem induunt: seuerius quippiam excogitari posse. Et ne a tyrannorū seuitia pene seueritas processisse credatur: ipsius modestissimi iuris verba pro parte posuim⁹. Ait ergo. Quisq; cum militibus/vel cū priuatis/vel barbaris etiā scelestē iierit factionem: aut facinoris ipsi⁹ suscepit sacramētū: vel dederit: de nece etiā illustriū virorū: qui p̄ filiis & p̄istorio nostro intersūt senatorū etiā: nam & ipsi pars corporis n̄ri sūt: v̄ cuiuslibet postremo qui nobis militat cogitauerit: eadē enī seueritate voluntatem sceleris qua effectū puniri iura voluerūt. Ipse quidē vtpote maiestatis reus gladio feriat: oībus bonis eius fisco n̄ro addictis. Filii n̄o eius quib⁹ vitā imperatoria specialit̄ lenitate cōcedim⁹ (paterno enī deberēt pire supplicio) in qb⁹ paterni hoc est hereditariū criminis exēpla metuuntur/a materna vel auita oīm etiā pximorū hereditate ac successione habeant̄ alieni: testamenti extraneorū nihil capiant/sint perpetuo egentes & pauperes: infamia eos seper paterna comites. Ad nullos vnq; honores: ad nulla prorsus sacramenta perueniant. Sint postremo tales/vt his ppetua egestate sordētibus sit & mors solatiū/& vita suppliciū. Deniq; etiā iubem⁹ eos notabiles esse sine venia: qui p talibus vnq; apđ nos interuenire p̄sumpserint. Ad filias sane eorū: quilibz numero fuerit: falcidiā tm̄ ex bonis matris siue testata siue intestata defecerit volum⁹ puenire/vt habeant potius mediocrem filie alimoniā q̄ integrū emolimētū & nomē heredis. Mitior enim circa eas debet esse sententia/ quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse p̄fidim⁹. Vxorēs sane predictorū recuperata dote si in eā cōditione fuerit/vt que a viris titulo donationis acceperūt filiis debeant reservare: tēpore quo vsusfructus assumitur: oīa ea fisco nostro se relicturas eē cognoscant/ que iuxta legem filius debebant. Falcidia etiā ex his reb⁹ filiabus tm̄ non etiā filius deputet. Id qđ de p̄dictis eorū: filiis canimus etiam

¶ ad l. iul. ma
testa. l. q̄squis.
et integraliter
hic ponit̄ & du
rat vsq; ad fi.
hui⁹ ca.

de satellitibus consociis ac ministris filiisque eorum simili severitate censemus. Sane si quis ex his in exordio inite factionis studio verelaudis accensus ipse prodiderit factionem: & primio a nobis & honore donabitur. Is vero qui usus fuerit factione: si tamē in cognita adhuc consiliorum archana patefecerit: absolutioe tū & venia dignus habebitur.

¶ Quae vitia ferenda sunt aut tollenda: & a flagitiis distant & generalia quaedam precepta de officio principis & brevis epilogus quanta sit ei reverentia exhibenda. Capm. XXVI.

Videtur quidem pauca de multis excerpta de sincera vena iuris presenti opusculo curavi inserere: quae & iuris ignari a maiestatis crimine seipos longius amoverent his inspectis: & ne quisquam meipsum calumiae in aliquo adversus auctoritatem principis quippiam praesumpserit. Dicitur solet quia sine lesione vulgum non facile remouetur robur a subere: sed multo equius & citius leditur quisquis obsequium membrorum seipsum a capite. Vigeat semper excellentia capitis: quia in eo totius corporis consistit salus. Varro in satira quae manipea inscribitur: & de officio matrimonii instituta est ait. Vitium coniugis aut attollendum est aut ferendum. Qui tollit vitium: commodiore coniuge praestat. Qui fert seipsum efficit meliorem. Sic principis & subiectorum vitia aut ferenda sunt aut tollenda. Horum quippe praefederatio affectum coniugii aut equat aut praecedat. Sed & ipsa varronis verba ferre & tollere: lepide quidem composita sunt. Apparet autem quia tollendi nomen correctionis est nota. Constare equidem ei esse sententiam: ut ferat quod tolli non potest. Hoc tamen fidelis adiicit interpretatio ut vitium intelligat: quod honeste ferri potest & religione incolumi. Vitia enim flagitiis leviora sunt: & sunt nonnulla quae non ferri licet: aut quae fideliter ferre non possunt. Ex causa fornicationis licet diuertit coniux a coniuge: & plerumque patronus est turpitudinis qui crimine celat uxoris. Inde est forte: quod adulteram retinet: stultus & impius est. Hec autem in mecha corporali & spirituali quod ad aliquid eque obtinent: & si deterior sit spiritualis & studiosius declinanda. Similiter & in membrorum prope ferendi: aut tollendi: varronis est regula admittenda. Nam quoniam membra creari oporteat nemo abigit: siue in fomento olei siue in austeritate vini: quod samaritanus infundit vulnerato praecedat cura. Quae autem tollenda sunt: ex eo liquet quod scriptum est. Si oculus tuus vel pes scandalizat te erue eum & proice abs te. Hoc in membris omnibus principi arbitror observandum: ut non modo eruantur abscedant & procul eiciantur: si fidei aut publice salutis detur in scanda-

Proverbia.

Mat. v. z. xix.

xxij. q. j. ca. j. et
de iureiurā. c.
quoadmodum.Mat. v. z. xvij
Marci. ix.

Polīcratīci de Curialū nugis.

dalū: sed ita conterantur vt in exterminio vnus vnuerforū incolumitas p̄curetur. Cui inquā p̄cet: qui etiā in oculos suos seui re p̄cipitur? Vtiq; nec auris/nec lingua: aut si quid aliud in corpore reipublice degit/secū est: si insurgat in aiām/ob gratiam cuius ipsi oculi effodiuntur. Cū autē deus offenditur: ab vsu criminū: aut ecclesia cōculcatur/totius aiē piclitatur salus. Quod ita alienū est ab officio principis: vt quotiens ista pueniūt in re publica: aut oīno non sentire credatur p̄iceps: aut dormire / aut in diuersorio esse. Sol eminet vnuerfis vt cuncta videat: & diiudicet vnuerfa. Solē/alterū principem esse credo. Recte itaq; facit cū ignauū fucos pecus a p̄sepibus arcet: qui aluearia spoliānt/& quicquid dulce est ebibunt aut asportāt. Recte facit cū ecclie pmouet culmē/cū religionis dilatat cultum: cū superbos humiliat & exaltat humiles/munificus in egenos: in copiosos frugalior/cū virtutes premio & vitia equa penarum lace remunerat: cum iustitia vsq; quaq; ante eum ambulat:& ponit in via prudentie aliarūq; virtutū gressus suos. Equidem/sic petit cælum vt nō ferat ossan olipus. Sūmaq; peliac^o sidera tāgit apex.

Prouer. xxv. Inquit sapientia. Ne gloriosus appareas coram rege:& in loco magnorū ne steteris. Eoq; spectat sapientis edictum vt quis nō humiliatur in facie principis/merita confusione obduct^o gloria quam vsurpauit dignus est spoliari. Honorum siquidē dīstrībutor est:& dū recte ministrat principatuz: penes eū est p̄petua dispensatio munerū. Recte quidē ministrat: cum eo presidente letantur populi:& in regno equitatis totius terre latitudo exultat. Perpetua inquā quia vt scriptuz est. Rex qui iudicat in veritate pauperes: thron^o eius in eternum fundabitur. Quis ergo ei honorem detrahat quem audit a domino perpetuo munere honoratum? Plane in insensibile principis statuam quicq; p̄sumere/quandoq; crimen extitit maiestatis & morte acerbissima put veteribus placuit puniendum. Quis ergo in imaginez dei que est princeps/malicia presumente offendit? Proinde cōsiliū sissimum est illud sapiētis. In cogitatione tua regi ne detrahas & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia aures celi portabunt vocem tuam/& qui habet penas annunciabit sententiā. Nunquid ergo quicq; licebit in opere aut verbo: cū & ipsa cogitatio cubiculiq; secretuz/& sententia cordis arceat ne quid molliatur aut concipiat aduersus principem?

¶ Quoniam gnatonici peruertunt omnia: nec vera fateri patiūtur: & q̄ eis exemplo marie corum detrahendum est si sapiant diuī-

ij. Reg. xviii.
Principis cōparatio ad solem.

Nota spālia
opera fēda p̄ principem.

Prouer. xxv.

Prouer. xxix

ff. ad. l. iul. ma-
ie. l. q̄ statuas.
Nō arceri cogitationē & secretū cordis p̄ principem.

tes: et q̄ calūniatores pauperū de⁹ ipse psequit. Ca. XXVII.

Geterū si gnatoni creditur quisquis non arridet diuiti-
bus etiā cum malefecerint/aut nō applaudit in pessi-
mis eorū videt aut inuidere fortune/aut officio non
deferre. Nā apud gnatonicos veritatis eloquium/cri-
men est maiestatis. Impetrata tamen venia vnū pro membris
in auditu capitis infero: nō tñ ego sed spūs sapientie: spūs veri-
tatis/spūs sanct⁹. Qui obturat aurē suam ad clamorē pauperis
et ipse clamabit & nō exaudietur. Nō equidē exaudietur a capi-
te suo qm̄ caput eius xp̄s est: et in xp̄o deus: & deus xp̄us. Qui
liberat pauperē a potente/ & cōfringit om̄ia intumentia regna
terrarū. Lapis p̄cisus de mōte sine manibus: eripiens inopē de
manu fortiorū ei⁹: egenū et pauperē a diripiētib⁹ eum. Si ergo
quisq̄ quicumq; sit ille insurgit in eos quorū patronus imo pater
est xp̄s: pauldubio in seipsum puocat lapidem/quo irruētē cō-
minuta est statua: quā vidit nabuchodonosor: q̄ regnorū variū
splēdoris & roboris seriem figurabat. Nec pficit in tortura pau-
perū multiplicare vota: & quasi de⁹ munerib⁹ corrūpi queat: eū
stipulatis potius q̄ veris ab impenitente elemosinis attentare:
cū sapiētia p̄testet. Quia ruina est hoī deuotare sc̄tōs & post
vota retractare. Et illud. Hostie ipiorū abominabiles dño: quia
offerūtur ex scelere. Et qui offert sacrificiū de rapina pauperis:
quasi filiū imolat patri. Nec mihi imputet si de manu eorum
fratern⁹ sanguis exquirat/aut operū suorū reportant premia in
eadē mensura quā ipsi intulerūt: qm̄ nō ego sed altissimus dicit:
et facit hec om̄ia. Ego quidē nō tantum bonis & modestis: sed
etiā discolis arbitror seruiendū in om̄i humilitate & reuerētia:
fideliter tamen & in cultu potestatis deū venerādum/a quo est
institutum. Vnde & hebrei p̄cipiūtur orare p̄ babiloniis: quia in
pace principū quies est populorū. & xp̄s ipse cesari tributa/a fia-
delib⁹ censuit esse soluēda. Om̄ia tñ peruertit gnato & eo iudi-
ce/veri p̄fessio/maiestatis crimini coequat. Dignus plane cui
alumnus apollinis id est sapiētie cultor pellem detrahat: exem-
plo marcie. Qui dū cōtēdit phebu superare canēdo victus/indu-
mēto nature spoliat. Eū nāq; adulatorū factio imitat: et infeli-
cem satyrū implet dū numina sua (fortunatos loquor) vanis lau-
dibus velut instrumētis musicis nō tam superare molit q̄ exce-
care. Semper quidē iuuenescit in vitio que nunq; grauitate sen-
suum maturatur leuis: lasciuia loquax: et que ad omnem auraz
quavis arundine citius agitatur.

Proverb. xxx.

ps. lxxx.

Daniel. ii.

Ibidem.

Proverb. xx.

Proverb. xxx.

Ecc̄i. xxiij.

i. Petri. ii.

Matth. xxiij.
Marci. xij.

Marcie.

Polícratíci de Curialiū nugis.

Auctoritate socraticorum quando quis de suo commēdat:
& quando sit aliena laudatio. Capitulum. XXVIII.

*Tibicines sūt
in symphonia
cantantes.*

*Sapientia est
donum dei.*

Apuleius.

Et licet hi tibicines vanitatis/aliorum supplantationi
semper insistant/in cōmendatione illius quod maxi-
me suū cuiusq; est:aut rari⁹ occupant aut min⁹. Tūc
enī quisq; maxime & de suo cōmendatur cū ad sapien-
tie laudes lingua predicantis accedit Cetera nāq; oīa aliena sūt
suū est cuiusq; qđ sapit. Suum inquā nō tamen a se/ sed ab eo cui
ius munus est:quicquid laudem meretur in hoīe. Et hic quidez
non est meus sermo: sed quē oīm sapientū cetus concelebrat/ &
quē in libro qui inscribitur de deo socratis facile est iueniri. Cur-
ius verba ppter elegantiam sensuū & orationis lepidā venusta-
tem curavi inserere. vt his que scribuntur prōptius adhibeas fi-
des/ cū de purissimo fonte maiorū eadem profluxisse cōstiterit.
Ait itaq; apuleius. Nihil eque miror qđ cū oēs & capiāt optime
viuere. & sciant non alia re viuī qđ animo nec fieri posse quin vt
optime viuas: animus colendus sit/ tñ homines animū suū non
colant. At si quis velit acriter cernere/ oculi curadi sūt/ quib⁹ cer-
nitur. Si velis perniciousiter currere: pedes curandi sunt quibus curri-
tur. Itidem. Si pugillare valde velis: brachia vegetanda sūt qui-
bus pugillatur. Similiter in omnib⁹ mēbris ceteris cuiq; sua cu-
ra p studio est. qđ cum facile omnes perspiciāt: nequeo satis me-
cum reputare: & providere vt res est ammirari/ cur nō etiā ani-
mū suū ratione excolant. Que quidem ratio viuendi/ oībus
eque necessaria est: non ratio pingendi/ nec ratio pfallēdi: quas
quiuis bonus sine vlla animi vituperatione: sine turpitudine/ si-
ne labore contempserit. Nescio vt sibi menias tibiis canere: sed
non pudet me tibicinē non esse. Nescio vt appelles colorib⁹ pin-
gere: sed non pudet me non esse significum. Et idem in ceteris
artibus si omnes persequar/ licz tibi nescire: nec pudet. Enūvero
dic fodes/ nescio bene viuē. vt socrates. vt plato. vt pythagoras
vixerūt. nec pudet me nescire bene viuere. Numqđ hoc dicere au-
debis. Sed in primis mirandum est: qđ ea que minime volūt ne-
scire discere tamen negligunt: & eiusdem artis simul disciplinā
& ignorantiam detrectāt. Igitur quotidiana eorū era dispūgas
inuenies in rationibus multa prodige profusa & in semet nihil:
in sui dico demonis cultum: qui cultus non aliud qđ philosophie
sacramentum est. Plane quidem villas oppipare extruūt: & do-
mos ditissime exornant/ & familias numerosissime comparāt.
Sed in istis omnibus in tanta affluētia rerum nihil est preterqđ

dominus ipse pudendum. Nec iniuria Cumulata enim habent
 que sedulo percolunt: ipsi autē sordidi/indocti: incultiq; circūeūt.
 Igitur illas species in q̄ patrimonium sua pfuderūt amenissimas
 & extractissimas & ornatissimas deprehendas/villas emulas
 urbium conditas: domus vice templorum exornatas/ familias
 numerosissimas & calamistratas opiperam superlectilē: omnia
 affluentia: omnia opulentia: omnia ornata preter ipsum domi-
 num qui solus tantali vice in suis diuitiis inops: paup; egēs: nō
 quidem fluentē illum fugitium captat/ & fallacis vnde siti: sed
 vere beatitudinis: id est secunde vite & prudentie fortunatissi-
 me sitit & esurit. Quippe non itelligit: eque diuites spectari so-
 lere. vt equos mercantur. Neq; enim in emēdis equis faleras cō-
 sideramus: & baltei polimina inspiciamus/ & ornatissime cer-
 uicis diuitias contemplantur. Si ex auro argento & gemmis/
 monilia varie gaze dependēt: si plena artis ornamenta capiti &
 collo circumiacēt: si frena colata: si epiphia fucata: si singula au-
 rata sunt: sed omnibus istis exuuiis amolitis & amotis/ equiq;
 ipsum nudum & solum: corpus eius & animum cōtemplantur:
 vt si ad speciem honestus: ad cursuram vegetus: ad vecturam
 validus. Iam primum in corpore si sit argutum caput: breuis
 aluus: obesaq; terga: luxuriatq; thoris animosum pectus hone-
 stis. Preterea si duplex agitur per lumbos spina. Volo enī non
 modo pniciter verūctiam pmolliter peruehat. Similiter igitur
 & in hominibus contēplandis noli aliena illa estimare: s; ipm
 hominem penitus considera: ipm vt meū socratem pauperem
 expecta. Aliena autē voco que parentes pepererūt: & que fortu-
 na largita est: quorū nihil laudib; socratis mei amisco: nullam
 gnōsitatē: nullā psapiā: nullos longos natales: nullas iuidiosas
 diuitias. Hec enim cūcta/ vt dico aliena sūt. Sato pthaomo glia
 est: qui talis fuit vt eius nepotē nō puderet. Igitur oīa similiter
 aliena numeres licebit: generosus est: parētes laudas: diues est:
 nō credo fortūe. Mag; ista dinumero Valid; est: egritudine fa-
 tigabilis. Pernix est: abit in senectutē Formos; est: expecta pau-
 lisp & nō erit. At enī bonis artib; doctus & appime ē eruditus:
 & q̄tū licet hoī/ sapiens & boni cōsultus. Tandē aliqñ ipm iure
 laudas. Hoc enī nec a patre hereditariū est: nec casu pēdulū: nec
 a suffragio anniculū: nec a corpe caducū: nec ab etate mutabile.
 Hec oīa meus socrates habuit: & ideo cēta habere contempfit.
 Quin igit & tu ad studiū sapiētie ingeris: vel ppera saltem vt
 nihil alienū audias in laudib; tuis: sed vt qui te volet nobilitare

De tantalo.

Ad equi boni-
tate ac pulchri-
tudine que res
quirantur.

Laus socrati.

eque laudet vt actius vlixē laudauit in philotheta. Primo eiusdem tragedie sue principio. Inclite parua predite patria nomine celebri claroq; potens pectore: achiuis classib⁹ auctor grauis dardanis gentibus vltor laerciade. Nonissime patrē memorat. Ceterū omnes laudes iuri eius audisti. Nihil inde nec labertes sibi/nec anticia/nec acrisius vendicat. Hec tota vt vides laudis huius/propria vlixi possessio est. Nec aliud te in eodē vlixē homerus docet qui semp ei comitē voluit esse prudentiā quā poetico ritu mineruā nūcipauit. Igitur hac eadem comitante omnia horreda subiit: oia aduersa superauit. Quippe ea adiutrice ciclopi specus introiit: sed egressus est: solis boues vidit/sed abstinuit/ad inferos demeauit: sed ascendit. Eadem sapientia comitante scillam preter nauigauit/nec arreptus est: caribdi cōceptus est: nec retētus. Circes poculum bibit: nec mutat⁹ est. Ad latophagos accessit nec remansit. Sirenas audiuit: nec accessit.

¶ Q^z p merito principis formatur popul⁹: & ex populi merito formatur principatus/deoq; placido creatura quelibet mansuescit & seruit homini.

Capm. XXIX.

Necapuleius eleganter quidem & splendide & vtinaz audiatur. Si enim in sui ipsius cultu quisq; laboret: & que exteriora sūt reputet aliena: profecto optim⁹ erit status singulorum & omniū/vigebitq; vtus/ & ratio pua lebit/regnatē vndiq; mutua caritate vt sit caro subiecta spūi & spūs plena deuotiōe dño famuletur. Que si pcesserint nec timore capitis onerabuntur mēbra: nec destitutiōe mēbrorū/aut ignauia languēbit caput. Ista siquidē a peccati infirmitate pueniunt. Nā & inferiorū delicta bonū pncipē demerētur: & peccata superiorū subditis sunt occasio & auctoritas delinquēdi. Vñ illud. Oē caput languidū/& oē cor merēs a planta pedis vsq; ad vticē nō est in eo sanitas. Mansuescit itaq; pnceps ab innocentia populi: & populares motus repmit innocētia principalis. Placida nāq; deo omnis creatura mitis est: & seruit homini/& eo indignate omnis creatura armatur in vltionem eius. Cornus heuliam pauit/vrsus famulatum impēdit prophete. Vt parcat danieli ferocitatem nature dediscit leo & collectam nescit esuriem. Vnda ficcis iustorum calcatur pedibus. Aduersus pueros succensus ignis in fornace non proficit. Ad votum fidei/aer imbres & terra fructum negat:& celum ipsum in impios euomit ignes suos.

¶ Breuis epylogus aduersus gnatonicus Capm. XXX.

Isaie. i.

ij. Regū. xvij
 iij. Regū. ij.
 Daniel. vj. z
 xiiij.
 iij. Reg. ij.
 Daniel. iij.
 ij. Regū. xvij
 iij. Regum. i.

Ceterū dū ista psequimur/nobis insidiant gnatonici:& in inuidiā felicium quicquid sunt dicta retorquet ut mediocri aut temeritatis reos nos faciat. Mentiunt nos legē imposuisse principibus & colla eorum iugo importabili onerasse. Veritas siquidem inimica est illis. Inimicitias diuinitum procurant amatoribus vitatis: quorum ut gratiam consequantur vel in verbo aut ope erubescunt. Ad singula clamat gnato/seu bona: seu mala sint/plachre: bene: recte. Palescit super his etiam stillabit amicis: Ex oculis rorem/saliet:tundet pede terram. Utque conducti plorat in funere dicunt. Et faciunt prope plura dolentibus ex animo. Sit derisorio plus laudatore mouet. Et nescio quomodo ipsos etiam omnes probos expugnant/& qui adulatorum nequitiam detestantur: a quibus & si non sit laus quesita / nihilominus oblata delectat. Istis dum vitati insisto/nequaquam placere possunt: sed nec ob eorum gratiam dignor non acquiescere vitati. Non est tamen quod mihi possint opponere nisi quod mihi & illis non conuenit/& quod interdum alicui amicorum dum in manibus eorum labitur/in aure suggero. Ne te decipiant animi sub vulpe latentes. Hi quidem imperatores sunt curialium nugatorum/ quorum si unum offenderis omnibus aliis reus eris. Gnatonicum ergo consilio conueniunt ambitiosi inuidi supstitiosi & similes dicentes sibi bella parari/& me in eos velle (ut dici solet) caninam facundiam exercere/cum tamen id mime propositum: nisi aut eorum iniuriis urgear: aut auctoritate superioris amici ad hostilium licet hebetem impellatis. Est quidem quod magis animus affectat ut curialibus cedens nugis illis quibus placent faciam locum. Nam ut de aliis taceam non possunt ferre gemitus gnatonis qui sibi nil actum credunt dum aliquis restiterit: cuius oculos non obducant ad tenebras reprobato oleo peccatoris. Quod si quis effugerit non tam gnatonis quam principium virorum censeat hostis. Valeat ergo curia cum tolerabilibus nugis/ dum gnatonum corum factio habeat semper in malam rem: & fiat iugiter nouissima illius deteriora partibus. Ceteros dies suos expectat & oculum: & si infecundi pectoris angustia & oris ariditas infecundi/non habeat penes se/quod possit omnibus imitari. Tu quando ambitiosos:& inuidos ceterosque domi nostre latentes egredi velis si tamen premissi libelli placuerint expectati denunciant/& in verbo tuo calcantur/urgebuntur: ut in publicum pdeant. Non enim omnes aggrediendi sunt pariter: nec posset consertus eorum amicus facile expugnari: cum nec ipse cohortes leuiter in numerum cadant. Non mihi si centum lingue sunt oraque centum. Omnia nugarum currere noia possem.

Terentius horatius.

Virgil. in. vi. ened.

¶ Explicit liber. VI.

Incipit prologus in librum septimum polieratici.



Gressus aulā curialiū declinassē consortia nū-
gatorū/nisi me in ipō limine abeuntē tue p̄-
ceptionis detinuisset auctoritas. Cū enī tibi
cordis mei angustias denudarem:& de tēpo-
ris & vite iactura cōqrerer: oīa me quoad de-
aliud reuelaret/statūq; reformaret in meli-
forti aīo pferre precepisti: suadens vt more la-
borantium / qui cantilenis & vocū dulcedine laboris tedia ppul-
sant: aut minuūt / rerum tempisq; dispendia compensarē. Nam
& itinerantibus via facilior videtur & breuior / si iocunde narra-
tionis sensibus aut vocis dulcissime modulis recreet. Sic & me
lectionis aut alterius officii studio iubes insistere / & si aliud nō
cōceditur de me ipō & variis fortune formis / cōqueri saltē mihi
& musis. Grandis enim pfectus est ad philosophiā aspirantivir-
tutis in se deplorare defectum. Ad hec quid tibi respōdeam co-
micus suggerit / qa oēs cū valem? recta p̄silia egrotis dam? Tu
autē si hic sis aliter sentias. Sic sic a captiuitatis quorū organa in
salicibus suspensa sunt: querūtur v̄ba cantionū / que cantari om-
nino nequeat aut nō solent in terra aliena. Licet enī v̄tus iniu-
rias captiuitatis ignoret: aut suo p̄uari nō possit officio / rar? est
admodum / qui philosophicis & curialib? officiis sufficiat morē
gerere / cū hec sibi plerūq; constat aduersari. Vñ rem fere impos-
sibilem videris impare / p̄sertim cū ego sim homo sub potestate
cōstitutus: vel inuitus faciā plurima necessitate obsequēdi & in
his que p̄pe voluntatis & sapientie instinctu gerēda sunt: mihi
vix tēpus indulgeatur ad pauca Dies & nox necessariis & alie-
nis occupationib? transigunt. vt nec rei familiari curā ip̄edere
liceat / & tu hortaris vt scribā. homo quidē imperit? sine sciētia
& sermone. Et vñ qd nō accepi aliis erogabo? Nauē si poscat si-
biperonatus arator. Luciferi rudis exclamat melicerta perisse
Frontē de reb?. Si itaq; vis vt scribā / da / vel poti? ab eo q sciētia
rū dñs est / sciētia impetra vñ scribam. da tēpus expeditū: & ne-
cessitatū domesticarū exclude molestias. Nam si virgilio pium
& tolerabile defit hospitium / caderēt oēs a crinib? ydri. Preterea
vereor ne dum ad obsequium deuotus accingor / dispendiū pu-
doris faciens emulorū prouocem linguas / qui mala aliena facil-
lime carpunt: & bona difficillime imitantur. Qz autem si aliud
nō licet / vis vt de fortune calarulo mihi & musis q̄rar: suadēte q-
dem mentis angustia facilimū est cū teste gregorio nazanzeno

Terentius.

nihil suavius videatur hominibus q̄ aliena loqui: vel aliena curare: sed a composita mentis arbitrio videtur alienū. Decet enim sapientem mentē componere/ vt ad omnē fortune impetū querelis exclusis scutum rationis quasi volubile pretorium philosophantis opponat. Qui enim cum status sui qualitate rixatur: nisi forte de peccati corruptiōe lāgūidus ingemiscat/ nondū philosophantis ingressus est viam. De me quidem merito queri possū: qui exigētibus culpis meis in id miserie proiectus sum: vt in flagella parat⁹ videar/ & os meū nocte dolorib⁹ p̄foref: & qui me comedūt non quiescant. Cū ergo dolor meus in conspectu meo sit semper: putas ne calami possit vel stridentis fistule firmitate mulceri? Faciā tñ vtrūq; auctore dño quod hortaris/ & inter varias opes & delicias nationū quib⁹ affluis ieiuni pectoris & aride lingue quali acūq; minuscula tuo nomini cōsecrabo. Nō enim de subtilitate sentētiarū aut verborū venustate presumo: sed de sinceritate deuotiōis in te cū quouis oratore contendam. Cert⁹ q̄ eam pre auro sapientum & eloquentium argēto acceptabis/ discipulus illius qui duo minuta vidue pōposis oblationibus diuitum p̄tulit. Erit etiā fauore digna simplicitas/ & non quē sensum prima facie verba significēt: sed ex quo sensu vel ad quē sensum fiant/ fidelis lector attendēs. Sic enim nugis seria immiscentur/ & falsa veris. vt ad sūme veritatis cultū oīa ex proposito referantur. Nec moueat te: si qua eorū que hic scribuntur aliter inueniantur alibi/ cum & historie in diuersis gestorum casibus sibi inuicem reperiantur contrarie: sed ad vnum vtilitatis & honestatis p̄ficiunt fructū. Nā periculū veri statuendi mihi nō facio: sed que apud diuersos auctores legi/ ad vtilitatē legentiū si ne inuidia communicare proposui. Nam & apostolus/ nō quēcūq; scripta sunt vera sunt ait. sed quęcūq; scripta sunt ad nostrā doctrinam scripta sunt/ licet vniuersitas eorum de quibus loquitur/ ad illa sola possit aptari que in lege scripta sunt & prophetis de quorum veritate nemo ambigit/ nisi qui fidei catholice non concordat. Quedam vero que in libris auctorū non repperi: ex vsu quotidiano & rerum experiētia/ quasi de quadā morū historia excerpti. Si quæ vero ad grauioris philosophie exercitacionē videntur accedere/ academiconum more inuestigandi animo q̄ pernicatia contendendi si constet esse proposita/ vt in examinatione veri/ suū cuiq; iudiciū liberę referuef: & inutilis scriptionē censeaf auctoritas/ vbi sentētia potior refragaf. Propositū tñ est in his precipue versari/ vnde p̄nicie error nō p̄hit/ & ad illa

ps. xxxvi.

Mar. xij.
Luce. xxi.

Sapientie. vii.
Roman. xv.
ad Corin. i.

lorū diffinitionē p̄sumptione temeraria nō assurgere: in quibus sine piculo nō erratur. Nemo aut̄ in iniuriā suā reputet quippiā dici cū nulla sit derogatio p̄sonarū / sed fugiendorū sola cōcussio vitiorū. In quo quidē me p̄stitū ire obsequiū tā mal̄ q̄ bonis arbitror dū in his approbat̄ qd̄ faciūt / & hi notatis vitiis possint p̄ficere vt p̄bentur. Sed hoc hactenus. Cur autem achademicos pre ceteris placebat imitari: sermo succinctus aperiet.

Cachademici modestiores fuerunt aliis philosophis q̄s te meritas excecauit. vt darent̄ in sensum reprobū. Capm. I

Antiquos quidē philosophos floruisse ingenii & studio profecisse iam nō celebris opinio est: s̄ omnibus in cōe persuasa sentētia. Ad res enī ex natura fere in cōprehēribiles studio & exercitatiōe viā sibi fecit ingenium / & illorū beneficio plurima publicata sunt posteris q̄b̄ gaudemus / & miramur inuentis. Mundū dimensū sunt: celum suis regulis subiecerunt: nature varias scrutati sūt causas: & vni uerlitatis opificem defecatis quodāmodo sunt oculis contēplati. Quasi ergo mole gigantea subuecti: & iam non humanis viribus roborati intumuerūt / induxerūtq; bellū gr̄e dei: de vigore rationis & libero confisi arbitrio / ac si scdm̄ fabulas essēt celo captiuo virtutū q̄bus efferebantur brachia iniecturi. Deiecti sunt itaq; dū alleuarent̄ / & dicentes se esse sapiētes: stulti facti sunt / & obscuratū est insipiens cor eorum / vt qui oīa fere p̄nouerant p̄niciosissime errarēt / in maximis & variis distracti opinionib̄ etiā minima ignorarēt. Si cui nō fabularū instrumēta vilescūt / licet & ab hoste doceri sapiētis anim̄ nō detrectet / cū peculiar̄ popul̄ dei auro / argēto / vestib̄ / & toto ornatu egyptiorū resplēdeat: si gētiliū inquā figmēta vilescūt / sic dū in cāpo sēnaar fūda menta babilonis iacit impietas / dū turris elationis: & cōtradictionis machia / in celū erigē de alto precipitii a deo facta est liguarū diuisio: subtractoq; impiis vbi cōmertio / ex necessitate secuta est secessio populorū. Sic & philosophi dū ingenii sui machinas suo quodam theomachie genere in altū erexerūt: eis n̄e in commutabilis & indeficientis veritatis subtracta est vnitas / & ignorantie nebulis obuoluti: eorum que ab vna & singulari veritate vera sunt: maximam notitiam perdiderūt. vt in reprobū sensum dati esse conuincerentur ab operibus suis / & tanq̄ recedente duce / spiritu scilicet veritatis / dispergerentur in varias sectas erroris & insanias falsas. Et eo quidem inferiores effecti sunt / q̄ in his defectum suum minime cognoscebant. Hinc

Defecare est
rē mixtā a fe-
cib̄ segregare

Romani. i.

Exodi. iij. r. ij.

Genes. x. r. xj.

est q̄ dū p̄noen suā stoicus veneratur: oīa necessitatis lege constringit. Epicurus e contra/ dū rerū tuctur libertatem: dispositio nem euacuat: & oīa casibus fluctuare contendit. E regione cōsistunt: vtriusq̄ cultores/ & de singulis fere reꝝ articulis dimicāt: & quasi palladis sacramento astricti: solas paradoxas loquūtur/ aut kyriadoxas & eas vsq̄: quaq̄: veras esse p̄firmant. Achademici nō vitantes precipitiū falsitatis: in eo quidem modestiores sunt: q̄ defectū suū minime diffitentur: & in rerū ignorātia positi fere de singulis dubitant. Quod quidem longe tutius est q̄ incerta temere diffinire. Achademicorū quoq̄: inuatur opinio: nem q̄ non modo eraclides pōticus & cicero noster in summa ingeniosorū virorū laude recepti tandem ad eos trāsierūt: s; & alii plures: quos percurrere longū est. Nōne ergo p̄ferēdi sunt alius: q̄s & asserēdi modestia: & tātorū virorū p̄medat auctoritas

C De errore achademicorum: & quos eorum liceat imitari/ & que sunt dubitabilia sapienti. **Capitulum. II.**

Non tamen omnes qui achademicorū cēsantur nomine hanc dico modestie regulam tenuisse/ cū & p̄fessio scissa sit. & pro parte tam nisi pateat q̄ errori. Quid enim ineptius q̄ fluctuare in singulis: & nullius rei habere certitudinē/ & nomen philosophi profiteri? Nā qui de omnibus dubitant eo q̄ nihil habeant certum: tā a fide q̄ a scientia alieni sunt. Licet enim fides ad sciētie brauiū nō pueniat: dum quasi per speculū vitatem absentiu contuetur: habet tñ certitudinem caligine ambiguitatē exclusa. Porro si de singulis achademicus dubitat: de nullo certus est nisi forte & hoc ipm incertū habeat/ an contrariis existētib⁹ in eodē: circa idē possit & dubius & certus esse. Sed an dubitat: incertū habet dū hoc ipm nescit an nesciat. Cū vero homo in eo ceteris aīalib⁹ prestat q̄ ratione viget & intelligentia: nam in sensib⁹ qui licet aīe sint corporis esse dicuntur/ facile superatur: neq̄ linci valeat equari per spicacia oculorum/ sus auditu preualeat: vultur aut canis odoratu/ gustu symeā: aranea tactu/ cum inquā discernendi & intelligendi viribus homo precedat/ quis prestantiorē bestiis: aut potius quis nō inferiorē & vt ita dicā quis brutiorē nō credat hominem: cui ratio nō discernit: intellectus nō sapit: cum & bruta ad quandā rationis imaginem quodāmodo videantur assurgere? Nam & canis suos discernit affectus/ beneficiorū memor ē/ familiaritatē cū homine ab expientia rerū & vsu cōtrahit & amicitie pre ceteris quasi fidem familiaribus exhibens rationis &

Stoici dicunt oīa de necessitate euenire. Epicuri q̄ oīa a casu & fortuna eueniunt. Pallas est deus belli.

Achademici de omnib⁹ dubitant.

De aīalib⁹ q̄ in corporeis sensibus excedunt hōiem.

Polícraticide Curialiū nugis.

De camelo iu intellectus quodā nobilitatur ingenio. Sed & iuiuriarū memo-
 riarū memore ria camelo tenaciter residet/& rinoceros qui & vnicornis ē: vir-
 De vnicorni d ginis integritatē sic agnoscit: vt dūtaxat illius fere āplexib⁹ ca-
 xgie delectat piatur. Odorem panthere cetera sequūtur animalia. & q̄ mira-
 Q ad odorem bilius est pisces in gurgitibus ad speciē auri cōueniūt. Vñ & se-
 pāthere cetera uientis luxurie impator nero aureis vt dicitur rhetib⁹ piscabaſt
 pcurrūt a talia
 Virgil. in bu- Quid multa? Torua leena lupū sequitur: lupus ip̄e capellā/ flo-
 co. ij. egloga. rentem cithisum sequitur lasciuia capella: & in hunc modū volu-
 ptate sua trahūtur plurima: qđ vt credo euenire non posset: si de
 affectibus suis vel bruta animalia dubitarent. Qui ergo ad sin-
 gula nescii sint: qua temeritate vel impudētia philosophādi p̄-
 fessionem arripiūt? Nam sicut ab eo qđ notū est notio/sic & ra-
 tio ab eo quod ratum est: id est certū & firmū grāmāticē deno-
 minatur. Et profecto inanis est ratio hominis cui nihil persuas-
 deri potest/quin semp & in omnibus/opinionū lubrico vacillet.
 Quid enī ei philosophia cōfert qui semper fluctuat in omnib⁹/
 & cui in ostendenda felicitatis via/ rationis lumen extinguitur
 & quasi oculū eruit: vt cautius & rectius p̄gat viator cui ostēsu-
 ra est viā? Nōne & plurimū obest illi qui excecatur/ quid poti⁹
 sequit̄ q̄ tanta cōtrarietate distrahit̄? Sane ad patriā nemo per-
 uenit: nisi qui vnā seqtur viā: & qui omni v̄bo aurē accōmodat
 nunq̄ quietus erit. Nōne similior est letargico aut insipiēti siue
 infano q̄ philosopho: qui cū sōnii meminerit an dormierit dubi-
 tat: & cū cibo satiatus est an ieiunus sit nescit: & null⁹ eorū que-
 egit vel in pximo sciētia habet. Deinde qua nā via in philoso-
 phie inuestigatione pficiet: cui ratio nihil persuadet quod tene-
 at/ aut sequatur/ sed est ad oīa semp incertus? Talis utiq̄ acha-
 demicus cū nec brutis animalib⁹ valeat adequari: nec dign⁹ est
 hois ne dū philosophi vel honore vel noīe. Et quidem aduersus
 istorū ineptias magnus pater & fidelis doctor ecclesie augusti-
 nus: sed & cicero validis rationibus & sermone elegantissimo
 disputant copiosius. Verūtamen ad illos qui de singulis dubi-
 tant que sapienti faciunt questionē: cicero seipso teste transiit.
 Nec eos noster augustinus persequitur/ cū & ip̄e in opibus suis
 achademico vtaſt tēperamēto frequentius/ & sub ambiguitate
 pponat multa/ que alii cōfidētius ne magis temerarie disputā-
 ti non viderentur habere questionem. Mihi tamen non videt̄
 quisq̄ eo loqui securius: qui ita circūspectus est in verbo ne pro-
 labi possit ad falsa. Sunt autem dubitabilia sapienti que nec fi-
 dei nec sensus aut rationis manifeste persuadet auctoritas/ &
 ctoz in genere.

23. d. vñ dicat.

Augustinus.
Cicero.

Augustini cō-
 mēdatio de se-
 curitate loq̄le
 et circūspectio
 ne in verbo. Et
 forte loq̄t au-
 ctor in genere.

que suis in vtrâq; partē nituntur firmamenti talia quidem sūt/
 que queruntur de prouidētia/de substantia/quātitate/viribus/
 efficatia:& origine anime:de fato & facilitate nature: casu & li-
 bero arbitrio:de materia & motu & principiis corporū: de pro-
 gressu multitudinis/& magnitudinis sectiōe: an terminos om-
 nino non habeant an eos dūtaxat alogos tandem inueniāt/ de
 tempore & loco:de numero & oratiōe/ de eodem & diuerso/in
 quo plurima attritio est/de diuiduo & indiuiduo:de substantia
 & forma vocis/de statu vniuersalium:de vsu & fine/ortuq; vir-
 tutum & vitiorum/an omnes virtutes habeat qui vnam habet
 an omnia sint peccata equalia & equaliter puniēda. Itē de cau-
 sis rerum:& adiunctione earū vel repugnantia/de effluctiōe:&
 de fluctiōe oceani/de ortu nili:de humorū in animalib; cor-
 poribus augmento & diminutione ad motū lune: de variis la-
 tētis nature secretis:de officiis & variis figuris causarū que in
 contractibus/aut quasi contractibus maleficiis/aut quasi male-
 ficiis:aut aliis rerū formis varie oriuntur:de natura/ & operib;
 eius:de veritate:& primis rerū initiis/in quibus humanum in-
 genium deficit:an angeli oīno sua nō habeāt aut qualia corpo-
 ra/& que pie de ipso deo querūtur:qui totius nature rationalis
 excedit inuestigationem/& super oīa que mēte possūt ꝑcipi ex-
 altatur. Possent in hūc modū enarrari q̄ plurima q̄ sic dubitatio-
 nē sapiētis admittūt:vt tñ dubitatio ip̄avulgum ꝑtereat. In his
 itaq; facile credideri achademicos tāto modesti⁹ dubitasse:quā-
 to eos temeritatis ꝑcipitiū diligētius precauisse reperio. A deo
 quidem vt cum apud scriptores in locis non passim dubiis vba
 quodammodo ambigua qualia sūt hec:si forte/fortasse/& forsis-
 tan ꝑferuntur:achademico dicantur vsi temperamēto:eo q̄ tē-
 peraciores ceteris fuerint achademici/qui oēm veriti sūt teme-
 rarie diffinitionis subire notam & precipitiū falsitatis.

¶ Vnde dicti sint achademici. & quis timor aut passio men-
 tis fm agelliū & stoicos in sapientem cadat. Cap. III.

Achademici quidē dicti sunt ab achademia. Vñ pla-
 to extitit oriūdu: qui eundē sue natiuitatis locum &
 studendi vsu:& discipulorum frequentia/meritorūq;
 suorum celebritate fecit insignem. Illum vero locum
 ceteris pretulit:eo q̄ ad incutiendum timorem quo vitia reprimē-
 merentur:& agnita conditione sui/modestia fidelius seruare-
 tur maxime visus est ex frequenti terre motu quo sepe colli-
 ditur esse idoneus. Timor enim sicut modestie cognatus est/

Itē bñ de qui-
 bus merito est
 dubitandū.

Que loci ali-
 quē faciūt in-
 signem.

Policratici de Curialiū nugis.

Agellij comē-
datio.



Hisum em
Aristippū so-
craticum.

Accidētia mo-
tus tristitie/le-
ritie/et cupidi-
tatum.

ita familiaris est sapiēti. Nō ille tamen qui mentē turbat: & q̄si turbine quodā rationis & intelligētie prestringit oculū: sed q̄ cōponit animū/et quasi humilitatis fomes hoīem reddit ad oīm virtutis officia aptiorē. Vnde in libris noctiū atthicarū scribit Agellius vir elegātis eloquii: & multe sciētie se aliq̄n nauigasse cū quodā philosopho: eoq̄ nobili inter stoicos. Illis autem ex magna parte in sententiā sedit: timori locū nō esse animo sapiētis: cū oīa ex necessitate pueniant: stultūq̄ sit timere qd̄ vitari nō potest: et ecōtra vnicū sit remediū vt vir prudēs fortitudinis vires p̄paret & robore patiētie quasi solidissimo animi inuicti dipeo omīa tela necessitatis excipiat. Cū ergo nauigiū turbato mari/ventorū vehementia celoq̄ minaci periculosissime iactaret philosophus vi timoris expalluit. Deinde cū tēpestate trāfacta securitas p̄buisset colloquēdi vt fit & cōgarriendi locū: sociorū vnus diues luxuriosus asiaticus cepit cōpellare philosophū & illudere ei: eo q̄ cōtra p̄fessionē suā palluerat timore cū ipse qui minime philosophabatur māsisset intrepid⁹ in eo q̄ impēdebat exitio. At ille aristippi socratici respōsus retulit. Qui cū in re simili similiter & a cōsimili argueret: respondit illū pro aīa nequissimi nebulonis merito nō fuisse sollicitū: se autem timuisse debere paīa aristippi. Diuitis ergo questione depulsa: accessit Agellius nō animo exagitādi sed discēdi familiariter querens quenā esset causa timoris sui: cū preceptū sit discipline stoicorū ne mortis timeatur aduētus quā cōstat esse indubium terminū vite. Ille autē cū discendi auditate gnauiter accēsum vidisset hominē librū expitēcti stoici de mantica ptulit: in quo scripta erāt ea que cōgruebāt decretis zenonis & crisippi qui dicuntur fuisse principes stoicorū. Cū ergo librū in manib⁹ agelli⁹ tenuisset: inuenit stoicis placuisse nō esse in potestate hominis vt visa quas fantasias appellāt: in animū veniāt aut recedāt: & cū venerint ex terribilib⁹ rebus aut cōtra necesse esse asserūt: & animū moueri sapiētis vt paulisper metu trepidet: tristitia cōtrahat/dilatec̄ letitia/cupiditatibus moueat: tanq̄ his passionibus preueniētibus rationis & mētis officiū: nec tñ ideo consciētā mali in mente versari/nec approbari ista: aut eis aliquem indulgeri cōsensum. Hoc enī esse volūt in potestate. Idq̄ interesse cēsant inter animū sapiētis & stulti q̄ stultus cōsensu mētis passionib⁹ cedit: sapiēs autē licet ea necessitate patiatur: retinet tñ de rationabiliter appetēdis vel fugiēdis verā & firmā incōcussa mente sententiā. Hec quidē illi auctore agellio: et pro

parte elegāter & vere. Errant tamē si istarum passionum q̄ ne-
cessarie sunt: repressionē & castigationē citra grām/virib⁹ suis
ascribunt. eo q̄ solius miserentis est dei: nō vtiq̄ currētis homi-
nis aut dolentis. vt he in vsum iustitie conuertantur. Hoc autē
sufficiat demōstrare q̄ timore modestiā dispēsat & philosophā Eccl. i.
di prima sternitur & disponitur via. Siquidem scriptum est: q̄a Prover. xxij.
initium sapientie & finis modestie timor domini.

¶ Vnde dicatur philosophia: & de samio pythagora: & de do-
ctrina ei⁹ q̄ italicis philosophādi auctor extitit. Cap. IIII.



Primum vero philosophie nomen a pythagora italico in-
uentum est / qui tante fuit auctoritatis apud antiquos
vt preiudiciali opinione sententias omnium superaret
essetq; satis ad quālibet sententiam roborandā / si hoc
ipse dixisse doceretur. Ipsa nāq; vox pro nominis usurpatioe qua-
dam / proprii nominis explebat officium Fuit autem hic natione
samius negociatoris diuitis filius / cui nomen maratus erat: sed
parēte longe ditior / eo q̄ negociatio patris tanta nequiuit acgre-
re: quanta filius cōtēnere maluit / q̄ habere. Magnis itaq; sapiē-
tie format⁹ incrementis / egyptū primo: mox babiloniā ad pdi-
scendos siderū motus / originēq; mundi spectandā profectus: sū-
mam sciētiam cōsecutus erat. Inde regressus cretam: & lacedæ-
mona ad cognoscendas minois & ligurgi inclytas ea tēpesta-
te leges contenderat. Quibus omnib⁹ instructis ad crotoniorū
vrbem applicuit omnino resolutam & solius virtutis opera indi-
gentem. Fortune siquidem indignantes oderant arma que ad-
uersus locrenses infeliciter sūperant: mutassentq; vitā luxuria /
nisi eis pythagoras philosophus obstitisset. Ex quo patet quātū
homo prestat homini: cū vni⁹ persone auctoritas / iam lapsum
ad frugem melioris vite reuocauerit populū. Laudabat virtutē
quotidie: & vitia luxurie denudabat: & causas & casum vrbium
perditarum enunciabat. Tantum quoq; studii ad frugalitatem
multitudinis prouocabat: vt aliquos ex his luxuriatos esse icre-
dibile videretur. Matronarum vero separatam a viris doctrinā
& puerorū a parētibus frequēter habuit. Docebat nūc has pud-
icitia & obsequia in viros / nūc illos modestiā & litterarū studiū.
Inter hec velut genitricem virtutum / frugalitatem omnibus in-
gerebat. Cōsecutusq; disputationū assiduitate erat vt matrone
auratas vestes ceteraq; dignitatis sue ornamenta quasi luxurie
instrumenta deponerent: eaq; omnia delata in iunonis edē / ipi
dee consecrarent / preferēs vera ornāmēta matronarū pudicitia

Maratus pa-
ter pithagore.

Polícratíci de Curialiū nugís.

non vestes esse. In iuuetute quoq; quantū profligatum sit: victi
feminarum contumaces animi manifestant. Sed trecenti ex iu-
uenibus cum sodalitiū iuris sacramento separatam a ceteris ci-
uibus vitam agerent/quasi cetum clandestine cōiurationis ha-
bentes aduersus pithagoram: ciuitatem in se cōuerterūt. Que
eos cum in vnā domū conuenissent: cremare voluit. In quo tur-
multu. lx. ferme periere: ceteri in exilium profecti sunt. Ab hoc
itaq; philosophorum genus italicum nomēq; philosophie exor-
tum est. Tantus autē extitit in illa parte philosophie que specu-
latiua vocatur/vt ei quisq; philosophantiū vix valuerit adequari
Tantus in innocentia/vt ab omniū amantium temperasse cre-
datur edulio. Tantus in cultu iustitie vt populos illi⁹ partis ita-
lie que antiquitus magna grecia dicta est/etiam post mortē no-
minis eius auctoritas rexit. Cum vera antea sapientes dice-
rentur qui videbantur aliis prestantiores esse: interrogat⁹ quid
se profiteretur: philosophū se esse respondit. i. studiosum vel sa-
pientie amatorem/quoniam sapientem profiteri arrogantissi-
mum videbatur. Deniq; cum ad propulsandam labem morum
xx. annos egisset crotone: metapōtum migrauit/ ibiq; decessit.
Cuius tanta ammiratio fuit vt ex domo eius templum facerēt
ipsumq; pro deo colerent/nacti forte occasionem ex verbis eius
dicentis: mentē philosophantis esse sacrariū sapientie & verissi-
mum dei templum. Traditur etiaz persuasisse hominibus ani-
mas esse immortales:& post dissolutiōem corporis/vite prece-
dentis p̄mia recepturas. Impie tamen fabulam mille annorum
primus dicitur induxisse.

¶ De ionico gñe philosophorū & auctoritate socratē & dogma-
te platonis & opinione eius post mortem. Cap. V.



Lterum vero philosophorum genus est: quod ionis-
cum dicitur/& a grecis vltiorib⁹ traxit originem.
Horum princeps fuit tale simileius: vnus illorū se-
ptem qui dicti sunt sapientes. Iste cum rerum natu-
ram scrutatus inter ceteros emicasset maxime admirabilis ex-
stitit q̄ astrologie numeris comprehensis: solis & lune defectus
predicebat. Hinc successit anaximander eius auditor qui anaxi-
menem discipulum reliquit & successorē. Diogenes quoq; eius-
dem auditor extitit/& anaxagoras qui omnium rerū quas vi-
demus effectorem diuinum animum docuit. Ei successit audi-
tor eius archilaus/cuius discipulus socrates fuisse perhibet: ma-
gister platonis: qui teste apuleio prius aristotiles dictus est: sed

De tale simile
tio q̄ reperit
genus philo-
phādi ionici
et defectus so-
lis et lune.

De magistris
platonis.

inde a latitudine pectoris plato: & in tantā eminentiam philosophie/ & vigorem ingenii: & studii exercitio: & omni morum venustate: eloquii quoq; suauitate & copia subuectus est: vt q̄si in throno sapientie residens: precepta quadam auctoritate vis⁹ sit tā antecessoribus q̄ successoribus philosophis impare. Et primus quidem socrates vniuersam philosophiā ad corrigēdos cōponendosq; mores flexisse memorat: cum ante illū oēs phisicis id est rebus naturalibus p̄scrutandis maximā operā dederit. p̄be quidem & sapiēter cū ad vtilitatē suā oporteat oīa retorqueri: parūq; p̄sit nouisse opa dei que sunt oīa valde bona & creatori suo consequēter filia: nisi quis id precipue agat ne mal⁹ sit ipse. Preclara igitur vite mortisq; fama socratis: philosophie sue reliquit plurimos sectatores qui p̄titi sunt verba eius p̄ diuersas sectas. de quibus in sequētibus pauca dicent. Porro tante multitudinis dissidentia plato qua preminebat auctoritate cohibuit/ & in se attentionē omniū diutius prouocauit & tenuit. Sunt q̄ credant platonem nō aristidis filiū: sed augustiore conceptu natum: eo q̄ apollinis figuratio matri eius perictioi se miscuerit: quā constat a solone sapientissimo fundatore legū atticarū traxisse originem. Natus est autē mense qui apud atticos targeliō dicitur/ die qua apud delon latonia peperisse creditur apollinez & dyanā. Pridie quidē socratē genitū ferūt. Talis igit & de talibus oriūsus nō solū herouū v̄tutibus p̄stitit: sed equipasse dictus est deorū potestates. Nā pseusipp⁹ domesticis documētis istuctus & pueri eius acre in percipiēdo ingeniu & ammirāde ve recūdie indolē laudat: & pubescentes p̄mitias labore atq; amore studēdi ibutas refert: & in viro harū incremēta v̄tutū conuenisse testat. Ex iisdem genitorib⁹ glauc⁹ & adamant⁹ ei fratres fuerūt. Doctores habuit in p̄ma litteratura dionysiū: in palestra aristonē argis oriundum. Tantos p̄gressus ei exercitatio cōtulit/ vt phitie luctādo certamina vicerit: picture nō aspemat⁹ artem. tragedi quoq; & ditiri iābis se vtilem fixit. Iāq; carminum cōfidentia elatus: actorē se p̄fiteri cupiebat nisi socrates hūilitatem huius cupidinis ab eius animo expulisset: & v̄e laudis ei gloriā īgerere curasset. Et antea quidē eraclidis secta fuerat imbutus. Verū cū se socrati dedisset/ nō solū ingenio atq; doctrina ceteros socraticos vicit: sed etiā labore: & elegātia sapiētiā illustrauit: eiq; recta assertionē sensuū & maiestate v̄borū plurimū adhibuit dignitatis. Socrate quidem decedente se ad pythagore contulit disciplinam. Quā & firratione diligēti & magnifica

Mirabiliter extollit platonem. Socratis commēdatio.

Plato ex qb⁹ nat⁹ fuit/ et q̄ mense et die.

videbat instructā: rerū tamen continentiam & castitatē magis cupiebat imitari. Deinde theodorū cirenēse adiit vt geometriā disceret. Inde egyptum petiit: vt astrologie vacaret: ibiq; a ple-
 risq; creditus est didicisse oracula pphetarū. vñ rursus in italiaz rediit/ & pitagoreū tarētiniū architā secutus est: atq; ad idos/ mēdos/magos/aīm intendisset: nisi eū pcedere vetuisset bella caletica. Quapropter inuenta parmenide & genonis diligētī⁹ exsecutus: que apud magnos philosophos ammirationi fuerāt: singula in libris suis collegit vniuersa: docens prius studia phi-
 losophie/non modo non esse contraria: sed iuicem necessaria sibi: eo q; mutuis auxiliis vniuersa consistunt. Multi auditorum eius vtriusq; sexus in philosophiā floruerunt. Patrimoniu in or-
 tulo qui achademie iunctus erat/ in duobus ministris & pathe-
 ra qua diis supplicabat reliquit. Auri tantū habuit quantū puer auricula gestauerat in nobilitatis insigne. Tres aduent⁹ ei⁹ ad siciliam mali diuersis opinionibus carpūt. Sed primo vt hysto-
 riam nature cerneret in ethna: & incēdiorū intelligeret rationē: illuc pfectus est. Secundo petitur dionysii. vt siracusanis assiste-
 ret: & vt municipales prouincie illius disceret leges. Tertio vt fugiētē dyonē restitueret patrie sue venia a dionysio impetra-
 ta. Sed in his omnibus adeo diligens extitit/ vt a studiis aut of-
 ficiis philosophie nullo vnq; tēpore suspendere. Itaq; cū studiū philosophie partim in actione partim in contemplatione verse-
 tur socrates actiuam exercuit: mores instituens quib⁹ fideliter ad beatitudinem vita transfigitur. pythagoras contēplatiue in-
 stitit per quā ingenium exercetur & propagatur scientia. Proi-
 de plato vtramq; iungendo alteri philosophiā perfecisse laudat quā in tres partes distribuit ethicā/ phisicā/ & logicā: id est moralem: naturalem: & rationalē: qua verum discriminatur a falso/ & sine qua differi nequeunt que vel in actione vel contem-
 platione versantur. Putatur a nōnullis q; in peregrinatiōe sua hieremiam prophetam viderit/ audieritq; in egypto & legerit scripturas propheticas sed supputata ratio tēporum que in cro-
 nicis continentur hystoriis docet eos nequaq; contemperane-
 os extitisse cum ortus platonis vix etatem illam apprehēderit: & inter labentibus centum annis tempus quo prophetauit hie-
 remias attigerit. Et scripture prophetice post mortem platōis annis ferme. lx. regnante ptholomeo qui litterari³ studiosus a hierosolymis. lxx. asciuit interpretes: egyptum intrauerit. Opi-
 nio tamen illa conualuit: quia in libris platonis inueniūtur mul-

Pathe-
 ra est
 sola a potādo
 dicta vel quia
 labris patēs ē

De socrate.
 De pithagora
 De platone.

Augustin⁹ li.
 viij. de ciuitate
 dei. ca. viij.

ta dictis cōsona prophetarū. Nā in thimeo dū causas mūdi subtilius inuestigat manifeste videt exprimere trinitatē que deus est/efficientē causam cōstituēs in potentia dei/in sapientia formale:finalē in bonitate:que sola induxit eū vt omnē creaturā bonitatis sue participē faceret put natura cuiusq; capax beatitudinis esse potest. Vnam tñ in his visus est intellexisse & docuisse substantiā dū opificē vniuersitatis & formatorē vnū deū asseruit:quē ob insigne bonitatis et dulcis affectus dixit omniū genitorē:quē ppter infinitatē maiestatis/potētie/sapientie/& bonitatis sue tam est inuenire difficile:q̄ inuentū profari digne impossibile. Eūdem quoq; remuneratorē sperantiū in se esse & colentiū se videt astruere:dicens sapientē esse cultorē dei philosophū/qui animo & voto accedit ad sapientiā:& eū esse amato rem dei qui sicut cōstitute vniuersitatis causa est ammirabilis: ita bibende felicitatis idem est fons indeficiens & singularis. Moyses auctor est:quia in principio creauit deus celū et terrā: et in medio eorū aquā collocauit & aerem. Plato q̄ ab initio vt mūdus qui solidus & visibilis futurus erat:videri posset & tangi:deus iecit duo primā mūdani corporis fundamenta:ignē & terrā:et eis cōcordi pportione mediā sociata insolubili vinculo interiecit:nisi tamen voluntas cōditoris que sola tāte firmitudinis nexis fidelissim⁹ est vt dissoluant admittat. Omne siquidē q̄ iunctū est:natura dissolubile est: sed vt bone cōsolationis sedus pereat nō est voluntas dei volentis bona dumtaxat. Ait moyses. Qui est misit me ad vos & illū singulari verbo & prerogatiua significatione censuit esse qui semp idem est vt ei nec preteritū trāseat:nec futurū imineat:sitq; imūnis oīm motuū. Nam illa subsistēdi dedignatus est verbo qui cū tēpore festinat ad non esse:et singulis momētis per varios motus sui pficisam tur in mortem. Et de homine quidē planum est:quia vita eius nō status est:qui verbo substātiuō debeat exprimi: sed transit⁹ de vtero ad tumultū:et quasi fuga aut vmbra existendi. Plato quidē id quoq; solū proprie dicit esse quod semper est idem:nec motibus variatur. Que vero sint obnoxia motui non quidem sunt:sed vidētur esse & nequaq; manent:sed iugiter euanescent et fugiunt:nec spectant apollinem. Sunt preterea platonis & nostris multa cōmunia vt sint omīno inexcusabiles dum veritatem dei in mendacio detinent. Magnus pater Augustinus auctor est si tamen que sub nomine eius concepta legi recolofideliter quod in libris platoniorum inuentum sit:q̄ beatus

De plato in thi
meo videt ma
nifeste expme
re trinitatem.

Genes. 1.

Exodi. iij.

Quid est esse
fm platonem.

XIXXV. Polícraticí de Curialíū nugis.

¶ De obscu-
ritate scri-
ptis euāgeliste

Roma. 1.

iohannes euangelista altius celo intonuit: & ultra q̄ humana mens percipere queat/ licet auris utcumq̄ possit audire. Inuentum est inq̄ quod ait ab initio euangelii/ in principio erat verbū &c. vsq̄ ad locum quo ait/ & lux in tenebris lucet: & tenebre eā non comprehenderunt. Ego quidem nisi in patrum scriptis legeretur/ nequaq̄ alicui infidelium cōcessum crederem vt os in tante lucis oraculū aperiret: quā oculus mundanus non sufficit intueri. Apostolicum tamen & familiaritatis intime privilegiū astruit quod verbum fidei boni operis perseverantia illustravit: cum philosophi euauerint non modo in cogitationib⁹ sed operibus suis. Descripsit liberos plurimos: & politici hominis merita/ contemplatio non repressit: & contemplationis acumē actionis necessitas non extinxit. Sed liber qui de dogmate ei⁹ est contēnitus in laudem eius. origenes. hieronymus. augustinus. omnium philosophorum attestationibus freti sufficiunt. De morte eius diuersi diuersa scripserunt. Sed probabilius est eum qui innocenter vixerat & philosophie precepta fuerat pro viribus insecutus vitam risui non cessisse. Nam q̄ de eo nonnulli tradunt: quia verecundia motus emisit spiritum/ eo q̄ nauarum propositam non potuit soluere questionem: constat nominis errore compositum. Quicquid enim de eo grecorum loquitur fabule: hoc de homero non platone valerius maxim⁹ refert. Ex eo tamen & hoc vulgatum est: quia fuerunt qui homerū equocum platonis dicerent: propter excellētiam sapientie: sermo nis elegantiam/ latitudinem pectoris. Nam viros nobiles certum est polinomios extitisse. Decessit itaq̄ octoginta annis & vno expletis: in tanta reuerentia omnium/ & integritate auctoritatis. vt diu dubitatum fuerit/ diis an semideis esset poti⁹ aggregandus. Sed & cum etate illa deficiente: merita virtutū ei⁹ tanq̄ incredibilia quodam modo ad antiquitatis fabulas vergerent: ipsum inter semideos venerandum labeo scribit/ vt quidē maius homine: minus deo fuisse doceatur.

¶ De aristotile & opinione eius/ & studiis: & q̄ variis disputationibus dubitationem academicorum mouit: & de regula eorum.
Capitulum. VI.

¶ Quid in morte platonis apparuit.



¶ Sol e celo visus est cecidisse qua die philosophorum princeps plato rebus excessit humanis: & quasi lucernam mundi extinctam defleuerunt qui ad thronum sapientie / cui ille diu presederat sua arbitrabantur studia referenda. Sed cum ei aristotiles discipulus vir excellen-

tis ingenii / & platonī impar eloquio: sed multos facile superās
 in docēdi officium successisset: quasi in matutinū sydus effulset ho-
 minibus / & quibusdā multiplicis philosophiē p̄ceptis velut va-
 riis sapientiē radiis illustrauit orbem: & tanq̄ oculorū deterſa ca-
 ligine ad contuendā vitatis speciem / mentes hominū repauit.
 Sectam hic peripatheticā cōdidit sic utiq; dictā: q̄ deābulans dis-
 putare consueuerat: plurimosq; discipulos preclara fama excel-
 lens / & arte suadendi / viuo adhuc preceptore in suam heresim
 congregauit. Tractauit quidem omnes philosophiē partes: &
 p̄cepta dedit in singulas: sed p̄ ceteris sic rationalem redegit
 in ius suum / vt a possessione illius videatur omnes alios exclu-
 sisse. Ita tamen in aliis viguit vt commune nomē omniū philo-
 sophorū / anthonomastice. i. excellenter sibi p̄priū esse meruerit.
 Sicut enim vrbs romam maronem poeta exprimit. Sic & phi-
 losophi nomen circa aristotilem vtētium placito contractū est.
 Fuit autem faciendus eloquio: sed vberior sensibus: & doct⁹ sen-
 tentiis omnium obuiare. Hic est qui primus studiorum genera
 in agroaticum & exhotericum dicitur distinxisse. Nā familia-
 res & quasi domestici admittebantur in agroatica. Exotherica
 vero non modo extraneis: sed hospitibus patebant & pegrinis.
 Fuerūt qui eū incubi demonis filium crederent p̄pter agilitatē
 corporis: p̄spiciā ingenii / & gloriē appetitū: quā multiplici in-
 dustria omnibus p̄ripere consueuerat. Testatur de eo valerius
 maximus / quia supreme vite reliquias senilibus ac rugosis mē-
 bris in summo litterariū ocio vix custodiens / adeo valēter p̄ salu-
 te patrie incubuit / vt eā ab hostilibus armis solo equatā in lectu-
 lo atheniensi iacens quidem macedonū manibus q̄bus abiecta
 erat eriperet. Ita vrbe strata atq; euerſa alexandri familiaritate
 qua restituta est / aristotelis opus notum est. Licet autē nominū
 & verborum turbator habeatur / nō modo subtilitate qua cūctis
 celebris est / sed mira subtilitate dicēdi eualuit adeo quidem vt
 platonī merito proximus fuisse videat. Eū laudis fuisse auidis-
 simum vel ex eo constat q̄ cum theodocti discipulo libros artis
 oratorie vt eos ederet concessisset: moleste ferens postea tantū
 laudis & gloriē titulum se alii cessisse proprio volumine q̄busdā
 rebus insistēs planius sibi de his in theodoctis libris dictū adie-
 cit. Vnde valerius maximus. Nisi me tam late & tam patētis
 scientiē verecundia teneret / dicerem dignū philosophū: cui⁹ sta-
 biliendi mores altioris animi philosopho traderentur. Ceterū
 gloria ne ab his quidem qui contemptū eius introducere conan-

Iſido. Peripatetici a deā-
 bulatiōe dicti
 sunt / eo q̄ eorū
 auctor deābu-
 lans disputa-
 re solitus esset

Quod aristoteles
 p̄ aliquos fuit
 creditus demo-
 nis incubi fi-
 lius.

Quod aristoteles
 fuit auidissi-
 mus laudis.

Policratici de Curialiū nugis.

De crisippo.
De xenocrate

De plotino.
De iamblico.
De porphirio.
Apulei comē-
datio.

tur negligitur? Nā & voluminibus nomina sua diligenter adii-
ciunt: vt quod professione leuant vsurpatione memorie assequā-
tur. Hic est cuius disputationibus effectū est vt achademia ino-
ueatur: magis rationum q̄ collisione ventorū. Licet enim peri-
pateticus non achademicus censeatur: eo tamen sollicitate de
singulis maxime ceperunt platonici qui relictī erāt fere de om-
nibus dubitare. Siquidē post mortē platonis eusipp⁹ sororis ei⁹
filius & xenocrates dilectus eius discipulus in scholā que achad-
emia vocabatur eidem successerūt: & ob hoc ipi & successores
eorū achademici appellabant a loco: sicut platonici a magistro.
Ex quibus valde nobilitati sunt greci/plotinus: iāblicus & por-
phirius catholice veritatis (vt dicitur) pessim⁹ impugnator. In
vtraq; vero lingua/greca. f. & latina nobilis extitit apuleius af-
fer: vir magnus in primis: & qui venustate morum & discendi
copia socraticum fontem & torrentem platonicum facile redo-
leat/vel tenuiter sapienti. Ab his fluxerunt & alii multi: qui du-
bitabilia discutere sic vt nulli p̄iudicaretur maluerint: q̄ ausu te-
merario diffinire/maxime cum occultam crederent veritatem
eorum/de quibus in vtraq; partem probabiliter disputat. Vnde
& achademicorum antiquissima regula est/vt quisq; quod sibi
occurrit probabile/suo iure defendat.

¶ Q̄ alia sensus/aliam rationis/aliam religionis auctoritate p̄ban-
tur. & q̄ fides in omni doctrina aliquod stabile initium veditat:
quod probari non debet. & q̄ alia per se doctioribus innotescūt:
alia rudibus: & quatenus dubitandum sit: & q̄ pertinacia verita-
tis inquisitionem plurimum impedit. Capm. VII.

Sunt etiam nonnulla que sensus/rationis/aut religio-
nis psuadet auctoritas. Horū dubitatio infirmitatis:
erroris notam habet aut criminis. Querere enim an
sol splendeat/albeat nix/ignis caleat hominis est sen-
su indigentis. At vero an ternari⁹ maior sit binario: ipm quoq;
totum & medietatē eius contineat querere: & an quaternarius
sit duplus binario indiscreti est & cui est ratio ociosa: aut deest
omnino. Qui nō an de⁹ sit deducit in questionē: & an idem po-
tens sapiens sit an bonus: nō modo irreligiosus sed p̄fidus est &
pena docente dignus est instrui. Sūt enim in omnibus phisicis
disciplinis/quedā prima: & vt ita dicā cratini nōbo primitiua p̄a-
cipia de quibus eodē auctore dubitare nō licet/nisi his quorū labor
in eo versatur ne quid sciant. Nā sicut quedam se corporeis sensu-
sibus ingenunt/vt apud sensatos latere nō possint: quedam sub

bliora sunt vt nisi familiarius adhibita/& p̄specta diligētius &
 pertractata sint nō sentiātur: sic sunt aliqua tanta sui luce perspi-
 cua: vt latere non possint rationis aspectum: sed communitervi-
 deantur ab omnib⁹ magis tamen & min⁹ & pro capacitate &
 viribus singulorū. Alia quidem sunt que quasi quodam scruti-
 nio indigent: & quia istorum consecutiua sunt/diligētius p̄scrus-
 tantem latere non possunt. Et his tñ & illis quedam vidētur an-
 teriora esse/que ratio philosophie: quasi in fidei fundamento cō-
 stituit. petens vt spe proficiendi: ea sibi gratuito concedantur.
 Sic & geometre/p̄mo petitiones quasdam/quasi toti⁹ artis ias-
 ciunt fundamenta: deinde cōes animi conceptiones adiiciūt &
 sic acie ordinata: ad ea que sibi sunt demōstranda procedūt: sed
 & petitiones ipsi adeo consentiunt rationi: vt p̄teruire videatur
 quisquis eas vel hosti non concedit. Hic tamen nequaquā agitur
 de his que ad cultum religionis pertinet/quoniam & ibi nōnulla
 quodāmodo petuntur: que vt fides amplius mereatur expiē-
 tiam ratiōis excedūt. Sed hec ip̄a: & si ratio non vrgeat debent
 pietati: vt in sacramentis vbi ratio deficit adhibeatur fides: mul-
 tis beneficiis magnisq; miraculis p̄meruit x̄ps cui nō credi/im-
 pium est/sicut a p̄babilibus dissentire pertinaciter/est p̄teruū.
 Quis enim nisi insanus aut proteruus negauerit: quin ab omni
 puncto ad omne p̄nctum oppositum possit linea recta proten-
 di? Nam sicut in edificiis necesse est aliquid fixum esse & stabili-
 le cui erigenda structura possit inniti: sic in omni doctrina aliqd
 stabile initium procedendi: necessitas consultissime ratiōis ex-
 postit. Alioquin quicqd opifex adiicit nutat/ac si in lubrica are-
 ne aut bituminis quis edificet/aut scribat in fluminis lapsu. Nā
 incertis certiora faciunt fidem. Si ergo nihil sequitur: nisi aliud
 antecedebat/si motus oīs a quiete p̄cedit/quis potest ei p̄batio-
 nis esse p̄cessus/q̄ nusq; quiescit aut nulli acquiescit? Ei nāq; cui
 oīa eque p̄babilia sunt/nihil p̄bari potest. Sed & eorū que p̄spi-
 cua sunt: alia sūt oībus nota. Alia doctoribus tantum: vnicuiq;
 sūm ppriam facultatē. Nā numerū oēm parem esse vel imparē
 ita publice notū est. vt nec pueros lateat/quibus licētia etatis in-
 dulget ludere par impar/equitare in arundine longa/edificare
 casas: plastello adiungere muros. Hoc autē q̄ oīs multiplex quo-
 to loco distat ab vnitatem/tot super particulares sui generis
 atēce- dit: his dūtaxat innotuit qui numeris operam impenderūt. Ma-
 thematicis autē consultior nouit quia diuersa sunt id quod est:
 & esse rei. Et sic in singulis disciplinis: quedam suis opificib⁹ in

Religionis fū-
 damentū est
 fides.

De ludo puer-
 rozum ad par-
 et impar.

Policratici de Curialiū nugis.

notescant: qui nō modo vulgo / sed aliis philosophis occultātur.
 Habet & religio quelibet precipua sua / que aut ratio cōmunis /
 aut pietas persuasit: quibus proficit in cultu dei & morum exer-
 citio ad beatitudinem obtinendā. Est autem vnū oīum religio-
 num principiu: q̄ pietas gratis & sine vlla pbatione cōcedit deū
 scilicet potentē: sapientē: bonū: venerabilē: & amabilē esse. Nā
 episcoporum deū esse negantiū / & casui subiiciētū oīa iā pridem
 auctore deo hoīe: explosa sententia est. Obuiare ergo p̄cipiis
 aut rebus per se notis: siue de his ambigere insensati est aut ve-
 cordis / siue qd̄ deterius est criminosi. Sed nec de his dubitare li-
 cet: q̄ ex principiis consequunt̄ / dū ea tamē sequi planum sit. In-
 terim nāq̄ questionibus sunt agitāda: dū illorū ad principia / vel
 cōsecutiua eorū coherētia nō pateat. Nam de singulis istorum
 dubitare nō est inutile. Et quidē in talibus / donec apprehenderent
 v̄ritatem: academicorū pbabiliū disceptatio vertebat. Quid
 enim refert aut quorū interest / si qui semp̄ & oīa querebāt discē-
 tes / & nunq̄ ad scientiā v̄ritatis puenientes / quia nihil certū ha-
 bere nouerant? Hanc ergo legem academicorū p̄scribit cicero
 vt cui philosophādi p̄positum est: dū res obscura est / q̄rat / dum
 pbabiliter elucescit v̄ritas / acquiescat. Aut enim. Nos qui sequi-
 mur pbabilia / nec vltra id quod pbabile occurrit / p̄gredi possu-
 mus: & refellere sine iracūdia & refelli sine pertinacia parati su-
 mus. Hec enī duo inuentioni v̄ritatis: plurimū aduersant̄: si aut
 vera dicenti quis succenseat / aut ptinaciter in falsitatis defensio-
 ne labore. Nam vt ait ethicus. Impedit ira animū ne possit cer-
 nere verū. & v̄ritas ip̄a incarnata recessit ab eis: q̄ i corozaim &
 bethsaida spūi sancto ptinaci⁹ restiterūt. Sed & iudeos ptinacia
 excecavit. vt adhuc oculos eorū velum tēpli teneat / qd̄ dño pa-
 tiente scissum est a summo vsq̄ deorsum.

¶ Qz virtus vnica via est philosophandi & eundi ad beatitudi-
 nem: & de tribus gradibus accedentiū: & de tribus sectis philo-
 sopherum. Capm. VIII.

Roma. i.

Nota q̄ ira et
 ptinacia sub-
 uertūt omne iu-
 diciū veritat̄.

Matth. xj.
 Luce. x.
 Matth. xxvij.
 Marci. xv.
 Luce. xxiiij.

Iohan. iij.



Erūtamen quia nō oēs oīa possunt: & spūs vbi vult
 spirat: & frequēs est / vt eorū que a doctorib⁹ p̄ferun-
 tur multitudinis sit multiplex intellectus: ex verbis
 socratis & platonis secte multe p̄fluxerunt: omēs ta-
 men ad vnū sed quasi per varias semitas properātes. Illud au-
 tem quo omniū rationabiliū vergit intentio vera beatitudo est
 Nemo etenim est qui non velit esse beatus. Sed ad hoc quod
 desiderant / non omnes incedunt vna via. Vna tamen est omni

bus via propolita: sed quasi strata regia sciditur in semitas multas. Hec autem virtus est. Nam nisi per virtutem nemo ad beatitudinem pergit. Citra virtutis opera forte quis & proculdubio sine operibus ad beatitudinem trahitur: sed eo nullus nisi virtutis passibus pergit. Virtus ergo felicitatis meritum est: felicitas virtutis premium. Et hec quidem bona sunt summa. Alterum via: alterum patria. Nihil enim virtute prestantius dum exul peregrinatur a domino: nihil felicitate melius dum civis regnat & gaudet cum domino. sunt autem hec omnibus aliis prestantiora quia virtus omnia agenda: felicitas omnia optanda complectitur. Felicitas tamen virtuti prestat: quia in omnibus prestantius est propter quod aliquid quam quod propter aliquid. Non enim felix est quis ut recte agat: sed recte agit ut felicitervivat. Unde & socraticum illud in saturnalium libro laudat. Multos homines propterea velle vivere ut ederent et biberent: se bibere atque esse ut viverent. Unde igitur & singulare summum omnium bonorum beatitudo est: sed ab eo est aliud quodammodo quorundam collectio summum: & eo ipso superius aliis quam ad illud quam vere singulariter & unice summum est familiarius accedit. Ceterum ad neutrius apprehensionem nisi philosophia duce humana infirmitas convalescit. Quisquis enim sine ea ad beatitudinis viam tendit quasi cecus in lubrico tendens ad alta presumptuosus cadit. Unde etiam diuinarum & humanarum rerum copotem esse crisippus asseruit: nec unquam satis posse laudari que vitia expellit: virtutes ostendit & confert: & in humana infirmitate diuinam quodammodo reparat integritatem. Et ut sensum suum expressius proferat omnes qui non ab illa vel ad illam vigilant quod tamen ab illa est: brutis animalibus dicit esse conformes: immo & stupendum contra naturam miraculum in corporibus humanis brutos homines esse. Tria vero genera hominum qui homines sunt: alios enim brutos esse asseruit. Alii enim iam iocunditate sapientie perfrauntur & hi sapientes sunt: alii accedunt ut fruantur: & hi philosophi sunt: alii aspirant ad accedendum scilicet qui nondum sunt & esse philosophi concupiscunt. Constat enim esse quos plurimos qui nondum philosophantur: & vitam philosophorum si non opere: saltem desiderio emulantur. Ego sententiam eius tanto securius approbo quanto eam michi videre videor sancti spiritus auctoritate subnixam dicente propheta. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. In quo mihi tres premissos ordines manifeste videtur expressisse.

Cum enim Plato sapientem dicat esse cultorem dei: quis

De philosophia.
In. l. ij. ff. de iur. sti. r. iur. vbi ponebatur in greco.

ps. cxviii.

Policratici de Curialiū nugis.

ps. xxxij.

alius habendus est sapiens q̄ ille qui moraf in iustificationibus
dñi: & mulcente se conscientia bonorū operū: vere felicitatis sa-
porē tota mentis auiditate iam preguſtat & ſentit? Procul du-
bio nequaq̄ illi⁹ expers est: cui agnita beatitudo dulceſcit: & ei
expetibiliū cumulus adest/qui in vita guſtat & videt: q̄ ſuauiſ
eſt dñs. Philoſopus aut̄ cuius intētio dirigif̄ illuc/vt ſapiat: eo-
dem auctore/amator dei eſt: & vitia ſubigens: rebus agnoſcens
dis applicat animum vt his agnitis ad verā beatitudinez poſſit
accedere. Hec enim hominem beatum faciūt ſi & vitiorū ſoluā
tur vincula/& quaſi quibuſdam gradibus contemplationis lu-
cidum & indeficientē fontem boni detur inuiſere. Nam felix q̄
potuit rerum cognoſcere cauſas. & vt ait poeta. Nobis enī vn-
decunq; proueniant placent incitamenta virtutum. Felices ani-
me quibus has primū cognoscere cauſas. Inq; domos ſuperas
ſcandere cura fuit. Credibile eſt illos pariter vitūſq; iocūſq;. Al-
tius humanis exeruiſſe caput. Non venus & vinum ſublimia
pectora fregit. Officiūq; fori/militie ve labor. Non leuiſ ama-
bitio perfulaſq; gloria fuco. Magnarūq; fameſ ſollicitauit opūſ
Admouere oculis diſtanta ſidera noſtris. Etheraq; igenio ſup
poſuere ſuo. Sic petitur celum nō vt ferat oſan olim⁹ Sūmaq;
peliacus ſidera tangat apex. Nullū tamē officiū eſt militie aut
domi/quod non philoſophia pertractet: quippe que ſola exclu-
dit vitia: & ſine qua recte nihil inter homines geri poteſt. Sicut
autem morari in iuſtificationibus id eſt in expletione manda-
torū dei ſapientem facit. Nā & ppheta dicit. A mādatiſ tuiſ in
tellexi: ſic animū explendis aptare ea demū veriſſima philoſo-
phia eſt. Sed ſunt qui nondū explēt aut aptant̄ explēdiſ: appro-
bant tñ qđ ſuſpiciūt in aliis/& illiſ auctore deo deſiderāt confor-
mari. Eſt ergo gradus eminentiſſimus eorū qui in iuſtificatiōi-
bus occupant̄. Mediuſ quorū animuſ expedituſ eſt a vitiiſ. vt
ex amore occupeſ in illiſ. Inſim⁹: qui deſiderāt expediri vt hoc
ipm cōcupiſcere poſſint. Qui & ſi non ſint/deſiderāt tñ eſſe phi-
loſophi. Horū pſonā induerat ppheta dicēſ. Cōcupiuit aia mea
deſiderare iuſtificatiōeſ tuas in oī tpe. Ei⁹ nāq; tāta eſt pulchri-
tudo q̄ ſi (vt ait plato) videri poſſet oculiſ corporiſ amore ſapi-
entie mirabiliter homineſ inſlāmaret: adeo quidem vt primo
aſpectu neceſſe eſſet omneſ in amorem incidere. Hāc amat &
exquirat a iuuentute ſua fidelis anima cuiuſ ſenectuſ conſtat in
grauitate morum & pueriliſ etas in ignorātia & lubrico vitio-
rum. Super ſalutem (inquit) & omnem pulchritudinem dilexi

ps. cxviij.

Ibidem.

Sapiētie. vij.

sapientiā/ & pposui pro luce habere illam: venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Si ergo bona oīa sapiētie accessoria sunt & philosophia studiū sapiētie: pfecto philosophādi cōtēpt⁹ bonorū oīm exclusio est. Vñ colligitur q̄ q̄to quis philosophie diligētius insistit: eo fidelī⁹ & rectius ad beatitudinem pgit. Nā virtutes quibus itur in singulis officiis illa dispensat. Sed quia veteres licet ex parte animas crederent immortales: vite eterne que post istam futura est nondū instructionem acceperant/ sum mū bonū in virtute constituerunt quo plane nichil melius est: nisi frui eo qui summe bon⁹ & summū bonū ē/ vsus enim virtutis optimus est/ & vtendi deus ipse est fructus. Cum ergo virtus sola beatū faciat: ad thronū eius sumpta occasiōe ex traditionibus doctioris p varios calles ascendere conati sunt. Stoicus enī vt rerū contēptum doceat in mortis meditatione virtatur. Peripatheticus in inquisitione veri volutatur: in voluptatib⁹ epycurius. Et licet ad vnū tendant/ varias sententias quasi vias beatitudinis auditoribus suis aperiuūt. De quib⁹ dubitare & querere liberū est/ donec ex collectione propositorū quasi ex quadam rationū collisione virtas illucescat. Sed de his latius in sequentib⁹ dicetur. Nunc sufficiat ostendisse in quibus academicos vacillantes liceat imitari.

¶ De arrogantia multitudinis iperite: & qualiter legēda sint que prodesse poterunt & obesse. & q̄ ingenio vel exercitio sine grātia sapientia non contingit. Capitulum. IX.

DAuci tamen sunt qui academicorū imitatores esse dignētur: cum vnusquisq̄ pro libitu potius q̄ ratione eligat quid sequatur. Alii nāq̄ ppriis: alii doctorum opinionibus. Alii multitudinis consortio distrahuntur. Quid enim dubitat qui iuratus in vba magistri/ non quid/ sed a quo quid dicatur attendit. Quid vis enim elatrat acriter/ & quo imbuta est puerilis etas: de intimis philosophie abditis eritum putat/ paratus: & de lana caprina contendere/ credens inopinabile si quid ignotum auribus ei⁹ insonuit: nec rationib⁹ acquiescit quē doctoris captiuauit opinio. Quicquid enī ptulit autenticū/ & sacrosanctū est. Ille tamen facilius contradicit: & pertinacius reluctatur/ qui in paucitate addiscenda rerum cōsumpsit etatem/ & tanta verborū āgustia premitur/ vt si verbū vnū aut duo subduxeris/ elinguis fiat: & quauis statua taciturnior marmoreum putes: & in auditorio pythagore: aut monachorū claustro: nō tam vsum q̄ necessitatē silētii didicisse. Si qs istorū

Polycratici de Curialium nugis.

De thimoth^e
in arte tybiana
excellens a ru-
dibus simpli^z
a male p^oinsti-
tutis duplum
mercedis acci-
piebat.

in manus tuas forte erudiendus incidit/merito facies quod thimoth^e moten^z qui in arte tibiari^z excellebat fecisse refert quintilian^z in libro de institutione oratoris. Hic quidem duplas mercedes exigebat & accipiebat ab his qui fuerant male p^oinstituti: quod si omnino rudes accederent. Error enim duplicem laborem exigit: cum & euellenda sint puerse institutionis semina/& bone sint fideles inferenda. Suspice ad moderationis philosophorum temporis nostri: illos qui altius preconant/ quos auditorum multitudo circumstrepit diligenter attende eos in regula una aut duobus aut pauculis rebus iuenies occupatos. Aut ut multum pauculas questiones aptas iurgis elegerunt/ in quibus ingenium suum exerceant: & consumant etate. Eas tamen non sufficiunt enodare: sed nodum & totam ambiguitatem cum intricacione sua per auditores suos transmittunt posteris dissoluentibus. Eo loci ut congregiaris/ inuitant: instant: postulantque conflictus: si differs manum conserere: si paululum moraris insiliunt: si accedis: si tandem inuitus congrederis: si premis: latebras querunt/ variat faciem: verba distorquent: prestigis conformant: lubricum & volubilem p^othea miraberis rediisse: nisi quod teneri facilius potest/ si in eo persisteris/ ut quocumque verba defluant & voluant/ quid velit intelligas: & quid sentiant intanta varietate verborum & tandem vincientur sensu suo: & capientur verbo oris sui/ si sententiam eorum que dicuntur attigeris/ firmiterque tenueris. Ea tamen de quibus disceptatur inutiliora & aliis viliora sunt cum patuerit. Si progredieris. Si pudet & piget in nugis diutius occupari ad diuerticulum propositae questionis relabitur: & quasi ad sinum matris recurrens more antea ab eo in quo genitus est & nutritus vires reparare contendit. Sic circuit/ tot facit anfractus/ ut aduersitata recurrat ac si laborium oporteat circuire. Serpente ciconia pullos nutrit & inuenta per devia rura lacerto. Illi eadem sumptis querunt animalia pennis/ vultur iumento & canibus trucibusque relictis: ad fetus proferat: partemque cadaveris affert. Hic est ergo cibus magni quoque vulturis: & se pascentis/ prope cum iam facit arbore nidus. Sed leporem aut capream famule iouis & generosi: in saltu venantur aues/ tunc preda cubili ponitur. Inde autem cum se matura leuauit/ progenies stimulate fame festinat ad illam: quam primam rupto preda gustauerat ouo. Si ergo eos a verbis suis suspenderis/ fere inopie eorum in omni facultate poteris misereri. Sunt enim qui prestare videantur in singulis/ sunt qui partes philosophie vendicent vniuersas: nec minus tamen sunt in singulis philosophie copia desituti. Sunt qui ab una perfectio-

nem sperent: sunt qui vniuersis inuigilant inopes singularum. Nec facile tamē dixerim quos magis credam esse erroneos cū nec ab vna perfectio constet: & nemo fideliter queat omnib⁹ in seruire. Qui tamen ab vna petit omnes ineptior est/ arroganti⁹ qui omnes profitetur. In vno ad omnia occupari desidis est: sed fastidientis & non proficientis/ omnia circuire. Ceterum q̄ multa percurrit. vt eligat cui sit potius insistēdum circūspectus est: & aliis examinatis preelectioni sue fidelius seruit. Eo forte spectat preceptū ethici legere libros p̄cipientis. In libello quoq; paruuli iniiciantur vt virtutis instructio & vsus/ teneris ebibit⁹ animis facile nequeat aboleri: quoniam & testa diutius seruat odorem eius quo semel est imbuta recens: ait vel cato vel ali⁹/ nam auctor incertus est. Multa legas facito perlect⁹/ plege multa. Quo quidem aliquid esse vtilius ad scientiam aspiranti facile non crediderim/ preter obseruantiam mandatorū dei/ in qua singularis & vnicus indubitanter est philosophandi profectus. Sic tamen omnia legenda sunt/ vt eorum aliqua cum lecta fuerint negligantur: reprobentur nonnulla/ aliqua videantur in trā situ/ ne sint omnino incognita. Sed pre omnib⁹ maiori diligentia insistēdum est: que aut politicam vitam siue in iure ciuili/ siue in aliis ethice preceptis instituunt aut procurant corporis & anime sanitatem. Cum enim illa que precipua est inter liberales disciplinas sine qua nemo recte docere aut doceri potest/ sit in transitu: & quasi a limine salutanda: quis in aliis cēseat immorandum: que aut intellectu difficiles/ aut effectū inutiles/ & perniciose non faciunt hominem meliorem. Nā & ea ipsa quorum vsus necessarius est: si hominem immoderatus occupauerint perniciosissima sunt. Poetas/ hystoricos/ oratores/ mathematicos/ probabilis mathematice quis ambigit esse legendos: maxime cum sine his viri esse nequeant vel non soleant litterati. Qui enim istorum ignari sunt/ illiterati dicuntur: & si litteras nouerint. Cum tamen quasi in ius suum vendicant animū. & si polliceantur notitiam rerum/ virtutis tamen dedocent & submovent cultum. Vnde cicero cum de poetis ageret vt diligētius audiatur exclamat. Clamor & approbatio populi quasi magni cuiusdam & sapientis magistri: & qui ad commēdationem sufficiat plausu suo/ quos vult facit autenticos. At illi qui tantis laudibus efferuntur/ quantas obducunt tenebras/ quos inuehant metus/ q̄tas inflammant cupiditates. Hi supra/ adulteriaq; conciliant: varias doli reparant artes: furta: rapinas: in-

De auctoritate libri catonis q̄ rudibus legitur.

Libri q̄ sint diligēt⁹ legēdi.

Fortē loquitur de grāmatica.

It̄ d̄ dictū cicero nis p̄tra poetas. vid̄ Aug⁹ de ciuitate dei lib. ij. c. xv.

In de his q̄s popul⁹ pbat. cendia docent que sunt/aut fuerunt: imo q̄ fingi possunt: malo-
 rum exempla proponunt oculis multitudinis imperite. Que
 incēdia celi succēsi: aut maris inundatio: aut terre hyatus: tātas
 fecit populorum strages: quātas isti faciunt morum. Comicus
 qui pre ceteris placet/in eunucho refert adolescētis libidinē in-
 flāmatā: cū tabulā picturam videret cōtinentē: quo pacto deus
 qui celi tēpla sonitu cōcutit: per īpluuium auro misso inclusam
 terre & septā custodibus corruperit danem. Similes in singulis
 picturas videt: miraf et laudat multitudo. Nā que virtutis in-
 citamēta sunt raris spectator attēdit. Ere que res in se neq̄ con-
 cilium: neq̄ modū habet vllum eam cōsilio regere nō potes In
 amore hec omīa insunt vitia: iniurie: suspitiones: inimicitie: in-
 ducie: bellū: pax rursum Incerta hec si postules: ratione certa fa-
 cere/nihilo plus agas q̄ si des operam vt cū ratione insanias Et
 qd̄ nunctute tecū iratus cogitas ego ne illam/que illū/que me:
 que non:sine modo. mori me malim. Sentiet qui vir. Hec ver-
 ba vna me hercule falsa lachrimula q̄ oculos terēdo misere vix
 vi expressit/restinguet et te vltro accusabit: & dabis ei vltro
 suppliciū. Ad depellendū meretricū cōtumeliās ratio euideus
 est quā seru⁹ inducit: sed quicquid in hāc partē loquunt ita acci-
 pitur ac si insanū amatorē reuocet seruus. Eos tamen alibi cō-
 mendat plurimū idē cicero dicens. Poetas & varios scriptores
 artiū aut rerū gestarū/solus ille cōtēptibiles facit qui nō veref
 cōtemni. Nam & virtutis habet vsum/& philosophādi mate-
 riam prebēt. Notant enī nō docent vitia:& aut vtilitatis causa
 grata sunt: aut voluptatis. Sic autē per morū discrimina trans-
 eunt vt virtuti faciāt locū. Nā per tela: per ignes: per maris va-
 rias pcellas: per tot motus seditiones:& insidias populorū scil-
 lam pertrāhit & caribdim: vt ad patriā suam saltē in senectute
 vlixes repedaret. Socios variis exilii amisit casib⁹: sed eos aut
 fortune violētia: aut nature infirmitas: aut animi voluptas ab-
 sumpsit. Horū tamen oīm iocūda relatio est: amici pūsus ca-
 sus et amatus si sit: proficit ad cautelā et quo familiarior fuerit
 cū labente societas: eo casus quēq̄ magis absterret. Siquidem
 exēplis sepe magis pficitur q̄ pceptis. Mala enī vitātur facili⁹
 quo fidelius precognita fuerint: vix & quodāmodo solus euasit
 vlixes: sic ad philosophie iocūditatē et quasi patrias voluptates
 pauciores euadūt. Cōsonat ei si lyricum cōticiente lyra: dignaris
 audire. flaccus: aut si manus horati⁹ qui plus honestatis & vtili-
 tatis se apud meonidem inuenisse gratulatur: q̄ plurimum stoico-

rum sit preceptis expressum. Ait enim Troiani belli scriptores
 maxime Iolli. Dum tu declamas rome p̄neste relegi. Quicquid
 sit pulchrum quid turpe/quid utile: quid non. Pulchrius & me-
 lius crisippo & cantore dicit. Fabula qua propter paradisi narra-
 tur amorem. Grecia barbarie lento collisa duello. Stultorum re-
 gum & populorum continet estus. Antenoris censet belli & p̄-
 scidere causas: q̄ paris vt regnet saluus/viuatq̄ beat⁹: cogi pos-
 se negat: seditione dolis/scelere atq̄ libidine/& ira: iliacos intra
 muros peccatur & extra/Quicquid delirāt reges plectunt achi-
 ui. Ego aut̄ in illorū sententiā facillime cedo/qui non credunt si-
 ne lectione auctōrum posse fieri hominem litteratū. Litterarū
 tñ copia nequaq̄ philosophum facit. Gratia siquidem est que ad
 sapientiam sola perducit. In summa siquidem copia litterarum
 aut ignorantia interdū aut negligētia veritatis est/sine qua im-
 possibile est quēq̄ fieri sapiētem. Vnde & doctor ille ecclesie cur-
 ius nemo satis memor esse potest augustinus: varronē arguit
 quem tamen vt litteratissimū fuisse doceat/ait post cetera quis
 bus singulari preconio cōmēdatur. Deniq̄ & ip̄e tullius huic ta-
 le testimonium perhibet vt in libris achademicis dicat: eam q̄
 ibi versat̄ disputationē se habuisse cum. M. varrone: homine
 (inquit) omnium facile acutissimo & sine dubitatione doctissi-
 mo. Nō ait eloquentissimo vel facundissimo: qm̄ reuera in hac
 facultate multū impar est: sed omnū facillime acutissimo & in-
 dubitanter doctissimo. In primo autē libro cum eiusdē varronis
 litteraria opera p̄dicaret: nos (inquit) in nostra vrbe peregrinā-
 tes errantesq̄ tanq̄ hospites/tui libri quasi domū reduxerunt/vt
 possem⁹ aliquñ qui & vbi essemus agnoscere. Tu etatē patrie: tu
 descriptiones tēporū: tu sacrorū iura: tu sacerdotū: tu domesticā
 tu publicam disciplinā: tu sediū regionū: locorū tu omnium: diuinā
 narū hūanarūq̄ rerū noīa: gñā: officia: & causas aperuisti. Iste
 igitur vir tam insignis excellentisq̄ peritie/qui tā multa legit/
 vt ei aliquid scribere vacasse miremur tam multa scripsit q̄ mul-
 tavix quēq̄ legere potuisse credamus. Iste inq̄ vir tant⁹ ingenio
 tantūq̄ doctrina: si rerū velut diuinarū de quibus scribit oppu-
 gnator esset atq̄ destructor: easq̄ nō ad religionē: sed ad supersti-
 tionē diceret p̄tinere: nescio vtrū tam multa in eis ridenda: con-
 tēnda/& detestanda conscriberet. Cū ergo viri acutissimi & si-
 ne vlla dubitatione doctissimi cicerone teste/supstitio scriptis/
 p̄priis eā cōuincētib⁹ arguat̄ constetq̄ superstitionem falsitatis
 vitio virtuti que in sola veritate consistit esse oppositam: & sa-

Horatij usus:
 i principio eple

Itō de laudib⁹
 bus varronis
 per tullium.

Polícratíci de Curialiū nugis.

pieniā sine virtute esse nō posse: q̄s ex sola lectione nisi assit gr̄a illustratrix creatrix viuificatrixq; virtutū credat hoīem posse fieri sapientem.

COmnes scripturas esse legendas. & de bñdictione que primi genis data est / & filiis noe: & q̄ rationi auctoritas nullius gentium preiudicet. Capitulū. X.

OMnes tamen scripturas legendas esse probabile est: nisi sint reprobate lectionis: cū oīa nō modo q̄ scripta sed etiā que facta sūt ad vtilitatē hoīs (licet eis abutatur interdū) instituta credanf. Nam & angeli quodā modo ppter animā: & mundus corporeus fm assertionē patrū ad corporis vsim institutus est. Ab initio bñdixit deus homini dicens. Crescite & multiplicamini / & replete terrā: & subiicite eam: & dominamini piscibus maris / & volatilib⁹ celi & vniuersis animātibus que mouentur super terram. Et adiiciēs: omnē herbam afferentē semen / & vniuersa ligna in vsu suo. (Nā a carnis edulio ante diluuiū credūtur abstinuisse) concessit eis in cibum. Illis quoq; quos a peste diluuii archa prefiguratrix ecclesie liberauerat: benedixit & legem dedit dicens. Crescite & multiplicamini & replete terrā / & terror vester ac tremor sit super cūcta aīalia terre & super omēs volucres celi cū vniuersis que mouentur in terra. Oēs pisces maris manu v're traditi sunt: & omne quod mouetur & viuit: erit vobis in cibum. Quasi oleravirētia tradidi vobis oīa: excepto q̄ carnem cum sanguine non comedetis. Ecce quia primigenis & filiis noe eadē benedictionis collata est gr̄a: eadē auctoritas dignitatis: eadē & ciborū fere cōcessa est indulgentia: augmentū nāq; & multiplicatio / gr̄e dilationē expmit: dominiū terre: bestiarū terror: priuilegiū potestatis: victualīū vniuersitas est iudiciū libertatis. Omnia siquē munda mundis. Nec recolo huius benedictionis priuilegium alio indultum tempore q̄ quo innocētia per creationē data est: aut p medicinā sacramēti vel penitentie reparata. Nam & his statim post diluuiū & illis aīe peccatū ideo forte dictū est crescite & multiplicamini: vt illi⁹ dūtaxat augmētum & multiplicatio acquirat / qd̄ deus homini cōtulit p naturā aut reformauit p gr̄am. Hic autē & crescere iubetur in se & quodāmodo multiplicari in sobole. In se quidē ad meriti pfectū. In sobole numerosa quadam ppagatione virtutū. Cū vero natura sit vitiata per culpam / vt crescere & multiplicari iubeatur non memini. Licet autem que premissa sunt stare queant ad litterā / cū oīa in vsū vite

Beneſ. i.

Beneſ. ix.

hominis cedant: & ea ipsa que videntur esse mortifera etiam visu odoratu: auditu/ ne dum tactu vel gustu: qualia sunt nocetius venenosa: cibus sint hominis: aut eius utantur in cibum. Poterit tamen & alium sensum scrutator mysticus inuenire. Sensum tamen historicum roborat: quod pisces sanissimos: & feras quarum carnes utilissime sunt videmus crebro venenatissima reptilia deuorare: & ipsa venena inferuntur medicamentis: quibus non modo natura sustentat humana: sed etiam infirmitas conalescit. Cum vero primum sit excutiendus sensus historicus: quocumque animi vel ad fidem: vel ad opera fidei que sunt boni mores magis informat/ laudabilior & plane utilior est. Hoc enim lectione semper querendum est: ut homo seipso melior iugiter fiat. Verum cum littera preceps utiliter ad multa possit referri: & ad hoc posse aptari consentio/ ut per gratiam ex benedictione dei collatam/ ad virtutis incrementum & multiplicationem liberum excitetur arbitrium: & virtutibus multiplicatis per gratiam/ adiiciatur subiectio terre: quam cum in seipso homo subiecerit/ dominium sui aliorumque persequitur: ut cum ceteris animantibus placet: timorem & tremorem incutiat omnibus que mori uentur in terra. Sunt ergo ei cuncta in cibum/ quia in omnibus creaturis/ ei verba salutis sue loquitur dominus: plane cibatur in cunctis/ quibus ad vitam: aut mores componendos/ vita hominis perficit. Costat enim quod omnis edificatio moni a domino est: & cum quis ad virtutem aut ab opere aut a verbo: aut quocumque modo instruitur/ concessis sibi a domino uti liter cibatur. Omnis enim instructio salutis (quodammodo verbum dei est: & a quocumque veritas doctrine proferatur acceptanda est/ eo quod veritas incorrupta semper & incorruptibilis est ante diluuium & post/ dum sanguine in quo sedes est anime abstinere: concessus est omnium usus: & ante baptismum & post/ dum modo peccatum vitet ne mo vnde cumque instrui prohibetur. Si apostolus est aliquibus odor mortis in mortem/ quod prohibet & vasa mortis alicui predesse ad vitam? Cum ergo dicitur quicquid vis preter sanguinem comedere/ perinde est/ ac si quadam imagine dicatur: dummodo vitia fugias quod volueris lege. Sicut in escis carnalibus quedam sunt que digeruntur utiliter/ quedam vertuntur in crudos humores: alia per vim expulsiuam eiciuntur omnino: quedam sunt que sanis si tamen moderate sumantur conferunt: & obsunt egrotantibus. quedam debilibus faciunt/ minus tamen conducunt sanis & sanantibus. Nam hec ipsa non adeo naturam roborant deliciaiora si quidem minus nutriunt magis communia & alimentum (ut ita dixerim) pinguioris: sic & in libris sunt que omnibus prosunt/ dum tamen legantur modestia dispende/ ut que nihil continent nisi edificationem fidei & morum: sunt

ij. Corin. ij.

Genes. ix.

Polycratici de Curialū nugis.

que solidioribus animis faciant/habenda quidē proq̄ a lectio-
ne simpliciū:sunt que natura bone mentis oīno eiiciant/sunt q̄
digerant in vsum morū aut eloquētie/sunt que indurent animā
& in fide & bonis operibus solam faciant cruditatē. Vix autē in
uenietur scriptū in quo si nō in sensu/vel in verbis/non repiatur
aliquid quod vel prudēs lector emittit. Ceterū libri catholici tur-
tius leguntur & cautiū/& gentiles simplicibus periculosi⁹ pa-
tent:sed in vtrīsque exerceri fidelioribus ingeniis vtilissimū est.
Nam exquisita lectio singulorū doctissimū:cauta electio melio-
rum optimū facit. Vt enim in libro saturnaliorū/& in epistolis
senece ad lucilliū legitur. Apes quodāmodo debem⁹ imitari q̄
vaganf & flores carpunt/deinde quicquid attulere/dispouunt:
& per fauos diuidunt:& succū variū in vnū sapore mixtura qua-
dam/ex propetate spiritus sui/mutant. Nos quoque quicquid di-
uersa lectione quesuim⁹:conuertam⁹ in vsum v̄tutis: vt omnia
in ordinem gerendorū:rationis iudicio digerēte/coalescāt. Nā
& in aīo melius distincta seruantur:& ip̄a distinctio nō sine quo-
dā fermento quo conditur vniuersitas:in vnius saporis vsū va-
ria libamenta confundit:vt etiam si apparuerit vade sumptum
sit:aliud tamē esse q̄ vnde sumptū noscēt appareat/qd̄ & in cor-
pore nostro facere videmus sine omni opera nostra naturā. Ali-
menta que accipimus q̄ diu in sua qualitate perseverant:& solida
innatāt/malo stomacho oneri sunt. At cum ex eo qd̄ erant/
mutata sunt:tunc demum in vires transeunt. Sanguis ex diu-
no mandato diducitur:dum vitia dedinātur. Pastor ecclesie re-
ptilia & immūda mactare precipitur:& comedere. Quod licet
ad vocationē gentiū proprie referatur:vel exempli conformita-
te docere potest:vt iugulatis errorib⁹ gētiliū dogmata nequaquā
horreamus. Dum innocentiam:frugalitatē:contemptū mūdi
docent pythagorici audiantur:dum animas quas in celum eue-
xerint retrudunt in corpora bestiarū:iuguletur vel plato. Nam
in eo pythagorā nimis secutus est/q̄ sicut mortuos ex viuis:ita
ex mortuis reciproce viuos fieri docuit/& per varia corpora pro-
monum qualitate migrare. Vnde illud. Ipse ego iam memini
troiani tempore belli: Pātoides enforbus erā an pectore leuo:
Hesit ab aduerso grauis hasta minoris atride. Sic ergo legant
vt auctoritas non preiudicet rationi. Nā & vrtica dum rosa les-
gitur:quandoque manum tangentis vrit. Sapientia siquidem est
fons quidā de quo egrediuntur flumina que irrigant omnē ter-
ram:& non modo ortū deliciarū diuine pagine replent:sed etiā

Actuū. xi.

Sapientie laus

ad gentes pertrāseunt: vt nec etiā ethiopibus omīno desint. In-
de sunt floridi:redolētes/et fructiferi orti gentiū. Quos si forte
simplex lector ingreditur semp poetici illius meminerit. Qui
legitis flores/& humi nascentia fraga. Frigidus o pueri fugite
hinc/latet anguis in herba. Nam & poma hesperidū que draco
peruigil seruat:null⁹ asportat ignau⁹:aut qui scripturas non q̄si
vigilans legerit:sed quasi dormitans somniauerit:ac si ad finē
legendorū vtens calcarib⁹ pperet. Certū est quia fidelis lector
et prudēs:& qui litteris ex amore inuigilat vitia semp excludit
et in oībus accedit ad vitā. Hinc est illud doctoris doctorū hie-

Virgilij vsus.

Hieronymus.
De psal. vii.
v. nunq̄.

ronymi. Ama scientiā scripturarum & carnis vitia nō amabis.
¶ Quid sit vere philosophari:et ad quē finem omniū scriptu-
rarum vergat intentio.

Capitulū. XI.

Hoc autē reuera philosophari est:et hic est multe le-
ctionis iocūdisim⁹ & saluberrim⁹ fructus. Ipsa siquī
dem oīm rerū cōtinet disciplinā:et oīm moderatrix
vniuersis humane vite actib⁹/& verbis/& cogitatio
nib⁹/modū & terminos ipsa cōstituit. Est tñ cui nec ipsa nouit
terminū p̄finire. Est cui in eo p̄scribit modū vt nō habeat mo-
dū. Quicquid agit aut loquit̄/illuc tēdit:qd̄ apud recte philoso-
phātes nō habet terminū. Nā & ei⁹ substātia in eo cōsistit vt il-
lud nequaq̄ terminef. Si enī fm̄ platonem philosoph⁹ amator
dei est. Quid aliud est philosophia nisi diuinitatis amor⁹? Hoc
est utiq̄ qd̄ terminari nō vult ne et ipsa qd̄ nō expedit finiatur.
Qd̄ enī finif esse desinit:et si amor dei extinguit̄/philosophie
nomen euanescit. Sic & incarnata sapiētia dei cū multis p̄scri-
bat modū:deū sine modo precipit diligendū: nisi quia charitati
modus ille p̄scribit̄/vt deus sine termino amoris diligat̄. Qui
enī ait. Diliges pximū sicut teipsum. Idē p̄misit. Diliges dñm
deū tuū ex toto corde tuo/ex tota mēte tua/& ex totis viribus
tuis. Idē quoq̄ adiecit. In his duob⁹ p̄ceptis pēdet tota lex & p̄-
phete. Si ergo oīa que scripta sunt p̄phetis famulant̄ & legi. i.
si oīs doctrina illuc tendit vt homo subiect⁹ sit legi dei:quis am-
bigit ad regnum charitatis vniuersa referri? Qui vero philoso-
phādo charitatē acquirit aut dilatat/summū philosophātis as-
secutus est finē. ¶ Hec est itaq̄ vera & imutabilis philosophā-
tiū regula vt sic in oībus legēdis/aut discēdis agēdis/aut omit-
tendis quisq̄ verset̄/vt pficiat charitai. Ipsa vero nunq̄ inanis
aut sola est:sed honestatē/modestiā cū sobrietate:pudicitia &
aliarū venerabiliū v̄tutū cetū in ip̄m hōiem quē pietati p̄secrat

Mat. xxiii.
Marci. xii.
Luce. x.

Scripture dicit
vine laus.

ps. cxviii.

quasi in templū dñi introducit. Quicquid aliorum vergit in artibus/sive quibusque scripturis: nō philosophie dogmata/sed inanes fabule sunt: & figmēta eorū super quorū impietatem ira dei de celo reuelatur/quicquid illi garriant recte philosophanti ineptum videtur insipidū & insulsū. Audi nō me/sed prophetā dicentē de talibus. Narrauerūt mihi iniqui fabulationes/sed non ut lex tua. Loqui ergo vera & iusta: philosophantibus & nō philosophantibus cōmune est. vera & falsa loqui/bona docere & mala: nō philosophantū est. Sed & recta dumtaxat interdum docet vanus philosophi imitator: sed qui recta quae docet sequitur/vere philosophus est.

De ineptis nugatorum qui sapiētiam verba putant. & aliter legendi sunt libri diuini/aliter gentiles.
Capitulum. XII.

Errant utique & impudenter errant qui philosophiam in solis verbis consistere opinantur. Errant qui virtutē verba putant: ut lucū ligna. Nam virtutis cōmēdatio consistit ab opere: & sapiētiam virtus inseparabiliter comitatur. Vñ constat quia illi qui verbis inherēt: malūt videri quā esse sapientes. Plateas circueunt. terūt limina doctiorū: quæstiuiculas mouēt/intricāt verba: ut suū & alienū obducāt sensū: paratiores vtilare quā examinare: si quid difficultatis emerit/verētur tamen perdere impitiā suā. Iactatores sapiētie nō amatores: & id quod nesciūt prauo pudore nescire quā querere & discere malūt: presertim si assint alii quibus notū arbitrentur quod ipsi nesciunt/ Fastū tamen eorū ferre nō poteris. De oī materia loquūtur: subito diiudicant oēs: alios culpāt: se ipsos p̄dicāt: iactāt se iuenisse de nouo quod tritū est ab antiquis/& testimonio librorū per etates multas ad tēpora nostra p̄ductū. Verba multiplicant: ut sepe minus intellecti sint onere & multitudiue verborū: quā rerū difficultate. Cū enim ne intelligere efficit/arbitrat se meruisse: ut pre ceteris philosophus videatur. Et sepe quae paucissima nouit p̄ponit plurima: quae nec ipse pythagoras sufficeret explanare. Interdū eadē replicat: & reuoluit/ & quia nō habet quo diuertat laborat misere. Idē terit & eadē circinat auras. Dū eum p̄cul audis/tertiū cathonē e celo miraberis cecidisse se. Quelibet enim hominē attulisse videbitur. Si p̄fessionē queris aut artē: est grāmaticus/rethor/geomet̄/pictor/alip̄tes/augur/cenobates/medicus/magus. Oia nouit: & esuriētē greculo longe p̄stantior. Nam & si iusserit ibit in celū: & dedalo doctior te ipsum quo volueris incolumē per mare traiciet. Accede ut docearis quid in scriptis suis doctores senserūt diligēt in grege: excute lēas/

statim increpabit duritiā tuā: & asino archadie te dicet tardiorē. Plūbo ebetior es dū quid latet in littera iterrogas: littera inutilis est/nec arrandū est quid loquaf. Si instas/moneberis fugere qm̄ perniciosa est & occidit. Caue ne serpēs sis: qui terrā comedit oibus diebus vite sue: aut ludendū aut fabulādum: aut discptandum est tibi. Nā qui verbosior est/videtur doctior. Nec arrandum est vnde aut quid de quo sentiat aut pferat aliquis dum loquatur. Nec refert qua quisq; ratioē nitatur/dū nō instantiam sed vmbra eius quisq; dare sufficiat. Quid verū aut falsū: q̄ pbabile aut nō pbabile sit/frustra querit cū omnibus imago pbabiliū preferatur. Statue quod volueris/statim illud aliqua similitudo euacuat. Nā qd̄ obtines in vno simili/vel nol̄ in aliquo obtinebit. Cōstat tñ qd̄ nō simile est non statim esse verū: & qd̄ falsū videt nō semp esse falsum. Si propositōrū similiū dissimilitudinem niteris aperire/rē inanē aggredieris: aut enī te vel clamore prep̄dies: aut supflua opera deridebit/cum oīm similitudinū aliqua esse dissimilitudinē oporteat. Alioquin non tam similia q̄ eadem merito esse dicentur: docere cur ita non sit nō modo frivolu/sed irrisiōe dignissimū iudicatur. Statim queritur an velis cōcionari: dicunt se vt peripatheticū nō emargoreū audiant cōuenisse: cū tamē deambulatiōe & circuitiōe viarū poti⁹ q̄ diligenti inq̄sitiōe rerū peripatheticos imitētur. Si tñ hec ad copiā eloquentie comparandā exercent disceptatio & similia & dissimilia cōquirant: exercitiū quidē laudabile est: & quo aliud esse cōducibili⁹ iuuetuti nō facile dixerim: dūmodo fallaciarū nube multiplici sibi nequaq; oculos pstringi patiantur. Nihil enī vtilius: nihil ad gloriam aut res acquirēdas cōmodius iuuentuti q̄ eloquentia: que ex eo plurimū comparatur si rerū in mēte & in ore copia sit verborum. Verba nāq; proferre rebus icognitis: desipiētis potius q̄ docētis est/aut discentis. Multos videbis huiusmodi qui totū lōgo detinēt sermōe diem/ & nihil oīno dicūt aut minimum. Tu defessus es audiendo: & is nisi verbosior esset: loquendo perfatigari potuerat: quo tamē tendat/aut qd̄ velit nondum intelligis. Tu finem expectas: ille nondū initiū fecit. Prefer tamen vt videas qua exiturus sit. Recollige tandem que contexit: & occurrent tibi velut egri somnia vanas fingentis species: vt nec pes nec caput vni reddat forme. Turbati cerebri hominem credas: & qui ex defectu rationis linguam continere nō possit. Putes eū noctes ptinuare insōnes: & sopita rōne melācolia solā in eo excitatā. Si forte miseriatiōe duct⁹ ei mode

Eloquentie cōmendatio.

Polieratici de Curialū nugis.

Terius.

stiam p̄suaseris succēdetur/ & q̄libet in quēnis finget opprobria
cōpatiētibus/ & deridētibus eque cōitiabitur/ nec amicus nec
hostis ab eo nisi cōsputus abscedat. Si cepisti p̄feras necesse est:
aut procacis lingue sustinebis iūrias. Desiste ergo nisi sordida
lingua malueris inquinari. Nam & immunda quo magis mo-
uentur eo plus fetent. Viri prudētis dictum agnosces: quia ve-
sanū tetigisse timent/ fugiuntq; poetā: qui sapiunt agitāt pueri:
incautiq; sequūtur. Licet autē apud priuatos aut serio viuentes
homo huiusmōi rectissime videatur inutilis/ cōmod⁹ tamē est
in cetu multitudinis que hilaritatis & iocularis letitie materia
gaudet/ optimū enī instrumentū est ad risus conciliandos/ & ef-
ficacior quouis mimo. Vt venenū eius effugias: patientiā in-
dicās auribus/ morē geras insano qui nulli p̄cit/ & si eū forte vis
reprimere benignissime obsecra: vt in docendo/ aut disputādo:
sententie plus apponat/ & eā verborū deductione cōpenset. Nā
qui verba rebus: & res tēporis oportunitati cōtemperat: mode-
rissimam totius eloquentie regulā tenet. Illa vero copia laudē
parit: cui veritas/ virtuti & oibus officiis amica: cōsentit. Mul-
ta siquidē & faciliter loqui nugigeruli est: & famā oīnē negligē-
tis: & in se virorū grauiū prouocantis odiū & cōtēptū. Nam &
spūs/ sapiētie auctor est: quia qui sophisticē loq̄tur odibilis est.
Nū mediocris tñ utilitas est in dephēdēdis importunitatibus
sophisticis sine quarū notitia quisq; ad examinationem veri &
falsi vētilationē p̄greditur/ quasi miles inutilis/ qui aduers⁹ ex-
ercitatū & instructū hostē p̄cedit exarmatus. Licet ergo ad ex-
ercitiū colloquentē vicissim fallere/ & quasi in cāpi doctorū sco-
la inter ciues iocularē militiā exercere. Sed vbi se colloquentiū
intentio ad philosophie sobrietatē erigit: importunitates sophi-
stice delitescūt. Et si forte ab alterutra pte emerferit: sic a sapiē-
tibus corripuntur/ sicut in re publica: inter cōtrahētes dolus ma-
lignantū coerchetur. Ceterum verba rebus res temporib⁹ con-
temperare: & interuenientes fallacias prudenter arguere/ non
paucorum dierum est aut leuis opera. Vnde plurimi acceden-
tes abeunt retrorsum: & aliquā vestiū philosophie portumculā
preferentes gloriantur apud indoctos: ac si in iurisdictionē eorū
tota concesserit. Vt enī ait quidam verbis nāq; manentibus no-
men excidit. Garcio quisq; duas postq̄ scit iūgere partes: sic stat
sic loquitur velut oēs nouerit artes. De generib⁹ & speciebus
noram affert sententiā/ que boetium latuit quam doctus plato
nesciuit: & quam iste felici sorte in secretis aristotilis nuper in-

Boetius.
Plato.

uenit. Veterem paratus est soluere questionē in qua laborans mundus iam senuit/in qua plus temporis cōsumptum est q̄ in acquirendo & regendo orbis imperio cōsumpsit cesarea domus plus effusum pecunie: q̄ in omnibus diuitiis suis possederit cretus. Hec enim tam diu multos tenuit: vt cum hoc vnum in tota vita quererent: tandem nec istud nec aliud inuenirent. Et forte ideo quia curiositati nō sufficebat in eis quod solū potuit inueniri. Nā sicut in vmbra cuiuslibet corporis frustra soliditatē substantia querit/sic in his que intelligibilia sunt dūtaxat: & vniuersaliter concipi/nec vniuersaliter esse queunt: solidioris existētie substantia nequaquam inuenit. In his etatē terere nihil agētis & frustra laborātis est. Nebule siquidē sunt rerū fugatiū: & cū queruntur auidius: citius euanescent. Expediūt hanc auctores multis modis: variisq; sermonibus/& dū indifferenter verbis vsi sunt/ varias opiniones inuenire nisi sunt: & litigiosis hominib⁹ multam contendendi materiā reliquerūt. Inde est quod sensibilibus aliisq; singularibus apphensis qm̄ hec sola veraciter esse dicuntur ea in diuersos status subuehit pro quorū ratiōe in ipsis singularibus specialissima generalissimaq; constituit. Sunt q; more mathematicorū formas abstrahunt/& ad illos quicquid de vniuersitatib⁹ dicitur referunt. Alii discutiunt intellectus: & eos vniuersalium nominibus censerī cōfirmant. Fuerūtq; & qui voces ipas ḡna dicerent esse & species: sed eorum iam explosa sententia est: & facile cum auctore suo euauit. Sūt tamen adhuc qui dephenduntur in vestigiis eorū/ licet erubescant auctore: vel sententiā p̄ferri/ solis nominibus inherētes. Qd̄ rebus & itellectibus subtrahūt/ sermonibus ascribūt. Magno se quisq; tūc iudice/& ex verbis auctorū qui indifferēter noīa p̄ reb⁹: vel res pro nominib⁹ posuerūt suā astnūt sentētiā: vel errorē. Oriūtur hīc magna seminaria inrgiorū: & colligit quisq; quo suā possit heresim confirmare. A ḡnibus & speciebus nequaquam recedit: sed eo applicabit vnde cūq; sit sermo institut⁹. Poeticū illū te subito miraberis inuenisse pictorē qui ad oīa que necessitas exigit scit fortasse simulare cupissimū. Desipit ita rufus: in venia a qua enī teste coquo nullus casus euertit. Nā quicquid agit rufus nichil est nisi venia rufo. Si gaudet/ si flet: si tacet: aut loq̄t. Cenat propinat/ poscit/ negat/ inuit/ vna/ est/ venia: si nō sit venia mut⁹ erit. Res illa ad philosophādū videt̄ aptior ī qua liberior est licētia fingēdi qd̄ volueris: & minor est ex rei difficultate aut disceptatiū impitia certitudo. Sepe sicut ad hostē impediendū faci⁹ sa

Aristoteles.

Cesarea dom⁹

Cretus.

Politratici de Curialiū nugis.

lebras & angustias trāseundi miles caut⁹ obseruat: sic difficiles quis aut a scripturis aut a rationib⁹ excitat q̄stioēs: aut si aliud ppositū est/ex industria in eas quasi ex incidēti plabiē. & si satisfacere nō sufficis: quia nemo est q̄ oīa que etiā ab impit⁹ queruntur sufficiat explanare/statim annuit oculis: distorquet vultum: brachia iactat: clamat/salit: & trāffigurat gestibus: que in quouis histrione vel mimo videant^r inepti. Nō utiq; satisfacies nisi ei respondeas verbis suis/& id tantum dicas qd̄ cōsuevit au dire. Ipse tñ licet scrupulosior sit: totius est solutionis ignar⁹. In vno tamen sibi forte p̄spexit cautius: quod in marsupio omnia gbus inflatur ingessit. Facile tamē & quasi acurvesicā hanc perforando/q̄quid loquacitatis in follib⁹ impiti guttur^r resonabat interdū vno sapiētis verbulo conquiescet. Nec illos ad philosophandū credideri aptiores: qui oī verbulo longā orōnem obiiciunt/ac si ad oīa que querunt^r fino sit ad pplm faciēd⁹. Regularitē siquidē pditū est/q̄ q plus vel minus m̄det q̄ ab eo querit^r/lineā recte disputadi ignorat. Ceterū cū quis docendus est: illa sūt dicenda dūtaxat que solutionis propositorū amminiculū p̄stant. Vnde illos qui in singulis legunt omnia / & dū vnum queritur niuntur omīa expedire / planū est recte docentium formulam non tenere. Aut enim nesciunt quis sit: recte docēdi mod⁹ / aut dissimulatione officii vendicant forte ingenia sua. Et (vt ait cicero) nō quid pposita disciplina: sed quid ipi possint ostentant. Qui ergo porphiriū oibus philosophie ptib⁹ replent: introducentorū obtundūt ingenia: turbāt memoriā: & qui instituend⁹ erat tanta grauitate cōcitiūt / vt onus reputet ip̄portabile qd̄ suscepit. Diuine pagine libros quorū singuli apices diuinis pleni sunt sacramentis / tanta grauitate: legendos forte concesseri eo q̄ thesaurus spūs sancti cuius digito scripti sunt: oīno nequeant exhauriri. Licet enim ad vnū tantūmodo sensum accōmodata sit superficies littere: multiplicitas mysteriorū intrinsec⁹ latet / & ab eadē re sepe allegoria fidem / tropologia mores variis modis edificet. Anagoge quoq; multipliciter sursum ducit: vt littera nō modo verbis sed rebus ipsis instituat. At in liberalib⁹ disciplinis vbi non res / sed dūtaxat verba significant: quisquis primo sensu littere cōtentus non est aberrare videtur mihi: aut ab intelligentia veritatis quo diutius teneantur seuelle suos abducere auditores. Plane porphiriolū ineptū credo: si ita scripsit: vt sensus eius itelligi nequeat: nisi aristotile platone & plotino plectis. Valeat / quicūq; me in aliquā disciplinam disponit itroduc

cere compendio tali. Ego siquidem illum sequar qui litterā aperit: & quasi supficie patefacta sensū (vt ita dicā) hystoricū docet.

Que sint necessaria & quasi clauē philosophandi. & q̄ simplicitas amica veritati ē. & quid sit luctari cū āgelo vel cibare eū. & qd sit aut p̄sit ad vocationē sapiētie reliq̄re patriā. Cap. XIII.

Que vero sunt discendi clauē: & que philosophantib⁹ ad intuentā speciē veritatis: viā eo tendētis expediunt / senex carnotensis paucis expressit. Et licz metri eius suauitate nō capiar: sēsū approbo: & philosophātiū credo mētibus fideliter ingerendum. At ergo. Mēs hūilis studiū querēdi / vita quieta / scrutiniū tacitū / paupertas: terra aliena. Hec referare solēt multis obscura legēdo. Hūilibus autē dat grām dñs. & illis veritatis intelligentiā cōfert qui timore inicitati ei in dilectiōe. & executione mandatorū suorū fideliter adherent. Nam ex testimonio sapiētis: q̄ cōfidūt in dño intelligent x̄itate: supbis aut resistit de⁹. Quis eo iūto philosophabit: aut eo renitente in aliquo obtinebit? Hūilitas est: vt nec personam docentis contēnat quis / aut quācūq; sciētia: nisi forte quam religio reprobauit. Si (vt dici solet) in vita humana nihil recte agredimur / quis ad scientiam sine eo pueniet qui scientiarū dñs est: & in quo sunt omnes sapiētie thesauri absconditi? Hoc vtique moliri arduū nimis est: & difficilius & longe maius q̄ vt fabularum vtamur verbis clauam eripere de manu herculis: imo certe lōge minus est / qm̄ nihil est: si tamē quod oīno nichil est aliq̄ maius aut minus est. Quisq; ergo viā philosophandi ingrediē ad hostiū grē eius hūiliter pulset: in cuius manu liber oīm sciendorū est: quē solus aperit agn⁹ q̄ occisus est: vt ad viā sapiētie & vere felicitat⁹ / sensū reduceret aberrantē Frustra q; sibi de capacitate ingenii: de memorie tenacitate: de assiduitate studii: de ligue volubilitate blandit / quia si hec in inuio fuerit: quo efficaciora vidētur eo lōgius aberrabūt. Nā & equ⁹ quo veloci⁹ aberrat: eo tardius domū quisq; infidet redit. Est aut hūilitati cōiuncta simplicitas: qua discentiū intelligētia plurimū adiuuat. Hūilitas enī his que scribūt a doctorib⁹ acquiescit: & simplicitas si qua secus q̄ oportuit dicta vidēt in partem meliorē fidei interpretatiōe retorquet. Inept⁹ enī est q̄ scripturis a qb⁹ istrūed⁹ est appetit dñari: & captiuato sensu earum / ad intellectū suum eas nititur trahere repugnantes. Nam in eis querere qd nō habent proprium sensum obstruere est: non addiscere alienum. Nonne & discipulorum oculi tenebantur / ne sapiētiam que eos cōmi-

Jacobi. iij.
Prosequit de
prima clauē q̄
est hūilitas.
Sapiētie. iij.

1. Regū. ij.
Ad Colossē. ij.

Apocal. v.

Luce. xxiij.

Polícratici de Curialíū nugis.

labatur ex ardore agnoscerēt/ quia tardi erant ad intelligendū
 que prophete loquebantur: querentes quod aberat a mentib⁹ p
 phetarū/ & nō attendentes xp̄m qui latebat in littera? Sed quia
 charitatis ardētis studio querebant quod latebat: sapiētia q̄ que
 rebatur affuit/ & aperuit oculos eorū vt intelligerēt scripturas/
 & suā viso dño tarditatē arguerent. Sic enī prodest querēdi stu-
 dium: si audivitas ip̄a sciēdi referatur ad christū. Sed nec ip̄e nisi
 in fractiōe panis agnoscitur: quia mens scripturarū nisi refectio
 fidei/ aut morū detur anime/ oīno nō videtur. Quisquis enī ad
 voluptatē suam/ ingenii aut studii viribus/ scripturarū integri-
 tatem attēptat: quasi a sacrario philosophie exclusus: ab intelli-
 gētia veri alienus extat. Nam & sodomite/ dū āgelos correpto
 res malitie: & viri iusti hospites/ corrūpere voluerunt: cecitate
 percussi sunt/ & circa parietem aberrātes palpando in meridie
 crassis tenebris obuoluti: iusto dei iudicio submersi sunt. Sic dū
 elati & maligni oberrant ad parietem scripturarum sensū fide-
 lem qui in domo simplicis ann quo est sermocinatio dei/ & qui
 correptorē malicie videt angelum non attingunt. Angelus sig-
 dem scriptura est quam deo mittēte constat ad increpandā ma-
 liciā hoīm in mūdi sodomā descendisse. Audite (inquit) verbū
 dñi principes sodomorū/ auribus p̄cipe verba mea populus go-
 morre. Seruiendū est ergo scripturis nō dñandū nisi qs forte se-
 ip̄z dignū credat vt āgelis debeat dñari. Eos vtq; viri iusti ado-
 rasse & cibū ministrasse legunt: & eis hūana temeritas vult p̄-
 ferri? Cibantur autem fidei & bonorū operum cibus/ nā & ma-
 gni consilii angelum ad puteum sic cibavit mulier samaritana.
 Et fortasse eos adorasse non proderit: si cibus subtrahatur. Nō-
 ne querēdi studio viginisse scribitur patriarcha: qui scalā videns
 cuius sūmitas celos tāgebat/ angelos ascēdētes & descēdētes vi-
 dit: & ipsum dñm innixum scale/ & cū angelo donec aurora illu-
 cesceret luctaminis certamē exercuit: nec ante ab angelo fatiga-
 tus acquieuit vt cederet: q̄ femore altero debilitatus bñdictiōis
 gratiam voti compos abscedente angelo reportaret? Hec ei in
 spiritu aut in figura contigerunt: sed nobis apostolo teste figu-
 ralia seruiunt. In via ergo peregrinationis nr̄e apprehendam⁹
 angelos scripturarū & infatigabili certamine luctantes cū eis:
 nō cedam⁹ donec nos aurora v̄itatis illustret. Nec solā nosse suf-
 ficiat veritatē: nisi femore amoris tēporaliū marcescēte eo vere
 virtutē aditū/ de bñdictiōe angelica facilius conseq̄mur: q̄ mag⁹
 eternorū amore excitato: in appetitu t̄paliū claudicem⁹. Eo enī

Luce. xxiij.

Genes. xix.

Hiere. xxxj.

Genes. xvij.

Joan. iij.

Genes. xxvij.

1. ad Corin. x.

lucta ista perducit: vt triūphantis hominis testimonio: de⁹ ipse
 qui summa veritas est: facie ad faciem videat. Quicquid enim
 boni in fide aut operibus apparet/ imago quedam diuine visio-
 nis est. Et recte aurora sine benedictione nō expedit angelum:
 quia notitia veritatis sine gratia bone operationis sane consciē-
 tie nō habet fructum. Porro ad studiū querēdi nō modo dome-
 sticis/ sed etiam extraneis animamur exēplis. Nam solō qui se-
 per summo sapientie feruore flagrauerat: supremo die assiden-
 tibus amicis & cōferētibus: iam fere mersus satis caput erexit/
 interrogatusq; cur hoc fecisset: respondit vt cum istud quicqd est
 de quo disputatis percepero moriar. Migrasset pfecto ex homi-
 nibus inertia: si eo animo vitā ingrederetur quo eā solon egres-
 sus est. Carneades laboriosus & diuturnus sapiētie miles in stu-
 dio. xc. expleuit annos. Ei siquidem idem viuēdi & philosophā-
 di finis fuit. Catho octogesimū & sextum agēs annū: aīo tamē
 iuuenili/ virili robore/ grauitate senili/ in republica agēs: vt nec
 memoriā tardiorē/ aut laterū infirmitatē: aut quassatā carnem:
 mēbra torpentia: aut linguā impeditā quisquā animaduerneret
 Grecis etiā litteris appetiit erudiri: qui sero & fere senex latias
 didicit. Cum vero sibi eloquentie gloriā cōparasset: id egit vt iu-
 ris quoq; ciuilis peritissimus haberet. Eius vero ples mirifica
 & patre cathone digna: adeo doctricē cupiditate flagrauit: vt ne
 in curia quidē qua senatus cogeatur temperaret sibi: quo min⁹
 grecos libros lectitaret: qua quidē industria ostendit aliis tēpo-
 ra deesse: alios supesse tēporibus Vitā quietē necessariam esse:
 vel ethicus docet qui studentis inane exercitiū reputat: si ad ho-
 stium eius prementū se tumultuū turba pulsat. Ait enī. Quis
 locus ingenio: nisi cū se carmine solo: vexant & dñis cure vifecq;
 feruntur. Pectora nostra duras non admittentia curas: Magne
 mētis opus: nec de lodice paranda: attonite currus & equos: fa-
 ciesq; deorū aspicere/ & qualis rutilū confundat erinis. Nā quod
 turba lumen veritatis impediāt: cecus euāgelicis docet quem
 turbe pcedētes/ & sequētes increpabāt pariter vt taceret. Sigdē
 dicente dño/ q; versatur in turbis turbatur erga plurima: q; nihil
 studiis aut bonis moribus exercēdis pnciosū⁹ est. Si enī studiū
 (vt ciceroni placet) est vehemēs applicatio animi ad aliqd agē-
 dū magna cū volūate: pfecto mēs que turbata ad plima distra-
 his nequaq; in vno vtutē ope fideliter occupat. Sed studii tūc ex-
 ercitatio plurimū pficit cū vtus in singulis que legit aut audit
 homo/ tacito apd se veri iudicii scrutinio cōualescit. Ibi nāq; ra-

De solone.

De carneade.

De cathone et
eius prole.De tertia cla-
ue sapientie q̄
est vita quietā

Matth. xxi.

Luce. x.

Studiū qd ē.

De quarta claue
sapientie q̄ dē
scrutinū tacitū.

Policratici de Curialiū nugis.

De quinta cla tio cuncta examinat & fructū oīm appēdit in statera. Ceterum
ue sapientie q̄ vita quieta esse nō pōt: si nature necessaria subtrahunt / & econ-
dicū paup̄tas tra si luxuriat anim⁹ in delitiis: rerū affluētia: lumē ratiōis extī-
 guit. Vñ secunda virorū paup̄tas: & vere humilitatis custos &
 locia virtutis p̄missis adhibetur vt luxuriā moderatrix ista cōpe-
 scat: & stimulis suis hominē sui memorē officio virtutis iurgiter
Seneca. instare compellat. Honesta quidē res est (vt ait sapiēs) leta pau-
De democrito pertas: nec tamē est paup̄tas si leta: sed cresci diuitiis potior. Vñ
 democritus cū diuitiis censerī posset: que tāte fuerūt vt p̄ eius
 exercitui xerxis epulū dare ex facili potuerit: quo magis vacuo
 aīo studiis litterarū esset parat⁹ / pua admodū sūma retenta / pa-
 trimoniū suū patrie donauit Athenis autē cū plibus aīis mora-
 tus oīa tēporū momēta ad p̄cipiendā & exercendā doctrinam
 cōferens / ignotus illi vrbi vixit: quod ip̄e quodā volumine testa-
De crate the tus est. Crates quoq; ille thebanus p̄iecto in mare nō puo auri
bano. pondere / abite (inquit) pessimi male cupiditates: ego vos mē-
de anaxagora gā ne ip̄e mergar a vobis. S; & anaxagoras cū a diutina pegrīa-
 tione patriā repetisset / possessionesq; desertas vidisset: nō essem
 (inquit) ego saluus nisi iste perissent. Socraticū fere oraculū: ne
Socratis ora- minem locupletē futurū vt doceat: nisi se ad discēdū pauperem
culum. & egenū credat. Semper enim discētib⁹ plura deerūt q̄ scitu
De sexta cla- iocunda vī aut necessaria sunt. Terrā alienā philosophia exigit
ue sapientie q̄ & suā interdū alienā facit / imo alienā facit suā: & nullo vnq; gra-
de terra aliena uatur exilio: h̄ est qd̄ domesticas & que carnis sunt abigit sollici-
 tudines: vt hō totus quodāmodo versus in spiritū: omē quod sa-
 piētie p̄fectū impedit / reputet alienū: vbiq; tamē domi: & vbiq;
 in patria: quia vbiq; locorū apud se: & vbiq; apud sapiētiā com-
 moratur. Et forte huc patriarchā inuitat domin⁹ dū eū exire de
Genesis. xij. terra & de cognatione sua p̄cipit / vt in pegrinatione proficiens
 multiplicetur in gentem magnā: ip̄amq; terrā acquirat feliciter
 quā relinqt: dū ad vocationē sapiētie oīa que sunt mūdana con-
 tēnit. Si quidē virtus modeste paup̄tatis exercitio crescit / & for-
 titudo facili⁹ diuitiis q̄ laboribus expugnatur. Qui vero in co-
 gnatione temporalium quib⁹ quodāmodo ingēnitus est pedem
 sui figit affectus / seruit & minoratur: & iure dñi feliciter acqui-
 rit oīa: que mundi cordis affectione quasi mentis pede calcā-
 tur. Sed quis est qui hanc arduam viā: vel intrare disponat. An-
 gelum fortē quis aggredit / aut quis si aggredit / p̄seuerat? Nec
 tamen sine discrimine colluctādū videtur facies veritatis: & nisi
Genesis. xxix. paup̄is exilii amaritudo p̄cedat: rachelis & lie cōiugatio nō dul-

cescit nec succrescit soboles numerosa/nisi in virtut? baculo iorda *Genes. xxxij.*
 nem labentiū solitudo transferit:& in duabus turmis spūalium
 & corporaliū bonorū in patriā diues īgreditur:qui etiā inter co-
 gnatos exul in pure cōtemplationis & recte operationis labore
 diutius sudauit. Qui vero alia via philosophari nitunt? errant:
 & vrgēte fame p̄mogenita distrahēt/si tamē inuenerit germa-
 num qui vel lēticolā sapiētie p̄cii noīe largiat. Est enim vt fert
 dixisse aristipp? indulgere vitiis a legēdi studio temperare. *Aristippus.*

De septima clauē discentiū. Capm. XIII.

IN libro quintiliani de institutione oratoris septima
 clauis discētiū ponitur amor docentiū quo p̄ceptores
 vt parentes amandi sunt & colendi. Sicut enim illi
 corporū:ita & isti quidem sūt genitores animorum/
 non quidem de se ipsis propagando substantiā:sed quasi sapien-
 tiam in auditorum mentibus gignunt in melius reformādo na-
 turam. Et hec quidē pietas/studio plurimū confert. Nā & liben-
 ter audiūt quos amant:& dictis credunt:& eis similes esse con-
 cupiscunt:& pio faciente affectu in ipos cetus scholarīū:leti ala-
 cresq; conueniunt. Emendati non irascuntur:laudati non erube-
 scunt:vt sint & ipi charissimi studio merebuntur. Nā vt docto-
 rum officiū est docere/sic auditorū prebere se dociles. Alioquin
 neutrum sine altero sufficit. Nā sicut hominis ort? exvtrorq; gi-
 gnētium est confectus/& frustra sparseris semina nisi ea p̄mola-
 litus fouerit sulcus/ita sciētia coalescere nequit/nisi sociata tra-
 dentis accipiētisq; cōcordia. Hec quidē quintilian? in preceptis
 eloquentie:sed nihilomin? sunt ad institutionē sapiētie applicā-
 da. Profecto nec eloquētia nisi in preceptis sapiētie cōparat? &
 in forum illorū qui aures audiendi habēt:nō modo ridiculosus
 sed quodammodo vesanus irrumpt quēcūq; philosophia vt lo-
 queretur diligentius nō instruxit. Septē alias clauēs quas ad in-
 telligentiam scripturarū ticonius posuit in lucē proferet liber q̄ *Ticonius.*
 de doctrina xp̄iana inscribitur:sed nequaq; istis obuiant/omnes
 potius versantur in vna istarum. Eas namq; studium querendi
 complectitur. Ceterum de traditione gētilium sermo fuerat in-
 stitutus/ita tamen vt ad institutionem fidelium ex proposito
 referatur. Vna tamen est & singularis:& quasi clauium clauis
 illa que aperit:& nemo claudit:claudit & nemo aperit:& sine q̄
 ad intelligentiam veri nullus accedit/quam quisquis aut non *Apocal. iij.*
 apprehendit aut non tenet potius eum insanire crediderim q̄
 philosophari.

Polīcraticī de Curialīū nugis.

In quo epichurus et sui summū bonū cōstituant: et qđ per la-
bores multos itur ad voluptates. Capitulū. XV.

Vita quidē sunt et difficilia quib⁹ philosophātū pba-
tur virt⁹: quia ad summū nō est iter nisi per ardua. In-
spe tamen p̄ficiendi oīa mansuescūt: & dū laboris pē-
latur vtilitas: mens ad oīa roboraf. Et quidē ad sum-
mum tendūt omēs sed via dispari: nemo tamen vt opinor: illuc
sine labore ptingit/aut tendit. Cū enī sint tres philosophātium
secte: que & ipse scindūt in semitas multas: oēs & si dissimili-
ter: laborāt tñ in assequēdo finē quē statuunt. Siquidē epicurus/
et totus grex sodaliū ei⁹ vitā asserit que semp tāta iocunditate
letatur vt tristitie & perturbationis nō interueniat/ vel tenuis
motus. Vera quidē diffinitio est: & qua nihil potest esse iocun-
dus. Ab ea tñ plebs que eū sequit⁹ defluxit in voluptates: repu-
tans se earū vsu beatissimā esse futurā. Mihi tamen psuaderi
nequit hoc aliquē haussisse de fonte socratico: qui tantā morū do-
cuit puritatē vt a posteris credit⁹ sit nō humanū modo: sed diuin-
num spm̄ habuisse. Sed quia facile est aure vel ore insipiētium
dicta optima deprauari: ad cōpendiū immūditie tracta sunt: q̄
virtutis esse debuerāt instrumētū. Caro siquidē opinata est: nā
hoc vtiq; cordatus homo nō sentit q̄ amore iocisq; nil est iocun-
dus/nil suauit⁹ parasitica vita: aut eorū qui epulantur quotidie
splēdide/qui vino estuant: splēdidis vtūtur vestibus. Deniq; oīa
que mēs: lingua: manus: appetit cogitare/loqui/& facere: & in
nullo cōtra ire sibi/aut motū pprie reprimere volūtatis vitam
esse hominis/vera & sūma felicitate gaudētis. Sed nūquid huc
sine labore venit⁹? Quot obices ne sic viuas varietas humane
sortis interiacit⁹? Vt reb⁹ nāq; vtaris ad libitū: opulētia neces-
saria est. His enī egen⁹ ita nō vtitur quia desūt aut parit sepe
ne desint. Sed ponātur adesse. Inter multos cōpetitores: et tāta
currētes auditate: eas fortior asportabit. Vinib⁹ itaq; opus est
vt seruent. Exigitur ergo et potētia. Nunquid hec gratis id est
sine labore & sollicitudinē acquirūt⁹? Sed in his cōtemni dur-
rū quidē est & intolerabile eo q̄ amor cōmodi innatus est ho-
mini: vt etiā qui nō agit vt bon⁹ sit bon⁹ videri velit/& in esti-
matione sui aliorū credit errare iudicia. Nam vt bon⁹ sit nō cō-
modi sed iusti amor efficiet. Querit⁹ ergo reuerentia cōuiuen-
tiū: sed hec ipsa nisi fame beneficio ptendat leuiter euanescit.
At illa que gloriā parit & progat: ex multis surgit articialis: s; maxime a virtutū exercitio pualescit. Patet ergo qđ laboriosus

Ita d̄ q̄ stutes
p̄cipue pariūt
gloriam.

fit transitus ad beatitudinē per voluptates: que sufficientie cau-
sa diuitias cōgerunt/vt potentia nitant̄/fugiant contēptus/am-
pliores querūt dignitates/& cōciliande celebritatis grā aspirāt
ad gloriam. His tamē omnib⁹ nō ea vita quā epicur⁹ describit
acquirī: & que tristitie sit & toti⁹ pturbatiōis ignara. Aut enī
hec in vnū quēlibet nō cōcurrūt/aut nō cōferūt quos pollicentur
effectus. Immo & sepissime tanq̄ e regione cōsistāt querētū vo-
tis cōtraria operant. Si mihi nō credis/ liber de cōsolatione phi-
losophie reuoluat̄ attentius: & planū erit hec ī cōtrariū cedere.
Et licet liber ille x̄bū non exprimat incarnatū: tñ apud eos qui
ratione nitūtur: nō mediocris auctoritatis est cū ad reprimēduz
quēlibet exulcerate mētis dolorē cōgrua cuiq; medicamenta cō-
ficiat. Nec iudeus quidē nec grecus sub pretextu religionis/ me-
dicine declinet vsū cum sapiētibus in fide & in perfidia desipiē-
tibus sic viuiderationis confectio pficiat artificiosa: vt nulla re-
ligio qd̄ miscet abhominari audeat: nisi quis rationis expers ē.
Sine difficultate pfundus est in sententiis/ in verbis sine leuita-
te conspicuus: orator vehemens: efficax demonstrator. Ad id
qd̄ sequendū est: nūc prolabitur suadens: nunc quasi stimulo ne-
cessitatis impellens. Si huic vt necesse est acquieueris: videbis
īsta laboriose nimis queri ob aliud/ & id cuius queruntur gratia
ex eis minime prouenire. Illud tamen cuius querunt gratia ve-
rius & cōpendiosius poterat inueniri: si nō aliunde q̄ a se quere-
retur. Sed iam fere malicia inualescente nō querit̄ s; neglectū
ducitur pre istis/ etiā si occurrat Nā cū oīa bona sapiētie accessō-
ria sint: ipamq; p̄stet sup salutē & oēm pulchritudinē appetēdā:
ipā ceterorū collatiōe vilescit: & sola sūt accessoria eius ī precio.
Quis enī philosophat̄ vt sapiat? Nā vt reb⁹ abūdēt: aut tēpora-
liter floreāt videbis multos: & si nō philosophentur tñ philoso-
phos imitari. Ceterū facili⁹ est vt diuitie philosophantē impe-
diant/ q̄ vt philosophie q̄ppia cōferāt. Deo enī & māmone fide-
liter non seruitur. Ne verearis vt quis patriam deserat: vt paup-
tatem spontaneā amplectatur vt studio vacet. Nā philosophia
ipsa labor videtur inutilis: nisi fructus opulētie cōsequat̄. Alios
vt sciant curiositas excitat: alios vt scire videantur elationis sti-
mulo vanitas vrget: alios ad questum pestifera cupiditas inflā-
mat. Rarus est qui charitatis aut humilitat̄ pede/ sapiētie vias
scruteat̄: vt doceat̄/ aut doceat. Nā ad immūde voluptatis: aut
vane vtilitatis ineptias omnia referuntur. In his enim finis est
anime aberrātis. Philosophia interim viaticum est paucorum

Nota q̄ volu-
ptates sūt īpe-
dimentum ad
beatitudinē.

It̄ eximiam
cōmēdatiōē
libri de cōsola-
tione boecij. li-
cet iesus x̄ps
ibi non exprī-
mat̄ noiatim.

Sapiētie. vii.

Matth. vi.

Polieratici de Curialiū nugis.

tamen/quia alia via longe videtur esse compediofior. Nam vt dici solet. Amor ingenii neminem vnq̄ diuitem fecit.

¶ De amore diuitiarum: & q̄ in eis anima non quiescit. Capitulu. XVI.



¶ Vi solas diuitias congerere curant: nihil in vita potius credi volunt via quam ceteris pretulerunt: vt eius indigentia expleatur. Diuersa probatur a diuersis. Nullum graue periculum est: si spes dolosi nummi refulgeat. Ipsam fere naturam vicit amor pecunie: & res pene impossibiles ad possibilem redigit facultatem. Auaro nihil vile videtur aut sordidum/ & sibilante populo seipsum consolatur: immo sibi & applaudit simul ac nummos contemplatur in archa. Petronianum illud ingestum omnibus credas. Quisq̄s habet nummos secura nauiget aura Fortunamq̄ suo temperet arbitrio. Vxorem ducat danen/ ipsumq̄ licebit. Acrisium iubeat credere quod danaan. Carmina componat: declamet: concrete omnes: & peragat causas: sitq̄ cathone prior. Iuriscōsultus paret: non paret hebetio. Atq̄ esto quicquid fennius & labeo. Multa loquor/ quid vis nummis presentibus opta. Et veniet clausum possidet archa iouem. Dum itaq̄ questum faciat/ nulla pars mundi videtur inaccessibleis: & ipsius torride estum maior auaritie ignis exuperat. Inde est q̄ hic mutat merces surgente a sole ad eum quo vespertina tepet regio. Hic toto ipetu fertur in hostem: concurritur hore momento/ cita mors venit: aut victoria leta. Alius superbis gaudet assidere liminib⁹: vt ex familiaritate maiorum facilius ad opes que desiderantur accedat. Si potest versatur in aliquo ministerio: sin autem/ sufficit vel in matricula curialium esse conscriptum. Sola siquidem conscriptio questuosa est/ vt minimum locum pcimonie facit qua nullum vectigal vtilius. Suis enim commodissime parcat quem loculi exhibent alieni. Militatur in curia vsq̄ ad canos: immo & illos cōsumit curia. Vix est vt quem curia pduxit ad canos: domum redeat/ vel exclusus. Si migrauerint fame pereunt: quia vt ait sydonius eos non tam bonus pascit q̄ panis alienus. Suavior enim est/ & quiddā ab alieno innate dulcedinis habet. Nescit vti suo qui semper abusus est alieno. Si honesta finiuntur officia/ parasiti partes non erubescit explere: vel nūmi. Que vis indigna patietur ateq̄ exeat. Apud mironem trebium cogites discumbentem. Nam & huic idem propositum & semper eadē mens est: vt bona summa putet aliena viuere quadra: & ea pa-

Amor pecunie vincit oia.
¶ Nō q̄ auaro nihil vile videtur/ et q̄ semp cōtēplatur in thesauro.

¶ Nō q̄ ppter q̄stū auar⁹ oēs mūdi partes circuit.

Iuuenalis.

tienti perferre animo / que nec farmentis iniquas cesaris ad mē
 las: nec vilis galba tulisset. Innumerabiles vie sunt: quibus palā
 aut clanculo properatur ad questum / & quem non subigit amor
 pecunie interdum superat cupiditas specierum. Equos vestes:
 aues armatas: venaticos canes: inumerosos greges armētorū
 & pecorum / & variam mundi superlectilem: quoniā per singula
 la currere vires humanas excedit. Pleriq; pecunie preferunt: &
 totius hominis vires exhauriunt in acquirendis his aut tenen-
 dis. Nam in his duobus articulis furor totius auaritie constat
 q̄ immoderatus appetit aliena / aut sua tenacius seruat. Et qui
 dem immoderatus appetit quisquis quod deest / legem necessi-
 tatis excedens & que vsus exposcit. Tenetur quoq; auidius que
 vsu subtrahuntur. Ea vero que sine vsu possessoribus elabuntur:
 inutilia sibi esse quis dubitat? Auaritiam vel ex eo non modo
 fugiendam: sed detestandam constat q̄ a celestibus procul se-
 ctatores suos & a cōsortio diuinitatē & vsu celestis beatitudinis
 remouet & elongat. Omnia siquidem que celestibus viciniora
 sunt minus cupiunt & cōgregant pauciora. Volatilia celi neq;
 serunt: neq; metūt: neq; nent: neq; p̄gregāt in horrea: neq; penū
 construunt: sed omnem excludunt sollicitudinem craftini. Ecō
 tra / mures & reptilia congerunt in futurū & generationes per-
 hibentur esse quibus terra est in cibum / & eedem parceuiunt:
 nequando eis terra deficiat timentes. In quā tamē proculdubio
 ipse resoluentur. Sentiāt vnusquisq; quod vult / ego auarū posse
 fieri compotem voti non credo nisi forte & epicur⁹ famelicum
 & siti aridum & languentem / plene voluptatis iocunditate frui
 consentiat. Siquidem vterq; famelicus est: sed perniciosus esur-
 rit auarus qui semper indiget & satiari non potest. Maior enī
 est hiatus mentis q̄ corporis: & nisi seipsum deus infundat / om-
 nino nequit impleri. Nam cum natura spiritualis virtute prop̄a
 sic corporalia comprehendat: vt nulla quātitate distēdatur: nec
 res vna loco preoccupato alterius impedimento sit quo minus
 illa comprehendat: & quo plura cōcipiuntur eo pluribus locus
 est. Luce clarius est q̄ res corporalis / animā que spiritus est im-
 plere non potest. Totus enim mundus angustus est ad anime
 quantitatem. Ex quo patet q̄ in eo toto anima non quiescit:
 nisi forte in agusto clausum ergastulo spinis suppositis incubā-
 tem epicurus quiescere molliter opinatur.

☉ De ambitioē. & q̄ cupiditas stultitiā comitat. & quis sit or-
 tus tyrannidis: & de diuersis vitiis ambitioforū. Cap. XVII.

Auaritia in d
 bus articulis
 constat.

Polycratici de Curialū nugis.



Declinare nituntur aliqui & si non maculā odibilem/
tamen auaricie notā. Nā & ab alienis videtur absti-
nere & suis cū res exposcit libere vti parati sunt. Eis
tamen de fonte malorum oritur alicuius vitii vena
que semitas eorū a tramite vere felicitatis auertat. Sicut enim
in orto deliciarū de vno fonte oriuntur flumina que fecundant
suauissimi odoris agrū cui domin⁹ bñdixit: sic in loco horroris
& vaste solitudinis in terra scilicet obliuionis/quam illi ihabi-
tant qui sui obliuiscuntur in mundo/velut stupidus ludorum va-
nitate captus in teatro/quasi de fonte vno omnium pullulant
capita vitiorū. Hic autem puteus cupiditatis est. Eam vero sic
patrū diffinit auctoritas: vt dicatur cupiditas amor esse eorum
que quis amittere potest inuitus. Socias ei stultitia comes: sua
dens id amari & q̄ri/q̄d teneri nō pōt. Et est stultitia eorū q̄ sciē-
da sunt vitiosa ignorātia. Sic eā liber magni augustini de libe-
ro arbitrio pingit. Si enī nescias q̄d sciri nō pōt: in nomē stulti-
tie minime cadit. At cum sui ignorātia quis tenetur: transit ad
stultos. Si in bonis que minora patenter sunt maioribus p̄fert
stulte iudicat. Si vitia sequēs: p̄tez suā deteriorē faciat: stultitie
maledictione dānatur. Si ergo error fuerit cupiditate succensus
p̄cipitiū via multiplex patet: cū ab errore sit/ vt hō quid sequēdū
sit/ ignoret: & ip̄m in inuio abeuntē fornax cupiditatē inflāmet.
Et quidem adhuc preualent verba iniquorum dum homo p̄pe-
conditionis ignarus & debite subiectionis detrectans iugū/ fi-
ctitiam quandam affectat libertatē: vt possit viuere sine metu:
& impune quod voluerit facere: & quodāmodo iā esse sicut de⁹.
Nō tamen q̄ diuinam velit imitari bonitatē: sed deum/ dando
impunitatē malis: ad suā vult malitiā inclinari. De radice ergo
supbie surripit ambitio potētie. s. cupiditas & honoris: vt hīc vi-
res habeat ne premas: hīc pueniat reuerētia ne vilescat. Nemo
enī est qui nō gaudeat libertate: & q̄ vires quibus eā tueas non
optet. Nihil est quod non in p̄mutationē eius veniat si locus as-
sit. Seruit⁹ enim quedā imago mortis est/ & libertas securitas
vite. Inde est q̄ ad conciliandā potentiam effunduntur opes: &
quanto quis potentie cupidior est: tanto eas facili⁹ expēdit. Cū
vero potentiā nact⁹ est: erigitur in tyrannidē: & equitate cōtem-
pta nature/ & cōditiōis cōsortes dep̄mere inspiciēte deo nō ve-
retur. Et licet oēs occupare nō possint principatus & regna/ a ty-
rannide tñ oīno immunis est aut nullus aut rarus. Dicitur autē
q̄ tyrannus est qui populum violenta dominatiōe premit. Sed

Genes. ij.

**Cupiditas q̄d
est.**

**Stultitia q̄d
est.**

**Seruit⁹ q̄d ē.
Libertas q̄d
est.**

Tyrann⁹ q̄d ē.

tamen non modo in populo: sed in quantavis paucitate potest quisque suam tyrannidem exercere. Nam & si non populo: tamen quatenus potest quisque appetit dominari. Non enim de his institutus est sermo qui sunt omnino animi defecati: et subiectione continua gaudentes alicui in vita preesse refugiunt. Vita potius alicuius politicorum excutienda est. Quae mihi dabis inter illos qui non velit: vel unum potentia anteire? Quis est qui nolit sibi ius esse in aliquem? Quis est qui sic subditum tractet sicut vellet se tractari si subderetur? Dum ergo ambitio inualefcit / calcata equitate procedit iniustitia: et tyrannidis parans ortum / omnia quibus illa crescit exequitur. Qui ergo suis non preualet / nititur viribus alienis. Est videre quod plurimos aucupes potestatum: honorum procos adherere potentibus: & se reipublice munus immiscere tentantes viam qua se possint elatere / vel ex aduerso in altum tollere quod pre aliis possint aut saltem posse ratione consortii videantur. Effundunt patrimonia / labores imensos aggrediuntur & perferunt: instare obsequiis / & sollicitare blanditiis quos captant non verentur. Nullum ergo officium gratuitum est: non dux: aut iudex centurio / aut decanus: sed nec preco / nec caupo nisi ad precium fiet. Ad hec in prophanis tolerabilia: dum que publica sunt ambitio non corrumpat. Nam quecumque publica sunt / pietati debent & fidei consecrari. Ceterum hec ambrosiosiora sunt et vix aut unquam gratis in aliquem cadunt. Sed poterunt de his que sunt ab institutione traiani superius dicta sufficere. Domesticas calamitates & thalamum sapientie expositum fornicatoribus et sanctuarii interioris recessum in prostibulum permutatum: sine gemitu & lachrymis nequeo deplorare. Domus namque orationis / negociationis (domino prohibente) facta est domus: & templi fundamentum in lapide adiutorii: in latronum speluncam versum est. Siquidem ecclesia data est in direptionem / aliis palam / aliis clam occupantibus eam. Nam et ipsa occupanti conceditur: eo forte quod in nullius bonis est. Non est enim inuentus nisi perrarus qui accingatur gladio super femur suum / ad presumptionem ambitionis reprimendam. Illa namque machinas multiplices erigit ut eam expugnet nemine defendente. Alius enim de nobilitate confusus / aut viribus potestatum violenter in sancta irruit: & si forte pulsatur ad hostium / parietem / aut limina suffodere non veretur. Nam & seditionem concitabit in moysen / & alienum ignem inferet in templum: et vasa sanctuarii contaminabit. Alius sperans in multitudine diuitiarum symone ducente ingreditur: non inueniens

ff. de pollic. l. i.
§. i. ff. de mune.
et hono. l. exi-
stimo.

Esai. lvi.
Mar. iij. Mar
ci. x. Luce. xix
Joan. ij.

Insti. de reru
diuisi. §. nulli.
et. §. deferre.

Polícraticí de Curialíũ nugís.

ibi qui eũ & pecuniã suam iubeat ire in perditionẽ. Ali⁹ in muneribus ad petrũ reformidat accedere: clãculo tñ p impluviũ aut ri/ac si per tegulas iupiter illabat in gremiũ danes sic in sinũ ecclie procus descendit incestus. Alius obsego q̃si muner⁹ ignarus adest: ac si obsequia non cedãt in muneris rationẽ. Profecto nullũ maius est munus: q̃ cũ homo seipm hois deuouet seruituti. Aliũ collisione quadã vocantis liberalitas preuenit: sed postmodũ collatã grãam suo giezĩ plenius cõpensabit. Alius agit ne ipm pulsare oporteat: sed ad ingrediendũ compellat inuit⁹: & quasi obnubilãs lucernã dei vt eũ impune irrideat fraudulent⁹. Diu siquidẽ alius simulauit. Ambitionem nãq; multis indiciis pdidit & se diuitem: potentẽ: insignẽ velle fieri p̃fessus est s; alia via: sed in alio statu: sed in minori piculo: maiore libertate voluit esse nobilis inter laicos/aut certe magnus in clero. Ob hoc p̃ncipũ virorũ quesuit grãam/familiaritatẽ inuit: ab eis quascunq; suscepit functiones. Scriniis forte prelatus est aut cõsignãdi suscepit officium aut cuius custodiã/aut publici clauis erarij/aut ratiocinii varias cautioes: aut si aliud nequit: vt corbili⁹ p̃fice retur obtinuit: nõ tamẽ q̃ ad eum ptineat de egenis aut de pauperibus curam gerat: sed quia fur est: & loculos habet quos auaricia soluit ad tempus vt sub imagine pietatis eos sacrileg⁹ faciat/& de mendicitate & morte egentiu priuatas sibi diuitias paret/si enim vere compassionis moueretur affectu: sua fidelit⁹ & vtilius pauperibus erogaret: q̃ ad dispensationẽ alieni mercator impurus accederet. Iam palã emunt oĩa: nisi modestia ventitoris impediãt: adeo enim sacris altaribus auaritie prophan⁹ imminet ardor: vt hec oĩa quasi parodica quedã preemanf. Et quia per se non veniũt in comerciũ/licite & iuste credunt acquiri si p̃empta: aut coempta fuerint. Quid enim? Nũquid in forũ approbante pretore non veniunt que iure antiquo sic possident a laicis vt transeant ad heredes: & titulo donationis aut permutationis alienẽtur ab eis? Ius ergo aduocationis/aut patronat⁹ ecclie quid prohibet distrahi? Nam quia beatus ambrosius heresim symoniacã cõmitti dicit in talibus/provinciale decretum interpretantur esse: & qd in sola italia & inter lĩbardos debeat obtinere. At constitutio apostolica inhibẽs ne illi qui diũ ecclesias ambiũt quo facilius subintrent ius aduocationis querũt: admittant in ecclias quam aduocatio fraude q̃sita est ad timorẽ dictũ referunt & nequaq; esse p̃petuã: sed pro loco & tempore dispensandũ. Vt ait enim beatus cirillus in eplã ephesine synodi/dif-

xvi. q. vii. filijs

Ambrosius.

Cirillus.

p̄fationis mod⁹: nulli vnq̄ displicant sapient̄. Si dispensatiōis
 modū queris / pbabilis quidē est / si erga diuites erga nobiles: er
 ga potentes: & regales aut curiales rigor canonū temperatur.
 Nam de moribus vltima fiet mentio: & istis lex canonū neq̄
 posita est. Iustitie siquidē liberi sunt / & eo ducuntur spiritu: vt
 necesse non habeant esse sub lege. Statuat ergo lex qd̄ placuit la
 tori. Nā isti p̄uilegii principalis gaudentes beneficio: quicquid
 ambiūt sibi cōpetere opinant̄. Episcopos ad prima b̄nficia obli
 gant / & de futura successione pacifici nō verent̄. Restat ergo vt
 tristi pactio repleatur euentu / & illi⁹ quisq̄ anime & armetur
 in necem / anius ambit successione. Si enī cedere moretur aduer
 santur vexant & multipliciter p̄cutiūt possessore. Possessio nāq̄
 parit aduersario actionē in rem. Si nō prelatorū quispiā sue cō
 ditionis memor eis p̄ vota nō obedierit / amaras illico audit hy
 storias / eo q̄ indignum & contumeliosum omnino reputant: si
 turpis & ihonesta petitio repulsam alicubi patitur. Interim er
 go alarū suarū feruntur remigio: nidificant in provinciis singul
 Vix quot nidos habeant / v̄ ipsi sciunt Diurna ad peragrandas
 alicuius orbis plagas eis preparantur hospitia: & in tāto nume
 ro vix hospiciolo vno donatur horridulus comes. Nam si quis
 hoc fecerit / probate liberalitatis est. Vtiq̄ & in signis prudent
 tie / si quis tot quocunq̄ modo conquirat altaria: vt quasi ritu mē
 phitico quotidianas hostias nouis possit altaribus immolare.
 Nolunt tamen sacerdotio onerari / aut seruire altario qui de al
 tario viuunt: ne vt populus arguit dicam luxuriant̄. Sed perso
 natus quosdam introduxerūt / quorum iure ad alium onera / ad
 alium referuntur emolumenta / & cum apostolus dicat qui non
 laborat non manducet: qui minimum meretur plus percipit: &
 in labores alienos ociosus aut flagitiosus ingreditur. Quis er
 go dicat in hac emenda licentia cum non res sacra sit: sed ppha
 na symoniam posse committi? Huc enim vt vulgo dici solet p
 argenteum pontem transitur a sordibus que transeuntē vel pō
 te aureo persequuntur.

1. q. vii. didici.

Tronice loq̄t.

L. de ali. tu.
mu. cā. fac. l.
vna.

Mēphis idē
est qd̄ egypt⁹.

ij. ad Thess. ij.

¶ Q̄ ambitiosi dissimulāt se nolle qd̄ maxime appetāt: & qb⁹
 excusationibus propositum tegant. Cap. XVIII.

Sed ecce ad aliquem istonum promouēdum aut cogi
 tur / aut circūuenit̄ ecclīa vt dicat hosti domestico a
 mice ascēde supi⁹ Stupidi itaq̄ obstupescūt: nomē di
 gnitatē abhorret: refugiūt on⁹: & vt auidi⁹ ipellātur
 more vt dicit̄ arietis: vt forti⁹ feriat recedētis: cū suspiriis gemi

Luce. xiiij.

Polícraticí de Curialiū nugis.

tibus & singultibus interrūpētibus simulatas lachrymas retrocedunt. Notū siquidem est: quia sedes hec trahit & cōpellit iuitos/ & quos notat ambitio repellit. Nitunt ergo rationibus & auctoritatib⁹ docere quare eos episcopari nō deceat. Non sum (inqt) medicus/ & i domo mea non est panis: nec penes me thesauri sunt/ vnde in necessitatis articulo noua & vetera indigentibus pferam. Possum utiq; vti excusatione pphetica qm loqui nesio/ & quia puer ego sum: & si non etate reuera sciētia & leuitate morū. Sordidis vestibus ab initio indutus sum/ & eas nūq; in sanguine agni/ aut vestibus studii dealbare. Quomodo ergo sancta tractabo pollutus/ aut (qd sacerdotē oportet) polluta mundabo? Nā legem indefinenter contēpsi: & sancta dei increpante ezechiele polluere non cessauī. Mea ergo p̄motio: populi deiectio est. Ruina siquidē populi sacerdotes mali. Facti sunt enim in laqueū populi existentes i specula: & quasi rethe extensum ad inuoluēdas aīas. Terret me aggeus parabola mystica sacerdotii periculū exp̄mens: & manifeste docēs: quia populus a sacerdotū moribus facilius vitia p̄hit q̄ vtutes. Interroga (inquit) sacerdotes legē & dic eis. Si caro sancta vel vas sanctū alius cuius vestimentū contigerit: si sanctificat eū eo q̄ cōtingit. Et dū dixissent sacerdotes: quia non sanctificat/ rursū dixit ad eos. Si immūdia cōtigerit vestimētū mundi/ vtrū polluat eū? Et dixerūt/ quia polluit: Tolerabilius est ergo me vnū ppriis consumi vitiis/ q̄ in multos vitiorū diffundi pestem. Adhuc si psōa esset vsq; quaq; laudabilis: si nō essem curie nexibus illigat⁹: me micheas durissime repellit ab aditu non ferens syon edificari in sanguinibus & hierusalē in iniquitate p̄ncipū suorū. Hic aut nulla est: aut compulsā: aut simulata electio. Hanc quoq; partē protēsa disputatione psequitur. Postremo se promoueri non posse sine suspitione symoniace prauitatis: cū ob hoc ius & auctoritatē sigilli aut cuniliū aut scrinii emisse videat. Licet alia mente ad obsequiū potestatis/ sicut presens testatur dies/ qua delaturū honorem respuit/ teste conscientia accesserit. Affectans vt p hoc sine onere sortiretur honorē. A postolicas quoq; sanctiōes replicat & reuoluit: quibus pridē statutum est: vt a sacris ordinib⁹ & omni p̄motiōis spe arceant: qui cuiuslibet secularis curie emūt officia: aut qui viles aut seniles obsecundatiōes p̄ncipibus prestant/ aut quorū electio nō est a clero in ecclia & sine p̄nominatione cuiusq; mūdane potestatis/ canonice celebrata. Quos si aliter electi fuerit: sub piculo anathematis vniuersalis ecclia probi

Jeremie. i.

Age. ii.

Miche. iii.

bet cōsecrari. Vnus p̄ncipum nostrorū (nominis siquidē imemor sum) in causa simili egregiū facinus egisse memorat (hēricus fuerit an robertus nō multū refert) Cū ambitiosus quidaz monachus ad abbatia quā preemerat vocaret: & ille modestiā simulās vt auidi⁹ peteret onus refugeret/recusaret honores: & se palā tante rei fateret indignū. Plane (inquit) p̄nceps indign⁹ es: quia eā clam data mihi tāta pecunia/sūmāq; pecunie exprefit/emisti. Sed qm̄quidē p me non stat: quo min⁹ pactio impleatur/liberū me h̄re/iustū est & tu domū redeas: & qui dign⁹ est destitute preficiat ecclie. Sed nūc lōge aliter succedit excusatori ābitioso. Hec enī & alia q̄plura multiplicat/vt credat nolle qd appetit: & tandē gratis accipe quod p̄mit. Vñ tanq̄ vir modeſtie singularis capis/trahit/& ad cathedrā conclamātib⁹ turbis & cōcīnētibus choris: multitudine pressus deducit. Nec ignobilitatē p̄dest p̄tendisse/carnis aut sanguinis/eo q̄ impatori nō queritur successor: sed piscatori: fabri filio/nō augusto. Sciētiaz accurata excusatio p̄dit/& religiosus esse cōuincit ex eo q̄ inuitatus ascendere diuti⁹ recusauit. Visus est enī noluisse qui distulit. Que verō de canonib⁹ sibi opposuit: habita ratione loci tēporis/& p̄sone simili via tēdētū ad honores socia multitudo dispensat. Si de presentib⁹ niti nequnt/aut p̄teritis/futurū vaticinant p̄fectum. Sic callidus māgo dū qui duri⁹ p̄uehit equum aut pullū p̄bitatis incognite gradariū p̄mittit in futurū/& fractis gressibus incedentem mollius: prop̄siori laude in stabulū incauti mercatoris extrudit.

¶ De his q̄ impudētius irruūt sine dissimulatiōe ābitiōis quos neq; ratio neq; auctoritas rep̄mere p̄t. Capm. XIX.

Consistunt e regione q̄plurimi nequaq; dissimulātes p̄positū: sed ambitionis quasi (vt dici solet) insignia p̄conātes. Predictorū deridētignauā: velut militū q̄ militie sue titulos nō audeāt p̄fiteri. Hi licet impuri sint/& nec vitā suā velint erigere: nec sciant instruere alienā/immūdis vt dicit pedibus certatim irrupūt in sancta sanctorū: panes dñice p̄positiōis/& carnes agni immaculati/affas igne passionis in cruce: nō modo illotis: sed pollutis si liceat manib⁹ tractaturi. Hi sūt q̄ licet p̄mo adito ac ianuis habeant indigni: continuo tñ tendūt ad sacerdotiū: festinant ad tribunal: & repulsis ceteris: sic sacris altanib⁹ incubāt/vt iā nō ad formā & exemplū prebendū plebi/orde ille videat institut⁹: s; esse occasio quedaz in abundantia & securitate viuēdi. Nec putat officiū districto

Mangonum
mos.

iudicio dei obnoxium: sed se cura quedam & nusquam discutienda ammi-
 nistratio. Credas illud poetarum voce preconis / oibus sonuisse.
Dorstius. Occupet extremum scabies Inde est quod omnes quasi in stadium ago-
 ne contendunt / anhelantibus singulis ne episcopatum accipiat alter
 Votis ergo & si non re plures numero sunt rectores: quam illi quos re-
 gunt. Nam qui regi velint pauci sunt: cum quisque ut emancipet a iu-
 go rectoris proprii totis viribus querat. Privilegio siquidem aposto-
 lico aut regio precepto / plurimi tuti sunt: ne iudicibus suis obtempe-
 rent: ne iustitiam faciant: ne legi dei subditi sint. Non reprehendo cle-
 mentiam apostolice sedis: sed hanc indulgentiam eius ecclesie dei non
 arbitror expedire. Nihil tale in illa gloriosa familia christi legimus
Luce. xxiij. licet & in illis contentio facta sit: quis eorum videretur esse maior.
Actuum. xv. Nullam emancipationem huiusmodi ab apostolis factam meminimus / licet
Ad Gal. iij. paulum & barnabam audierimus ab invicem discessisse. Nullam in illa
 superna civitate que sursum est mater nostra / predestinationis materiam
 credimus: sed nec hic esse debere nisi urgentissima ratio flagitet.
 De his enim ut pace multitudinis & eorum qui illius foveant iniqui-
 tatem loquatur / dicam quod sentio: ne quid subtraham veritati aut proba-
 bilitati. Dico ergo quod indubitater credo: quoniam hi qui efferunt super-
 bia huiusmodi emancipationes querunt a ceruice sua iugum christi
 & patris eius si fieri posset excuterent. Plus dico immo & quanta-
 tum in ipsis est excutiunt & diuine ordinationi fallaciter contra
Ad Ephe. iij. dicunt. Nusquam ergo illud apostoli / non omnes prophete: non omnes
 magistri sunt. Omnes enim prophete & magistri sunt: ita ut secundum an-
1. Regum. xv. tiquum puerbum merito dicam / nam & saul inter prophetas. Et reuer-
 ra sicut ait gregorius nazansenus nulla hystoria tradidit: vel tantum
 in ecclesia fuisse numerum ministrorum: vel tam viliter congrega-
 tum. Unde religioni & doctrine christiane graue opprobrium nasci-
 tur: quod sacerdotia / vel ministeria / ambitione potius & ad gratiam
1. ad Corin. ix. quam meritorum iudicio deferuntur. Omnes itaque currunt: sed cum eo
 ventum est vnus accipit praemium. Ille qui in cursu ambitionis
Joan. xx. aliis velocior extitit: & qui precucurrit citius petro & quouis di-
 scipulorum christi. Ascendit enim illico & omnem celeritatem festinate
 vocationis preuenit. Hi sunt qui crebris muneribus visitant po-
 testates / laterales & familiares eorum sollicitat / ecclesiarum primis
 se commendant / applaudunt omnibus: & etiam magnarum do-
 morum non modo officiales: sed citationes rogant ut cum locum vide-
 rint meminerit sui. Hi sunt amici omnium: & qui non se sed ami-
 cos in se desiderant promoueri. Hi sunt qui vitam scrutantur alie-
 nam: negligunt suam: infulatorum annos dinumerant: canis le-

tantur/phificos & genelliacos de fatis presidentium consulunt: librant humores & quasi in statera appendunt elementa vinentium/& quos diutius superesse cōspexerint etatem nestoris debent excedere/& corui aut cornicis iam implere mensurā. Debiles etate vel morbo concutiūt:etiam sinceros criminibus incrustant simulatis:& quasi heredipede vacillantium cathedris insidiantur:turpiq; interueniente commercio:occupatarum seedium sepe illicitas impetrant sessiones. Hi sunt qui de se coadiuuantis & promouendis nefarias obligationes interponunt:& tandem cum ad rem ventum est:immemores fidei contra fidē date seipso ambitionis/& inuidie stimulis impediunt & repellunt. Sic ergo plerūq; dum compeditorum rixa crudescit:sapientia dei per occultā & rectam dispositionis sue viam/fidelē incognitum introducit:de quo nequaquā precesserat sermo vel cogitatio. Illi tamen ex contingentibus nichil omittunt:nisi forte i eo contingentia pretermittant:q; ambiendo modum excedunt/si tamen in eo est aliquis modi excessus: vbi nullus est omnino modus. Pulsant itaq; & precipitant potestates:si obsequia nō sufficiunt:si intercessionem non profunt. Vires suas ambitio exerit:sue & aliene facultatis diuitias ostendit. Iam palam loquitur & in montem elationis ascendit & clamat. Hec omnia tibi dabo si a fundamento fidei cadēs promoueris me. Hoc siquidem cadere est:cum certum sit ex auctoritate sanctorum patrum q; per heresim symoniaca a sinceritate fidei corruit q; in spūalib; id est in rebus sacris & ecclesiasticis mercimoniū avaritie cōmittit. Nec refert q; pecunia intercedat i contractu:vel ante vel post:cū oī tpe negociātes i talib; dānatio symōiace pūitat/ iuoluat: Cū enī ppetuo phibitū sit ob hoc accipē v; dare q; ppiā nūq; accipere vel dare erit licitū:qd est vsq; phibitū. vt enī ait p̄iarcha tharasius:dare est quicūq; dare:& accipe quicūq; accipe. Egregiū quiddam in talib; accidit in apulia temporib; meis Regnate rogerio siculo:ptigit vacare eccliam auellanā cāpanie apulie & calabrie. Robertus p̄dicti regis cācellari; p̄sidebat:vir quidē i reb; geredis strenuus/& sine magna copia l̄ar; acutissim; in p̄mis provincialiū facundissim;/eoz; nō impar eloqo:p̄uilegio ptātis vrend; oib;:& morū elegātia venerabil;/eoq; mirabilior i ptib; ill; q; iter lōbardos q; p̄cissimos ne auaros dicā esse cōstat:faciebat sūptus imēfos:& gētis sue magnificētiā exhibebat:erat ei āgliscus natiōe. Ad eū vtiq; viri tres accesserūt. Abbas qdā:alt archidiaconus:tertius laic; quidā p̄posit; regis/fratris sui clerici cau

i. q. s. cum ofis.
et ibi in pluribus
capitulis.

i. q. s. eos.

Rogeri; rex;

Lombardos
auaros,

Polícratici de Curialíū nugis.

sam agēs singuli clam pro iā dicto episcopatu gradē pecuniā of-
 ferentes. Quid multa? Adhibitis familiarib⁹ seorsū cū vno q̄q;
 eorū cōuenit de precio. Emptio ergo & vēditio vndiq; perfecta
 est/de solutiōe implenda sufficiētissime cautū/pignoribus & fia-
 deiussoribus datis diesq; prefixus est electiōis solēniter celebrā-
 de. Cū itaq; ad diem archiep̄i/ep̄i/ & multe venerabiles p̄sone
 cōuenissent: p̄fatus cācellari⁹ cōpetitorū causas & quid cū vno
 quoq; eorū egisset exposuit dicens se exinde ex episcoporū sen-
 tentia p̄cessurū. Dānatis ergo cōpetitorib⁹ symoniācis pauper
 monachus & totius rei ignarus canonice electus/ approbatus:
 & introductus est: Illi tamē coacti sunt soluere id in q̄ se obliga-
 uerāt: vsq; ad vltimū quadrantē. Vtinā ita agat cū procer⁹ (no-
 stris/q̄ oēs sedes olfaciunt/ attēti⁹ quidē & curiosius q̄ oderatus
 auis aut sagacitas canū formellas leporum aut ferarū latebras
 dēphendat. Si mihi crederetur sic excluderēt & illi qui dissimu-
 lata ambitione cedunt: vt validius irrumpant in sedem/ a qua
 sicut ipsi fatentur/ fuerant repellendi. Siquidem iustum fuerat:
 vt de se sibi cōtra se crederetur. Quid enim in eis lateat: nemo
 fidelius nouit. Plures tamē incontinenter abiunt & impuden-
 ter. Frustra enim vt quēq; eorum excipias aliquem oppones tū-
 tulum: quia clamore conductitio preualente delebitur/ concu-
 rentibus exemplis & sanctionibus patrum Ignobilis est: s; nec
 petrus patricius extitit aut alicubi de claritate sanguinis gliaf.
 Iunior est hieremiā & precursores dñi habet auctores. Puer est
 & mōstrat seniores a daniēle puero condēnatos Illitteratus est
 nec scholas frequētasse leguntur apostoli. Cōiugatus est: & apo-
 stolus vni⁹ vxoris virū p̄cipit eligendū. In iniuriā matrimonii
 sui reliquit vxorē/ & iohānes a nuptiis ad euāgeliū tradit reuo-
 catus. Opicus aut poti⁹ eliguis est: s; aarō vices moyfi q̄ erat im-
 peditior⁹ lingue etiā sacerdotiū legit mīstrasse. Si moderniora
 desiderant exēpla valeri⁹ vīcentio fidei & mox auctor extitit
 & exēplar martyrii. Scorta sectat⁹ est: s; osee mādāte dño āple-
 xib⁹ meretricis adhesit Insiapiēs est: sed p̄ insipiētā mūdi decer-
 nit dñs saluare credētes. Percussor est: sed petr⁹ gladiū exerens
 serui p̄ncipis sacerdotū auriculā āputauit. Meticulosus est: s; io-
 nas ad niniuitas veritus est accedere/ thomas ad indos. Tene-
 tur functionib⁹ publicis alligatus: sed mathe⁹ de theoloneo as-
 sumptus est. Vinolentus est & deditus gule: sed dñs ip̄e dictus
 est potator vini/ vorator carniū. Nō acquiescit maiorib⁹: sed &
 paulus in faciem restitit petro. Contentiosus est: & inter disci-

Hieremie. j.
 Luce. j.
 Danie. j. r. xiiij.
 j. ad Thim. iij.
 et ad Titū. j.

Mat. xxvj.
 Luce. xxij.
 Ione. j.
 Matth. ix.

Matth. xj.
 Galia. ij.
 Luce. xxij.

pulos iesu facta contētio memorat. Garrulus est & linguos⁹: factus
 cundus habeatur / qm̄ & apostol⁹: sic dictus est semiuerbi⁹. Mi-
 litiā armatā exercuit: sed martin⁹ iuliano legitur militasse. Vir
 sanguinū est: sed moyses egyptiū interfecit & abscondit in sabu-
 lo. Manifestū est homicidiū: & samuel presente populo regem
 pinguissimū interfecit. Perfidus est & piurus: sed petrus perfidi-
 am piurio cumulauit. Mutus est: sed hoc zachariā a sacerdo-
 tio nō exclusit. Cecus est: sed paulus videre nō poterat: qm̄ eum
 ananias dño cōsecrauit. Exigētibus culpis depositus est: s; mul-
 ti tales restituti sunt / & postmodū ecclie dei plurimū p̄fuerunt.
 Surd⁹ est. Sed hoc eū preconari legē dei non phibet. predicator
 enī queritur nō auditor / Lepros⁹ est: s; de pastore pastorū ecclia
 recolit: quia nec speciē nec decorē habēs apparuit q̄ excludēdus
 videre tanq̄ leprosus: & nec humano dign⁹ aspectu. Persona
 despicabilis est: sed in simili repulse titulo aduers⁹ martinū nō
 audiuit ecclia defensorē. Errat in fide / hoc dici fecisse Cypria-
 nus. Valitudinari⁹ est sed Gregorius in summo languore ro-
 manā optime gubernauit eccliam. Supbus & van⁹ est sed & ta-
 lis brictius turonēsis. Corpore & mēbris debilitatus est: sed hoc
 egregio cōfessori p̄nutio legif̄ accidisse. Condēnationē abitus
 tulit: sed & filiorū zebedei petētū p̄matū est petitio reprobata.
 Heresim qm̄ docuit: sed augustin⁹ manicheū se fuisse testatur.
 Coluit ydola: sed marcellin⁹ martyr insignis in papatu thurifi-
 care cōpulsus est. Forte nondū erat xpian⁹ sed dū cathecumin⁹
 esset: beati ambrosii fuit vt tradit̄ electio celebrata. Persecutus
 est eccliam dei: sed & paul⁹ ex p̄secutore factus est p̄dicator. Ele-
 ctio deest: sed & apostoli non petētibus pplis missi sunt. Nō va-
 cat sedes in quam possit intrudi / accedat presidēti. Nā & augu-
 stin⁹ valerio yponēsi non tam successisse q̄ accessisse describitur.
 Auarus est / dispersa poterit congregare: & inutiliter nō distra-
 het p̄gregata. Vt paucis vniuersa cōplectar ad oīa ineptus est:
 sed samson mādibula asini philistiim expugnauit. Potēs est &
 nūc deus de lapidib⁹ istis suscitare filios abrahe. Ad hec dubiū
 esse non debet: q̄ cathedra ep̄alis factos recipit / aut factos facit.
 Nam & cum saul inunctus esset in regem in siluit in eū spiritus
 domini / prophetauitq; & mutatus est in virū aliū. Cayphas q̄q;
 licet sacrilegus: & qui cum iudeis conspirauerat in necem sal-
 uatoris cum esset anni illius pōtifex / prophetauit: vt cōstet ip̄m
 ab officio / prophetie gratiam quā demeruerat accepisse. Cum
 ergo sedes suauis & dulce lignū / gratis & sine labore om̄ia desi-

Actū. xvij.

Exodi. ij.

Mat. xxvj.

Marci. xiiij.

Luce. xxij.

Joan. xvij.

Luce. j.

Esaie. liij.

Mat. xx.

Marci. x.

xxj. dist. nunc

autem.

lxj. dist. §. his

omnibus.

Actū. ix.

vij. q. j. nō aut.

§. ecce.

Judicū. xv.

Mat. iij.

xl. dist. ca. j.

j. Regū. xij.

Joan. xj.

Policratici de Curialiū nugis.

Quidij Xsus.

derabilia conferant/nōne supflua sollicitudo est dies laboriosos & noctes infōnes ducere vt ad sacrariū philosophie accedant? Dulcius est iacuisse thoro tenuisse puellam. Treiciam digitis increpuisse lyrā. Aut si hoc nimis videtur arduū:qm̄ tactus lire sonū eliciēs suum laborē habet & industriā exigit/ tutius est exultare quiescentem ad sonum lyre:& vocem organi/ & portas oīm sensuū voluptatibus aperire. Interim philosophatiū studia deridentur. Si quid auditur incognitum quasi prophanū sit con dēnatur/aut si minoris est contēnitur. Nam vt auctoritate aut rationibus reprobetur/frustra expectas. Si ratione vel auctori tate niteris/consuetudinem qua abutuntur & quam fecerunt/ obiiicient:dicitq; proteruius alter ad alterum. Hoc est cur pallet cur quis non prandeat:hoc est. Doctoresq; tuos curto centusse li cetur. Et psallunt in sobrios hi qui bibunt vinum. Nec tamē am bitione tāta epalis dignitas dūtaxat oppugnat:eo q̄ iam sum mis & minimis eadem est dominandi presidēdiq; libido. Qui enim aspirare non audet ad cathedram/pari auiditate & eisde; machinis prefecturas/archidyaconatus/& alias aggreditur di gnitates. Indulge ei modicum/audebit ampliora/ pcedet pau latim:reminiscens q̄ audentes fortuna iuuat/ & timor animos conuicit esse degeneres. Nemo repente turpissim⁹ fuit. Si pau lulum successerit eis nihil est quod se fieri posse nō sperent. Tā dem itaq; qd̄ petif obtinetur hoc (vt dici solet) deo irato. Tunc crassos transsisse dies:lucēq; palustrē. Et sibi iam miseri vitam gemuere relictam. Nouam ergo concipiunt sollicitudinem & ferā/eo q̄ tēporis iactura reparari non potest. Quod in claustra lium pluteis continetur excutiunt.litteratorum expilāt scrinia: corrogant cedulas: verborum flosculos legūt: oratiunculas cō quirunt:& modis omnibus elaborant vt videantur scire qd̄ ne sciunt. Nam vt sciant aut in virtute proficiant nondum sollici ti sunt:vmbram dumtaxat virtutis appetunt/quam semp vir tuti pretulerunt. Vtiq; nihil miserius est/q̄ i alieno fulgore glo riarī/& constat esse inopem debitorem qui solutionem celebra re non potest:nisi noui gratia creditoris. Verūtamen sic tēpus redimere gestiunt:vt tibi satyricis recte videatur illis occurre re cum improprio ingerens. Hūdū & molle lutum es: iā nunc properandus: & acri fingendus sine fine:rota tibi ludif: effluis amens contēnere sonat vitium percussa maligne. Respōdet vi ridi non cocta fideiia limo. Hec enim non modo aduersus pre latos ecclesie:sed omnes qui ante docendi officium presūperūt

q̄ discipuli formam impleuerunt: ad pigritiam excitandā quasi
 stimulū libertas veritatis educit. Vnde ergo noua & vetera p
 ferent qui semp eque noua & vetera contempserunt? Nec est q̄
 error concurrentium sub pretextu multitudinis excusetur: quia
 viuendi forma a conuiuentium similitudine nequaq̄ trahit: sed
 a verbo dei in cuius via beati ambulant: & recto calle ad vere fe
 licitatis patriam pergūt. Neq̄ enim q̄ a multis peccatur pecca
 tū non est: sed ideo grauius / quia multum. Nec delinquētis cul
 pam socia minuit multitudo: sed pregrauat eo q̄ viribus suis ne
 corrigatur obstat. Ne tamen aduersus iustitiam dei ambitioso
 rum multitudo preualeat: non modo diuina: sed humana iu
 ra armantur. Lex & prophete / euangeliū: & omnes regule pa
 trum illorum detestantur audaciam / nihilominus tamē aduers
 sus deum erigūtur. Erubescere sydon ait mare. Et tu clerice quid
 sentis: cum laicus fere legis ignarus ambitionem tuam arguit
 & compefcit? Obstupescere propheta: cum asina te sessorē suum
 reuocat: & tuos cōuincit errores Britum animal / homo stupi
 dus / angelum videt tenētem gladium id est spiritum qui latet
 in littera: & tu cecus in tāto lumine scripturarum insan⁹ ruis in
 mortem. Erubescere ergo / obstupescere / subsiste / & a maledictione
 ad quam auaritia stimulante festinas recede. Et qui contemnis
 moysen & prophetas vel asinam quam ambitionis tue calcari
 bus vr̄ges / audi. Miraculo siquidem opus est. Balaam enī non
 corripitur nisi asina loquatur. Nonne erubescis q̄ te sic excecā
 uit: sic pessūdedit sui ipsius ignara ambitio: vt propheticis & di
 uinis oraculis ruditum asine preferas? Terreris forte & contrem
 miscis ad vocem asine: sed nequaq̄ compungeris. Hoc enim di
 uini verbi munus est: & donum illius qui solus in mentibus ele
 ctorum ignem charitatis accendit. Vnde liquet quoniam inur
 tiliter asinam audit quicumq̄ verbi dei contemnit vocem. Au
 di tamen & asinam vtilia suadentem: quia & in ea ad eruditio
 nem tuam loquitur spiritus. Preuidet angelum cohibentem il
 licitos gressus tuos & eum ostendit tibi. Qua via ad honores
 ecclesiasticos ascendendum sit: que via fugienda sit canones do
 cent. Contemnis tamen quia in via mandatorum dei non vides
 angelum tenētem gladium vt occidat te. Eadem incedit asina
 homo tui collatiōe stolid⁹ & tard⁹: & qui x̄bi & exempli tui cal
 caribus vr̄gend⁹ est: vt faciat legē. Videt angelū / timet / subsi
 stit: & p̄siliū dei tibi enūciat: loq̄t̄ in casu isto. Tu miraculū vene
 rare: & singula x̄ba eius reponere & exsculpe in tabul⁹ cordis tui.

Esate. xxiiij.

Numeri. xxij.

Polícraticí de Curialiū nugis.

CDe legibus seculariū principū quibus curiales & officiales arcētur ab honorib⁹ ecclesiasticis: et quibus exemplis datanice et abiranitate nituntur obtinere. Caplm. XX.

In aut. quo
opor. epi. in
pncipi. col. f.



It ergo imperator Iustinian⁹. Maxima in oibus sūt dona dei: a superna collata clemētia: sacerdotium & imperiū. Illud quidē diuinis ministrās: hoc autē humanis presidēs/ac diligentiam exhibens/ex vno eodemq; principio vtraq; pcedētia humanā exornāt vitā. Ideoq; nihil erit sic studiosum imperatorib⁹: sicut sacerdotū honestas: cū vtiq; p illis ipsi semp deo supplicēt. Nā si hoc inculpabile q; dem sit: vndiq; & apud deū fiducia erit plenū. Imperiū autē recte & cōpetenter exornet traditā sibi rempublicā erit cōsonantia quedā bona: omē quicq; vtile est humano cōferens generi. Nos igif maximā habem⁹ sollicitudinē circa dei vera dogmata et circa sacerdotū honestatē quā illis obtinētib⁹ credim⁹: qā per ea maxima dona nobis dabūtur a deo: et ea que sunt firma habebim⁹/et que nondū venerūt acquirēm⁹. Bene autē vniuersa gerūtur & cōpetenter: si rei principium fiat decēs & amabile deo. Hoc autē futurū esse credim⁹: si sacrarū regularū obseruatio custodiā: quā iusti laudati/adorādi/inspectores tradiderūt et ministri verbi dei apli/& sancti patres custodierunt & explanauerūt. **C**Sancim⁹ igif sacras per oīa sequentes regulas: dū quispiā sequēti omī tēpore ad ordinationē episcopatus perducitur/psiderari prius ei⁹ vitā fm sacrū aplm: si honesta/si inculpabilis/et vndiq; irreprehēbilis sit: & in bonis testimoniū habeat: et sacerdotē decens: & neq; ex officiali/aut ex curiali veniat fortuna. Neq; ex idiota mox clericus: deinde paruū aliquid preteriens ep̄s appareat: aut in virginitate degēs a principio/aut vxorē siquidē habens ex virginitate ad eū venientē/neq; filios odibiles. Alioquin qui p̄ter hec aliquid agit & ipse cadet sacerdotio: et qui eū ordinat extra ep̄atū sectabit hāc legē offendēs. Sed neq; inerudit⁹ existens sacrorū dogmatū ad ep̄atū accedat. Prius autē aut monasticā vitā p̄fessus: aut in clero cōstitutus/nō min⁹ mētib⁹ sex: vxori tñ non coherēs. De cetero autē nulli permittim⁹ a positione legis: vxorē habēti talē iponi ordinationem. Sicut bonā grām vel gloriā in eo qui ordinād⁹ est querimus: ita etiā calūniā in eo qui frustra accusauit punim⁹. Si autē quis dicat cōsciū se esse alicui⁹ illicitorū ei/nō prius mereat ep̄i ordinationē/q̄ querele examinatio fiat/& vndiq; innoxius appareat. Qz si post hmōi cōtradictionē nō passus is qui ordinem

facit legitimam examinationem imponi cause currat ad ordinationem: sciat quod ab eo fit pro nihilo esse: sed is qui contra legem fit/cadat sacerdotio/& qui sine probatione ordinationem imponit: & ipse similiter sede cadat sacerdotali. Itēleo. Si quem ad episcopatus gradum deo auctore/cotigerit puehi: puris hominum mentibus/nuda electionis scientia: sincero omnium iudicio pferatur/nemo gradum sacerdotii/precii venalitate mercetur. Qualiter quisque mereatur/non quantum dare sufficiat estimet. Profecto enim quis locus tutus: & que causa poterit esse excusata: si veneranda dei templa pecuniis expugnentur? Que murum integritati: aut vallum fidei pvidebimus? si auri sacra fames veneranda penetralia pserpiter? Quid denique cautum poterit esse aut securum/si factitas incorrupta corrumpitur cesset altaribus imminere pphamus ardor auaricie/& a sacris abditis repellatur piaculare flagitium? Itaque castus & humilis nostris temporibus episcopus eligatur: ut locorum quocumque venerit/omnium vite proprie integritate purificet: non precio sed precibus ordinetur antistes. tamen ab ambitu debet esse sepositus: ut gratia cogendus/rogatus recedat/inuitatus effugiat. Sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enim indignus est sacerdotio: nisi fuerit ordinatus inuitus. Cum sane quisque hanc sanctam & venerabilem antistitis sedem pecunie interuentu subisse/aut si quis ut alterum ordinaret: vel eligeret/aliquid accepisse detegitur/ad istarum publici criminis & lese maiestatis/accusatione pposita/a gradu sacerdotii retrahatur. Nec solum deinceps honore priuari: sed perpetue quoque infamie danari decreuimus: ut eos quos facinus par coequinat & equat: utrosque similis pena comites. Itē iustinianus constitutione nouella/pre omnibus illud obseruari sancimus: ut nullus pro suffragiis alius cuius muneris episcopus ordinetur. Si quid autem tale committatur: ipsi dantes & accipientes: & eorum mediatores/danationi subiiciantur: & propterea qui dat & qui accipit: & mediator/sacerdotii: aut cleri honore remoueat. Quod autem pro hac causa datum est: & ecclesie illi vendicatur cuius voluit sacerdotium copare. Si forte mediator laicus pro hac causa aliquid accepit/in duplum id ecclesie restituat. Idem: sed neque quelibet venerabilis domus gubernatorem aut aliam quamcumque sollicitudinem ecclesiasticam agentem: dare aliquid illi/a quo constituitur aut nulli parte liceat: pro commissa sibi gubernatione. Qui vero dat aut accipit: aut mediator fit: clero nudabitur/acceptis vendicandis venerabili loco: si autem secularis sit qui accipit: aut mediator est: quod datum est/duplum eidem venerabili loco ab ipso prebeatur. Idem. Sancimus cum opus fuerit episcopum ordinare clericos mox in tribus

L. de epis. et cler. Si que

In autem. de sanc. epis. §. p. oibus. col. ix.

In autem. de sanc. epis. §. neque xenodochium. hie tamen plura decisa sunt que ibi habentur.

In autem. de sanc. epis. in prin. colla. ix.

Polícraticí de Curíaliū nūgís.

decreta facere personis/sacrofanctis euangelis tactis dicentes
in ipsis decretis quia neq; ppter aliquā donationē/ aut pmissio
nem/ aut amicitia hos elegerūt. Sed & sciētes eos recte fidei/
& honeste vite esse:& litteras nosse:& quia neq; vxorē:neq; con
cubinam:neq; filios habent:neq; hos curiales:aut officiales eē.
Idem.Sed neq; curialem:aut officialē/ clericū fieri pmittimus.
vñ ex hoc venerabili clero iniuria fiat:nisi forte monasticaz vi
tam aliquis eorū non minus.xxv.annis impleuerit. Tales enī
ordinari precipimus/quarta pprie substantie sibi retēta: reliqs
ptibus curie:& fisco/vendicandis si in clero cōstituti/ monacho
condecēte vitā impleuerint. Idem ab epīs deo amabilib⁹ / fm
diuinas regulas religiosos clericos cū multa fieri inquisitione &
boni testimonii viros ordinari sancimus:litteras oimodo sciē
tes:eruditos/sed nullos magis in sacris ordinationib⁹ diligim⁹
q̄ cū castitate viuētes:aut cū vxorib⁹ nō cohabitantes. Hec qdē
seculi principes/nā licet ecclesie doctores hec lati⁹ prosequant⁹/
qm̄ nimis vidētur ardua q̄ dicunt⁹ ab ipis vilescūt: utiq; qui vel
istos nō audit cecior est hipsea/& dulichio remige surdior. & q̄
merito p̄cipitandus est pstratus ab angelo quē contēnit in infer
num inferiore.Nadab & abiu igne suo succēfos:& extra taber
naculum elatos/dño mādāte audieras:sed hi templū dñi & san
cta sanctorū moysē repugnāte.i.lege dñi phibente/nituntur ir
rūpere:succellit eis soboles innumerosa:replet atriū dom⁹ dñi.
Alienū ignem succendūt:adolere thura nitunt⁹ prohibiti ad da
thanitarū & abyronitarū societate cōtracta:irruunt in moysē:
scindētes eccliam:sacerdotiū pturbantes: seditionem facientes
in populo:nisi ad sacerdotiū pmittantur accedere. Cū sibi conci
liauerint gratiā potestati/de iure patrie sibi asserūt vniuersa: eo
q̄ p̄nceps vt dicūt/legibus non subiicitur.& qd̄ p̄ncipi placet: le
gis habet vigorē. Cū ergo pplus ei:& in eū oēm auctoritatē suā
cōtulerit ei obuiare/crimē maiestat⁹ est:& manifesta subuersio
p̄ncipatus.Siquidē sacrilegii instar est dubitare:an is dign⁹ sit
quē princeps elegerit:nec temeritatis effugit notā:& bene cum
eo agit si vñ penā quisq; ex quacūq; causa volūtate p̄ncipis eua
ciare parat/nullas leges credūt ciuilibus p̄ferēdas/has anacar
sis scithica/telis arance p̄parauit/que muscas & culices detinēt
sed volatilia transmittūt grandiora.sic & iura ciuilia humiliorē
reprimūt voluntates:sed p̄fecto potentioribus cedunt:nam ex
trāsgressione vel contēptu legitimā eis nō irrogāt penā:s; nec
interpellatos qdē cauta dissimulatiōe p̄tereūt:ad hec conquisita

In autem de
sanc. epis. 9. s; s;
neq; curialē.

ix. dist. iusti. ff.
de legi. l. prin
ceps.

xvij. q. iiii. §. q̄
autē. l. de cri
mi. sacri. l. ff.

tyrannorum exempla proponit / quibus persuadeant potestatibus vniuersa licere. Maxime tamen sicubi locorum fuerit: vbi iueterata consuetudo optineat: etiam si rationi aduersetur aut legi. Narrat: quis tyrannus domesticum suum aut familiarem inquam ecclesiam sine electione intruserit: quis clerum vt ignotum & indignum eligeret / terroribus & danis impulerit / quis ecclesiam dei vendiderit palam: quis metropolitano compulerit reprobabile consecrare: quis episcopos religiosos in exilium egerit: aut actos ab aliis coegerit exulare: quis ecclesiam & res sacras onerauerit mulieribus sordidis: quis indignis suppliciis torserit religiosos. quis vilipenderit & pessumdederit clericum: quis in provincias induxerit ferale institutum. quis leges & canones externauerit a finibus suis. quis indixerit silentium episcopis vt breuis flagitia impune & sine ulla reprehensione committeret: quis aduersus ecclesiam romanam diuitem & pniciosius intumuerit: quis omnia non tam sua quam peruersa lege tractauerit: quis tandem consueuerit libito licitum coequare. Si quis autem in his commemorandis copiosior est: & in explenda malicia nequior: sincerioris est fidei / & efficacioris industrie. Qui vero pro veritate fidei / aut sinceritate morum: de iure diuino aliquid loquitur: aut superstitiosus est: aut inuidus / aut quod capitale est principis inimicus. Si dicas quia ignis qui pro septuaginta annos babilonice captiuitatis sub aqua vixerat / demum extinctus est antiocho vendente iasoni sacerdotium: aut quod beatus gregorius testatur / quia pestilentie & fames / concussiones gentium: collisiones regnorum: & quam plurima aduersa terris perueniunt: ex eo quod honores ecclesiastici ad precium: vel humanam gratiam conferuntur personis non meritis. Si dicas ozan percussum a domino / eo quod archam nutantem presumebat erigere. Si regnante ozia rege leproso siluisse dixerit / esaiam / & eo mortuo vidisse dominum sedentem super solium excelsum. Si dixeris onera tabernaculi habueris & plaustris leuitarum duntaxat imminere: & si qua sunt in lege dei similia: bene age te cum: si non mutilatus retrudaris in carcerem aut in exilium propellaris: vndique conclamaberis / & tam ambitiosi quam fautores eorum: extreme damnationis in te non verebuntur ferre sententiam. Vnum tamen remedium tibi dominus procurabit: quod cuiusque sapientis & timentis deum conscientia consonat vobis tuis / inde est quod sententia eorum de te / domino auctore non semper obtinet. Si enim ipsis creditum fuerit: tu quasi lese maiestatis reus / hostis publicus iudicaberis. Diceris itaque publica euacuare iudicia / & dum professionis proprie zelator ecclesiasticam erigis libertatem: sapientiam subuertis principum / & eos quasi stultos & contemptibiles reddere ma-

Ita plura exempla tyrannorum in genere ad suadendum quod omnia licet praeiudicibus

ij. Mach. i. r. ij

ij. Regum. vi.
ij. Paralipom.
xxvi.
Esaie. vi.
Numeri. vii.

Polícraticí de Curialíu nugís.

ij. Regi. vj. et
i. Paral. xv.

chinaris. Satius erit vt dyadema detraheretur principis capiti: q̄ principalis & egregie ptis reipublice dispositio/ que in religione & satur illius subtrahatur arbitrio: non p̄uata cupit romana quisquis in vrbe. Pompeiū tráfire parat: & forte arrogantí priuatorū vota transgreditur: qui sub imagine libertatis principibus appetit dñari. Nā si quis principū superstitiōi huiusmōi acquiescat inspiens est: & ab illustrium regum virtute degenerat. Dauid tamen sicut regum narrat hystoria: & oīs israel ludabant coram domino in omnib⁹ lignis fabrefactis: & citharis & tympanis: & liris & fistris: & cymbalis/ licz ei nō defuerit huiusmodi increpator: hystoria nāq; memorata p̄sequitur. Et egressa micol filia saul ī occursum dauid ait. Qz gloriosus hodie rex israel: discooperiens se ante ancillas seruorū suorum: & nudat⁹ est quasi nudetur vnus de scurris. Dixitq; dauid ad micol viuit dominus/ quia ludā ante dñm/ qui elegit me potius q̄ patrē tuū & q̄ omnem domum eius: & precepit mihi vt essem dux super populum israel: & ludam & vilior fiam plusq; factus sum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis de quibus locuta es gloriosior apparebo: igitur micol filie saul non est natus filius: vsq; ad diem mortis sue. Dauid vero sedit rex in domo sua/ & dedit ei dominus requiē vndiq; ab vniuersis suis inimicis. Vides ne q̄ diligenter puniri docet hystoria hinc contemptum religionis cum arrogantia tumoris: inde deuotiōem fidei & humilitatis cultum remunerat. Nam & dauid quietem regni assequitur: & micol prauē increpationis merito sterilis obit/ & nullum inditi generis & felicitis matrimonii reliquit fructum. Recte quidez cum & micol omnis aqua: vel ex omnib⁹ interpretetur: siquidē multitudinis imperite consilium: & que populare iudicium sequitur: fructus boni nec iocunditatem: nec memoriam habet: verū tamen cum istos consiliarios magnatorū audieris: nequaq; suspicaberis micol sine sobole decessisse. Omnes enim micol filios esse miraberis: & si non carnem/ spiritū tamen ex traduce illius putabis illos processisse. Et quod istud tibi facilius persuadeas/ hi qui diuinam euacuare nituntur/ vt suam statuant auctoritatem: sine liberis moriūtur: aut eos relinquūt degeneres & ignauos. Proculdubio quisquis ecclesiasticam deprimit libertatem aut punitur in se: aut punitur in sobole. Admittūt ergo filii etiā ppria cum his que fauore corū paterna impietas occupauit.

¶ De hypocritis quomodo ambitionis labem falsa religionis imagine nituntur occultare. Capitulū XXI.

Iacet autē populi temeritas aut licētia potestati preceptis legitimis & diuina institutione reprimi possit: ambitio tñ domari nō potest. Si enī in manifesto nō audet: clanculo serpit & fraudulenter ingredit. Si fors res ecclesie munerib⁹ nō aperiat: si nec sua/nec aliena violentia referatur: cōfugit ad artes fallacie sue. Omīa que libertatē ipugnant: que decretorū statuta cōuellunt: & que religioni p̄traria sunt: tota libertate spūs detestaf. Symonē vt simplices & credulos circūueniat miraberis rediisse. Simulat & dissimulat: & astutā gerit sub pectore vulpē. Stoico quouis liberior est catho ne rigidior. Est quoq̄ interdū simplicior paulo doctore gētium sollicitior: feruentor petro/& ei viuere xp̄us est & mori lucrum: nec gloria in aliquo nisi in cruce xp̄i quā iugiter portat in corpore vt spūs saluus sit: dissolui dūtaxat cupiēs & esse cum xp̄o. Mortificat ergo carnē cū vitis & cōcupiscētiis: et nō sicut ceteri hoīm cū hoibus degēs vitā agit angelicā/& in celestibus conuersaf. Ieiunāt hi cōtinue: sine intermissione orant: dare tñ vt audiat hospes/asperis & sordidis vestib⁹ induuntur/& populū increpāt. Arguunt clerū/de morib⁹ corrigendis sollicitāt principatus & potestates: testimoniū sibi acquirentes iustitie: si vite detrahāt aliene. Vt vero fraus sub honestatis specie p̄ualecat laudabiliū virorū collegia expetūt/arduas subeunt p̄fessiones: ostētant difficilia:& familiari⁹ sibi pp̄icii possibilis et q̄ humaniora sunt exequūtur. Se ergo basilii/benedicti/augustini: aut si hoc parū est ap̄lorū & p̄phetarū fatentur successores: vestes carthusiensū/cisterciensū/cluniacensū induūt/& q̄ dignantur esse canonici gloriātur in laneis tunicis & pellib⁹ agninis. Veniunt enī in vestimētis ouīū: intrinsecus aut sunt lupi rapaces. sed vt ait dñs euidentissime cognoscūtur a fructibus suis. Nō tñ a fraude istorū religionis vera diminuit gloria. Nā indubitanter oībus cōstat: quia noīa que p̄fitētur/& quorū pollicētur officia/honestissima & fidelissima sunt. Nā religio in his adeo vera/adeo pbata cōsistit vt nulli⁹ reprehēnsionis aculeos reformidet. Siquidē carthusienses quasi auaritiē triūphatores precipui ubiq̄ clarescunt. Cisterciēses beati bñdicti quē oīm iustorū spū plenū fuisse cōstat precepta & vestigia sequūtur ad vnguē. Cluniacēses multis puinciis formā religionis tradiderūt: et canonicis sufficere debet ad plenissimū laudē: q̄ regulā eorum oportet omēs clericos imitari. Heremite quoq̄ baptistam saluatoris & filios prophetarū institutionis sue habent auctores. Fratres tē-

s. ad Thim. ii.

Ad Philip. i.

Matth. vii.

Commēdatio
carthusiensū/
cisterciē. et
cluniacē. ca
nonicorum/ et
aliorum.

Polícratíci de Curialiū nugis.

pli machabeorū exēplo ponūt aias p fratrib⁹ suis Xenodochio-
rum siue hospitaliū procuratores apostolorū sequunt⁹ vestigia:
& ad pfectionis cumulū aspirātes in eo fidelissime audiūt xp̄m
q̄ viuunt innocenter/& oīa que habent pauperibus erogant. In
his tamen omnibus fideles inueniuntur & reprobī: nec ob id re-
ligionis aut professionis veritas deformatur. Que enī p̄fessio
est/aut que legitur vnq̄ fuisse societas in quā macula nō irrepse-
rit? Angelum apostatam legimus: in primis fratribus parricid-
dium/prophetam reprobū/apostolum proditorem/discipulos
xp̄i perfidos: nec tamen corrumpitur puritas persistentiū ange-
lorum: aut minus sancta est societas inuicem diligentiū fratru⁹
aut p̄phetie gratia est in electis culpabilis/ aut apostolat⁹ in fi-
delibus contemptibilis/aut disciplina xp̄i p varios errores ab-
errantiū est infamis. Sicut ergo angelus sathane trāffigurat se
in angelum lucis/& apostoli pseudo ad auctoritatē apostolicā
aspirabant/potius q̄ ad vitā: sic & hypocrite ad superciliū phari-
seorū confugiunt/dilatantes philateria & magnificantes fim-
brias:& que in lege dei scripta sunt nolunt cōtingere digito: nisi
vt videantur ab hominibus a quibus honoris aut alteri⁹ remu-
flamines dyales modo consules dyales habem⁹ & in eundem:
vigilantissimus esto consul noster canius qui in cōsulatu suo sō-
num non vidit. Eidemq; exprobranti sibi q; ad eundem consulē
non venisset:veniebam (inquit) sed nox me comp̄hēdit. At de
vsu ledorie/vel scomatis & ciuilitate dicitur in sequētib⁹. Nūc
ostendisse sufficiat/quia arguere licitū est:quod equum est esse
correctum. Vnū tamen de scomatib⁹ alexandri quasi in calce li-
belli huius superioribus annectam. Cui ei rex darius vno & al-
tero prelio virtutē eius expertus partem regni tauro mōtetē⁹
& filiam in matrimoniū cū decies centū milibus talētis pollice
retur:eiq; p̄menion vir magnus inter alexandrios dixisset se si
alexander esset vsurū hac conditiōe/respondit. Et ego si parme-
nion essem eadē vterer/tacite quidē consiliarij timiditatem ar-
guens voce duabus victorijs respōdente dignaq; cui tertia sicut
euenit tribueref. Liberū ergo fuit & semper licitū libertati p̄cē-
do personis/dicere de vitijs quoniam & ius est quo licet veras
expromere voces:& q; etiam seruis aduersus dominos dū vera
loquuntur decembrē indulget libertatē. Tunc ergo nō impetra-
ta venia que ip̄o iure competit liguas acuit: & quicquid eos to-
to anno vrit impune redarguūt: palam detegētes & crimia: dū
tamē expletis saturnalibus citra veniā nequaq; ad accusatiōem
dñorū patronorū ve p̄siliant:vtor ergo libertate decēbris & ius-
tis tuis obtēperās quod me & te vrit bñficio iuris cōmuni fident-
ter arguo/nō necesse ratus veniam impetrare/in his que publi-
ce seruiūt vtilitati & tue sunt placita voluntati.

¶ Explicit liber septimus.

¶ Incipit prologus libri octauj.



*Sirtes sunt
scopuli emine-
tes loca areno-
sa in mari.*

Volent qui mare nauigāt illis habere gratiā
& referre: quorū beneficio pericula euaserūt.
Accenduntur ignes/damores excitant: eri-
guntur & signa/quibus scillea vorago:turbo
carybdis: saxa latētia/tractus & tenacitas sir-
tium/a nauigantibus queāt salubriter declina-
ri. Sic & his/qui ea imminere denunciāt: qui
bus salus perichitaf hūana/rectissime gr̄a debetur ex merito:&
qui eā merētibus nō repēdit ingratus bñficii/dignus est salutis

dispendiū sustinere. Nemo autē est qui salutē vitiis nesciat ipedi
ri: eaq; ex amore pximorū notari ad fugā publice interest. Vita
siquidē humana quouis freto pcellosior est: nec possūt deuita
ri crimina nisi suis denunciatur iudiciis. Ad hanc ꝛo operam
publice vtilitatis & tue iussionis stimulis vrgeor: licet in me ni
hil agnoscam: qđ attentionē puocet auditorū / hō vndiq; imuni
tus & imminutus: & cui nec vita ad conscientiā: nec ad doctri
nam sciētia: nec opera suppetūt ad exemplū. Vñ in me a pluri
bus conclamat vt taceā dicentib; qđ nec etiā ꝛtutē speciosa laus
est in ore peccator. Hoc hi soli faciunt quibus vitia placent / cur
rētes in mortē nemine reuocante / aut qui saluātur inuiti. Nam
quibus bona placent nō a quo sed qđ dicatur attendūt: & ex cau
sis dicendi dicta pensantes: gratū habent / quicqđ vndecumq; eli
citū ꝛficat ad ꝛtutem. Nō ergo quis sed qđ / qua ve de causa scri
bam diligēs lector attēdat / & vbi male dicta inuenerit sincerus
iudex: & nec inuidie: nec odii: nec alterius affectionis motu cō
cussus / testimoniū de malo phibeat: & vbi bene dixerō non me
cedat. Mihi tñ ꝓ minimo est: si innocentie mee gratis detrahi
tur a peruersis / quos emendari vellem si me tamen benignita
tis tue fauor exceperit. Quicquid autem a ꝓntib; patiar: spero
auctore deo & charitate qua vrgeor ad scribendū mihi prestan
te fiduciam qđ labori meo gratia non deerit posterorū. Odio sig
dem vel amore in partem alterutram ꝓntium pluriūq; indicia
prolabunt. Nihil equidē presenti opi ex ꝓposito inferes qđ non
sit ratione vel precedentiū auctoritate scriptorū subnixū. In qb;
tñ quid sequendū sit lectoris relinquit arbitrio: vt ꝓcul a nomie
meo faciam vitiū: & notā mētiendi. Sed hec hacten;. Nūc tran
seamus in epicureorū castra: & quod ibi ꝓcerto fuerit explora
tum: in medium proferatur. Nam ad eorū sectam pertinere no
scunt indubitanter qđ in oibus proprie seruiūt voluntati.

¶ Incipit liber. VIII.

¶ Qđ gnatonica subest traioniane: & de septē ꝓncipalib; vitiis
& seq̄la eorū fm gregoriū: & qđ ianis glia nobile ortū hz. Cap. I.



IN tota ergo epicureorū familia isignis est tra
lo: & licet nō exierit primus: aut oim primus
habendus est: aut non minim; inter primos.
Ei nāq; licet ineptus sit / tota gnatoniorū fa
ctio famulatur. Et forte comic; gnatonē ideo
introduxit seruum militis gloriosi: vt elegan
ter inuiceret / qm̄ & in vita hominū: & in asser

Polícraticide Curialiū nugis.

lione morum gnatonica subest trasoniane. Altera tamen pendet ex altera adeo quidem vt inuicē sine se esse non possint. Nā & gnatonis opera inutilis est/si non sit miles gloriosus. Et forte trasonis arrogantia conquiescet si nō eam fallacia gnatonis exceperit. Comici forte cōtēnis eunuchū: sed in eunucho fere omnium vitam expressit. Et eo quidem liberius & elegantius omnes arguit quo cautius fictitio argumento sine lesione personarum vitia denudauit. Si nobiliorem queris auctorē multi procedent xenodoxie repressores. Est autē xenodoxia vt patribus placuit glia inanis que mentem inflat: & aures: & nihil aliud emolimenti de soliditate virtutis mortalibus affert. Cū autem superbia sit totius peccati iūctum. Hanc de se primā sobolem gignit.

Xenodoxie et
inanis glorie
diffinitio.

L. lib. xxxj. mo-
ralium beati
gregorij.

Quae a superbia
deriuatur oia
vitia.
Septem mortalia
que sint.

Ab hac enim virulenta radice superbie septem principalia vitia oriuntur: que quidem principalia dicuntur respectu minorū que ex his velut hydre capitibus multipliciter pullulant. Quorum vt nomina & figure fideliter teneantur/qualiter hanc pestiferā arborem beatissimus papa gregorius/depingit in moralibus si vacat paulisper attende. Primos ergo ramos huius plante sic distinguit: vt sit primus inanis gloria. Secundus inuidia. Tertius ira. Quartus tristitia. Quintus auaritia. Sextus ventris ingluuies. Septimus luxuria. Vnde & saluator/quia nos his superbie vitiiis captiuos doluit: ad spirituale liberationis preliū septiformis grē spu plenus venit. Cū vero vitiorū quinque sint spiritualia duo carnalia: vnūquodque eorū tanta sibi cognatione iungitur: vt non nisi de altero alterū generetur. Habentque rami singuli de se ramusculos precedentes: tanta quidem amplitudine dilatatos vt mundū fere

Quae vitia particularia oriuntur ex inani gloria.
Quae vitia particularia oriuntur ex inuidia.
Quae ex ira.
Quae ex tristitia oriuntur.
Quae ex auaritia oriuntur.
Quae vitia particularia oriuntur ex ventris ingluuie.
Quae ex luxuria oriuntur vitia principalia.

totū in maligno positū pene operiant. Nam & de inani gloria/inobediētia: iactantia: hypocrisis: contentiones: pertinacie: discordie: & nouitatum presumptiōes oriuntur. De inuidia odiū: susurratio: detractio exultatio in aduersis proximi: afflictio autē in prosperis nascitur. De ira rixae/tumor mentis/contumelie: clamor/indignatio: blasphemie profertur. De tristitia/malicia: rancor: pusillanimitas: desperatio: torpor circa precepta: vagatio mentis ex ga illcita prodeunt. De auaritia proditio: fraus: fallacia: piurria: inquietudo: violētiae: & contra misericordiam obdurations cordis egrediuntur. De ventris ingluuie/inapta letitia: scurrilitas: immundicia: multiloquia: hebetudo sensuum circa intelligentiam propagantur. De luxuria: cecitas mentis: inconsideratio: inconstantia: precipitatio: amor sui: odiū dei: affectus presentis seculi: horror autē vel desperatio futuri generatur. Sed quō/ab inuicē principalia

lia prodeat/idē doctor exponit. Prima nāq; supbie soboles: dū oppressam mentē corruperit: mox inuidiā gignit. quia nimirum dū vani nominis potentiā appetit: ne quis alijs adipisci valeat hanc itabescit. Inuidia quoq; iram generat: quia quāto interno liuoris vulnere animus sauciatur/tāto etiā mansuetudo tranquillitatis amittit. Et quia quasi dolēs mēbrū tangit: idcirco opposite actionis manus velut grauius pressa sentitur. Ex ira quoq; tristitia oritur: quia turbata mens quo inordinate se cōcutit: eo ad dicendū mala confugit. Et cū dulcedinē tranquillitatis amiserit nil hāc nisi ex perturbatione subsequēs meror pascit. Tristitia quoq; ad auaritiā diriuatur/quia dñi confusum cor bonū letitiae in semetipō intus amiserit/vñ consolari debeat foris querit: & tanto magis exteriora bona adipisci desiderat quāto gaudium nō habet ad qd intrinsec⁹ recurrat. Et quidē singula eorū sue pniciei afferunt fruct⁹/cū inanis glia deū: inuidia proximū/ira auferrat & semetipm. Tristitia solatii fit ignara. Auaritia dū per exteriora vagat: edacitatis sue macerat ieiunio. Vt vero maciei sue indigentia expleat/plabitur ad duo carnis vitia que sequuntur. In quibus liquet qd de vētris ingluuie luxuria nascitur: dum in ipa distributione mēbrorū ventri genitalia videant esse subnixa. Vñ dū vnū inordinate reficitur/aliud proculdubio ad contumelias excitatur. Hec quidem Gregorius/immo per gregoriū spiritus sanctus. Ex quo constat ei qui ad salutem tendit primā superbie sobolem extinguendam: qui si paulisper succreuerit oīm vitiorū fructes de se vt p̄dictū est gignit. Nā & si sit apd aliquem quandoq; precipua nequaq; possibile est vt sit sola. Si enim quempiam inanis gloria stimulat: necesse est vt p̄ abrupta vitiorū preceps ruat. Hoc est autē qd nobile censet vitium adeoq; humane fragilitatis demulcet ingenium: vt vix sit vel a preclaris mentib⁹ alienū: nā & ortū nobilem habet: suiq; dispendii p̄cessum nescit anteq̄ a fastigio corruat quod optauit. Nā & de seiuicem vitia oriuntur: at inanis gloria etiam in virtute originis sue figit radicem. In quo enim quisq; pre ceteris pollet: in eo nisi assit moderatrix gratia facilius intumescit.

¶ Q̄ rar⁹ ē p̄ceptor glie. & de trib⁹ loc⁹ (a qb⁹ laudē matia trahit & q̄ sit laus v̄a q̄ p̄fecta: q̄ neutra: & de moderatiōe largitionū.

Vix tñ est q̄ vanē glie nō insistat: & eā q̄ ab hoib⁹ (Ca. II) est laudē nō q̄rat. Ad hāc alii virtute: alii virtutē (imagine: alii fortune aut nature bñficio proficiunt. Ex his enī trib⁹ locis placuit oratoribus laudis esse materiā.

lia quō ad iuicē successiue procedant.

Inanis glorie ortus.

Polīcraticī de Curialīū nugis.

li. vj. ca. xxviii.

Aristoteles.

Varia in lau-
de locorum
consuetudo.

Nā ab aīo aut corpe: aut extra positis peti debet. Porro animi bona aut corpis / aut naturaliter insita sunt / aut studio cōparata aut casualiter & causalr accesserūt. Et in his certi sunt grad⁹ pro dignitate eorū in quibus consistūt: & a quibus petuntur. Prim⁹ siquidem cōmēdatiōis gradus est q ab animi dote puenit: secū⁹ d⁹ & medius qui corporis valitudinē approbat & venustatez. Terti⁹ idēq; nouissim⁹ q exteriorū cōtinet laudē qd & apuleiū docuisse superi⁹ retuli. Et laus quidē animi nā est sepeq; pfecta / si tamen ei tenaciter bona que in ipō cōmēdanē inheserit adeo quidē vt sint inseparabilia. Certū est enī quia iūto auferri nō pos sunt: alas quidē vera fortasse: sed perfecta esse nō pōt. Corporis aut verisimilis est cōmēdatio: sed pfecta nūq;. Nā bona ei⁹ qunt semper auferri iūto / natura enim eius & debilitari pōt iugiter & corrūpi. Aduēticiorū vero perfūctoria est gratia: & nec verā nec pfectam habent laudē: immo nec verisimilē. Sufficiat eis si vel pbabilē imitent / siquidē in vtrāq; partē flectūf facile: & nisi possidentiū iuuent⁹ vsu / nō tam ad laudē sunt: q̄ ad vituperatio- nem proniora. Nam diuitie: potentia & gratia cū plurimum vi rium dent in vtrāq; partem certissimū faciūt experimentū mo- rum / sitq; possessor ab eis qnq; melior / interdū peior. Ceterum opa ipa mētis aut corpis: & si simpliciter bona vel absolute ma la sint vituperationē interdū aut laudē cōtrahūt p arbitrio iudi- cantis. Vnde & interesse plurimū putat aristotiles: vbi quicqd laudetur / vel vituperetur. Nam plurimū refert qui sint. audien- tium mores: que publice recepta persuasio: docetq; in rhetoricē vt illa maxime que pbent esse in eo qui laudabitur publice cre- dant: aut in eo contra quē dicif ea que oēs oderunt. Eritq; quo- tiens fieri poterit singulorū docenda utilitas. Quod enim expe dit omnes approbāt: & si honestū aliud aliis videat. Studia lit- terarū min⁹ honoris merent⁹ lacedemōie / q̄ athenis: forte plus patiētia: fortitudo his raptō viuere honestū: aliis cura legū: fru- galitas apud sibaritas fortassis odio foret: veterib⁹ romanis sū- mū luxuria crimē. Eius quoq; qui laudatur habenda ratio cum operibus necessariis gratuita recte facta laudē p̄ripiāt: & p ratio ne psonarū res plerūq; habeat vel hōesta vel turpis. Si ergo re cta via. i. virtute sibi qs laudē conciliat: suo laudis innitif fūda- mento: si vero aliunde gliaz querat: plane desipit: nec ad eā quā videtur affectare pertinet. At inter ipsa virtutis opera censetur gratie amplioris que de liberalitatis / aut magnanimitatis fonte proueniunt. Ea enim fauore populari clarius efferuntur

& videntur esse precipua/que magis ardua sunt/vel que plibus profunt. In his tamen longe liberalitas antecellit que & animi indignationē mitigat: detrahētium linguas obtundit: cohibet etiā manus hostiles & a facie hominū operit multitudinē peccatorū. Qui ergo linguas hoīm aut captant/aut metuūt effundūt patrimonia sua: mittūt in vulgus missilia: cōiuiua extruūt: pufillis & maioribus adulanf. Et pleriq; porcū poti⁹ agētes q̄ hominē/cōmessationib⁹ & ebrietatib⁹ infistūt/mimos & histriones fouent: nequissimas artes remunerāt/admittūt nebulones: maledicorū excitāt linguas: ad implendā pccitatis sue malitiam dū silentiū eorū aut virulēta dicacitas/male merito donaf premio. Sūt q̄ in his maximū & fere solū diuitiarū reputāt vsum: si multiplicēt ollas carniū/cōuiscerationes exerceāt quotidianas: si nec modū cōiuiui nec numerū nouerint cōiuiarū: nec aliquā habeant regēde familie rationē. Quā si forte videris cōuenisse: forū cōuocātū credes/non prandentiū aut cenantiū turbā. Hoc tñ apud ditissimos licet: & man⁹ inferior in eo p modulo suo p̄potentiū vestigia imitef. Quisq; enim fame petitor est: vires suas excedit: & nō quid possit: sed qd aliis placeat attēdit: & illd̄ festinat implere. Sed esto vt ad famā poti⁹ q̄ ad consciētā q̄s liberalitatē exerceat: quia nulli virtuti precludēda est via/ mimos tñ & p̄fessiones obscenas fouere beneficiis/illicitū est & ifame. Refert valerius q̄ ciuitas massiliensū tātē grauitatis custos extiterit vt nullū aditū daret mimis in cena/ quorū argumēta maiore ex parte stuprorū continēt actus: ne talia spectandi p̄suetudo etiam imitandi licentiā faceret. Nūquid ergo honestum est illos a xpianis imo & clericis audiri in cena: q̄ nec a gentilib⁹ audiebātur in cena? Lacedemonii libros archilochie ciuitate sua exportari iusserunt q̄ eorū parū verecūdā ac pudicā lectionē arbitrabantur. Noluerunt enī ea librorum suorū aīos ibui/ ne plus moribus noceret q̄ ingeniis prodesset. Itaq; maximū poetā aut certe summo proximū quia domū sibi inuisam obscenis maledictis lacerauerat carminum auxilio mulctauerūt. Simili fere sententia condēnata est lasciuia carminū in nasone. Nunquid licitum est audiri in poculis: quod ieiuna sobrietas non audebat audire? Eadem ciuitas omnibus qui per aliquam religionis simulationem alimēta inercie querebāt claufas habebat portas/ mendacē & ficosam superstitionē submouendā esse existimās. Hi tamen qui superstitionis sibi conscii sunt/precipuam partē vendicant apud eos qui laudum amore macerātur. Porro sicut

De liberalitate/ r̄ q̄ liberalitas operatur.

De laude massiliensū q̄ silentiū q̄ mimos in cena non dimittebāt intrare.

De poeta exule p̄pter obscena maledicta.

Polícratici de Curialiū nugis.

auatum a largo ita & prodigum quadam contrarietate differre censuerunt qui duo vnus opinati sunt esse contraria q̄titate alterum/alterum qualitate. Siquidem magnanimitati timiditas aduersatur qualitate mali/dum audēda metuit: & audacia quantitate/dum plus q̄ audenda p̄sumit. Prodigalitas itaq̄ eroganda:& non eroganda profundit in eas res que nullaz sūt omnino aut breuem habiture memoriam. Hanc autem effusioneꝝ auctore cicerone commendasse dictus est theophrastus/ i libro quem de diuitiis scripsit/in quo multa preclare:illud absurde q̄ multum in laudāda magnificentia & apparatiōe popularium munerum taliumq̄ sumptuum facultatem fructū diuitiarū putat:q̄to aristotiles grauius & verius has pecuniarū reprehēdit effusiones:p̄sertim cum neq̄ necessitati subueniant:nec augeāt dignitatem:ipsaq̄ illa delectatio delinite multitudinis ad breue exiguūq̄ tempus sit:eaq̄ a leuissimo quoq̄ in quo tamē ipso vna cum satietate memoria quoq̄ moritur voluptatis. Bene etiam colligit hec pueris & mulierculis & senis & seniorum si millimis liberis grata esse.graui vero homini & ea que fiūt certo iudicio ponderanti/nullo modo posse probari valerius maximus. Sed & cicero refert q̄ in alexandro qui largitione beniuolentiam macedonum sectabatur hanc profusioneꝝ pecunie philippus argueret. Et epistole quidē verba sunt hec. Quod te malum rationis in istam spem induxit: vt eos tibi fideles putes q̄s pecunia corrupisses? An tu ideo agis vt macedones non te regem:sed ministrum & prebitorem putēt? Quod quidem regi fordidum esse non ambigis/& corruptelam q̄ largitionem potius dici. Fit enim deterior qui accipit:atq̄ ad idem semper expectandum paratior. Quid autem est stultius q̄ q̄ facias libenter curare vt diutius facere non possis? Largitiōes immoderatas rapine sequuntur:cū enim dando egere ceperis:bonis alienis manus cogere inferre. Itaq̄ cum beniuolentie comparāde causa sis prodigus:non tanta studia assequeris eorum quib⁹ de deris q̄ta eorum odia quibus ademeris. Sobrem nec ita claudenda est res familiaris:vt eam benignitas aperire non possit/nec ita referanda vt omnibus pateat:sed vtriq̄ modus adhibeatur:isq̄ referatur ad facultates. Et quidem elegantur siue philippus siue alius popularis huius professionis immoderationē cohibuit:que quidem gloriam videt̄ afferre s̄ more meretricio cū res defecerint euanescit. Nā gratie quam non virtus sed fortuna conciliat:amor meretricius rectissime comparatur.

Theophrasti
opinio de pdi
galitate repro
bata.

Aristotelis
opinio q̄ pdi
galitatē com
mendata.

Notabil' epla
philippi regis
macedonū ad
alexandrū filiū
suum p̄ reprimē
da prodig
galitate.

Co is professio suos habet trafones: & de personis que ad si militudinem eunuchi terenciane sint apud inaniter gloriantes: & q̄ vana glia meretricis more sequit̄ loculos. Cap. III.

BSt (vt dixim⁹) in quauis professione inuenire militē gloriosum qui obsequiis & muneribus suam thaidē id est nomen celebre/ & quasi fame gratiam captat. Sed ei nec gnato vt decipiat/ nec phedria: q̄ laudē pre ripiat: nec qui dona corrumpat adolescens/ aut seruus parmēno qui desipiētē irrideat deest. Apud eunuchū comici audi gnatonē/ & an ip̄m in familia gloriantium videas diligenter attende. Est (inquit) genus hominū qui esse p̄mos se oīm rerū velint nec sunt. Hos confector/ huiusce ego vt rideant me nō comparo: sed his vltro arrideo: & eorū igenia ammiror: simul quicquid dicunt laudo/ id rurū si negant laudo/ id quoq; negat quis: nego ait: ayo. Postremo imperaui egomet mihi omnia assentari/ is questus nunc est multo vberrim⁹. Talem ne vidisti alicubi: imo nec quēpiā illorum qui felices esse videntur sine huiusmodi mancipio agnouisti? A deoq; scitū hoīem ubiq; reperies: qui homines ex stultis (vt ait parmēno) prorsus insanos faciet. Vide & quid sentiat de se trafo. Istud (inquit) est datū profecto vt grata mihi sint omnia que facio: vel rex mihi sepe maximas agebat gr̄as quicquid fecerā. Aliis non ita. Me sepe habebat in oculis/ oēm credebat exercitū/ consilia & vbi eū satietas hoīm aut negocii/ si quando odiū ceperat/ requiescere vbi volebat/ vt illā expueret miseriam ex animo: tamē me cōiuā solū abducebat sibi. Inuidere mihi omnes mordere clanculū/ ego floccipendebam. Illi inuidere misere/ ego alios palam reprehendebā alios ego mordaciter irridebā vt risu emorerent̄ oēs qui aderāt. Deniq; metuebant omnes iā me. Profecto magn⁹ est hic in oculis suis/ & nō est ei similis in tota comedia. Dign⁹ est ergo q̄ intro mittat̄ ad thaidem/ excluso phedria qui in ea nō min⁹ insanit. Dolet exclusus/ a seruo docef sobrio/ vt recedat a meretrice/ bonoq; animo sit/ quia si ad ignem accesserit calefcet pl⁹ satis: nec patiatur contumelias meretricum/ que vna falsa lacrimula quā oculos misere terendo vix vi expresserunt restinguent amātis bilem/ & vltro accusantes id agent vt vltro neum supplicii prestet. Nam sapienter amare nemo potest facilius q̄ ratione insanire. Huius ergo phedrie et thaidis ea conditione interest verbis/ Vt quod verum audierit taceat & contineat optime. Sin falsum aut vanum aut fictum: continuo palam effundit.

Polycratici de Curialiū nugis.

Plenus rimarum est: hac atq; illac effluit: vtrūq; arguit/irridet vtrūq; qm̄ alterū fallere/alterū videt irreuocabiler insanire. At quoq; exclusus & gemens pre dolore/o thais vtinam esset mihi pars equa amoris tecū: ac pariter fieret/vt aut hoc tibi doleret/aut ego istuc abs te factū nihil penderem. Thais ad hec. Ne crucia te obsecro anime mi phedria non pol quo quēq; plus amem/aut plus diligam/eo feci: sed ita erat res/faciendum fuit. Plane credo (inquit) parmēno misera pre amore exclusit hunc foris. Quid multa? Id agit fallacia meretricis/vt vn̄ amantiū alteri priores partes cedat per aliquot dies: duz deterius rebus amissis emūgatur admissus. Mos enī gerēdus est thaidi/que p̄fusiores & perditiores admittit. Interim quid donare queant aut mittere: exclusi deliberant. Nā potissim⁹ est apud eā qui nō missima mittit: vbi vero priorē emunxerit redit alter: exclusoq; priorē delegat ei mestā doloris sui puinciam. Insanit ergo miles & ipetu doloris potius vel moriendū esse decernit q̄ in se cōtumeliā tā insignē accipiat/familiā conuocat/et disponit bellū/et p̄stibulū collectis virib⁹ expugnare decernit. Progredif/mēte & ore reuoluit iniuriā: loquit grandia & minis feruet: sed cū ad cōflictū accedit memor amoris pristini/preceptū recolit militare: quo ex auctoritate scipionis liquet: quia om̄ia prius experiri q̄ armis sapientē decet. Thaidem ergo suā ex pacto sic conuenit iure nō virib⁹ agens: primū thais hoc mihi respōde: cū tibi do istam virginē dixisti hos mihi dies solidare te? Thais Quid tū postea: p̄cedere vides que nō negat Thraso. At mihi ante oculos corā amatorē adduxisti tuū. Et illa. Quid cū illo litigas? Ecce quia amice patrociniō/nec verba miscere cū riuāli licitū est. Cū eo (inquit) te mihi clam subduxisti. Et illa. Libuit inquit. Pamphilā ergo redde huc nisi vi eā mauiis eripi. Equū et iustū petere vides cū repeti possit qd̄ ob causam datum est/si ea secuta nō fuerit. Quid multa? Ad clamorē meretricis cōtribules/cōuicaneiq; cōueniūt/turba fit: cōuitiatur miles petēti: virib⁹ & iure resistit: denūciaturq; furcifero oīum ineptissimo/vt linguā/manusq; cōtineat: quia si quippiā turpe fecerit aut moli minis sibi loci/diei/tortorisq; memoria in vstione signorū promittit in euū protēdēda. Interrogantē se thais querere iubet: q̄ respōdeat sibi. Miles opera & re perditā cogit redire inglorius et hunc fructū reportant miseri amatores/eo tñ addito q̄ alius rebus quas illi perdiderūt abutiē/& quo magis doleant q̄ eas meretrici surripuerit sibi successisse nō putat: nisi stultitiam &

Suetonius.
Terētij verba
in eunucho.

Riuales duo
q̄ vna muliere
vtūtur. pp̄ie
riuāli s̄z q̄ cū
matrimonio li
cito vxorē pos
sident alienam

infortunia amantiū suosq; successus in auditu omniū preconef
 & publicet. Audi cheream occultum da te pamphile corrupto
 rem quid meretrice decepta loquatur egrediens. Num quis hic
 est? nemo est. Num quis hic me sequitur? Nemo homo est. Iā
 ne enumpere hoc licet mihi gaudium? Proch iupiter nunc est/
 profecto interfici cum me possum perpeti. Ne hoc gaudium cō
 taminet vita egritudine aliqua sed neminem hic curiosum iter
 uenire: nunc mihi qui me sequatur quiq; iam rogitando obtun
 dat/cruciet/enecet/quid gestiam: aut quid let⁹ sim/quo pgam/
 vnde emergā: vbi sum vestitum hunc nact⁹: quid mihi queram
 sanus sim an insaniam? Interrogatus hec omnia imo ego te (in
 quit) obsecro antipho vt audias omnia/ audias diem festum:
 iocundum euentum: suauem fortunam: in eum omnibus hy
 storiā memorandam/ & sui quoq; furoris subtexit dolos. In
 summa totius argumenti eo ad presens vniuersa hec arbitror
 posse referri: vt constet pro certo: quia amicitie prostitute fides
 haberi non debet. Nam que venit a sinceritate animi fidelis cer
 ta & fixa est/ que ab archa vel oculis: fluida incerta erronea: &
 deficiente viatico emarcescit. Cum fortuna manet vultum ser
 uatis amici. Cum cecidit/ turpi vertitis ora fuga. Omnis enī res
 que in commercium venit/ ab vno transit ad alium & ditiozem
 & auidiozem comitatur emptorem. At foro isto nihil iniquius
 est: quo rem semel emisse non proderit: nisi semper ematur: &
 vbi nisi quisq; rem ab alio venditam vendicat: nisi & ipsi de pre
 cio satis fiat. Quis enim popularem fauorem vendidit? Si pu
 blice est habendus ematur ab vniuersis: singulis enim non licet
 publica bona distrahere. In prouerbii quoq; consuetudinem ve
 nit: quia incauta largitio non habet fundum. Preterea que po
 pularis fauor ad mūera extulit / si forte trasonis more emptam
 celebritatem exigit contumeliis affectum/ honore spoliatum/
 thais altera fama/ & quavis thaide minus fida: a preempto ho
 noris gradu arcet deprimat & repellit. Insultat riuialis: sobrius
 corruptor exultat/ gnato vix submurmurat: dū tamen spes est:
 aut fileat omnino si desperat: & ad illos transit: quia ei consilium
 est semper felicioribus adherere.

Uersus:

Q nullum vitium peius auaritia: nec amari
 posse qui suspectus est auaritie & de duplici fon
 te liberalitatis: & vter sit potior: & de confidio &
 gillia.

Capitulum. III.

Polycratici de Curialiu nugis.

Nectamen & si pdigalitas videatur in culpa/locū ar-
bitror auaritie relinquendum. Nullū enim vitiū dete-
rius est: nullū detestabili⁹: presertim in his qui princi-
patum/aut magistratū aliquē in republica gerūt. Nō
enim res ipsa: sed etiam opinio eius vitanda est: & omnino im-
possibile est vt fidelis videat alicui aut amore dign⁹/qui ex me-
rito/apud graues & circūspectos viros auaritie suspitionem in-
currit. Cum vero laus & fauor humanus quasi a duplici fonte p-
ueniat: opere. s. & pecunie facili⁹ est/hec presertim locupletis: sed
illa laudatior & dignior viro forti & claro. Nā que virtutis opera
& industria liberales erunt/quo pluribus profuerūt eo plures ad
benefaciendū habebunt adiutores. Deinde benefaciendi cōsue-
tudine paratiores erūt: & tanq̄ exercitatiores ad bene de mult⁹
pmerendum. Si tamen archa suppeteret nihil gloriosius ea li-
beralitate q̄ consistit in donis: maxime cū & socrates vt dicit in
terrogatus quenam esset substātia beatitudinis dignis donare
respondit. Ego quidem socraticam diffinitionem sic interpretan-
dam arbitror vt dignitas in accipientiū necessitate credatur eē
vel meritis. Illis enī qui premeruerūt donare iustum est/ & eis
qui indigent subuenire piū: ita tamen vt id respiciatur in singu-
lis/qd̄ in facie sapientis sine rubore & nota valeat denudari. Si-
quidem cū imitari debemus qui solē suū facit oriri super bonos
& malos/ & pluit super iustos & iniustos. Si enim pauperez hy-
strionē videamus aut mimū/nō debemus vtiq; fouere maliciā/
sed correptam & si fieri potest emendatam/ fraterne charitatis
iure/oportet sustentari naturā. Expedit quidē omni/ petenti tri-
buere: vel affectū mētis vel solatiū charitatis. Interdū tñ incre-
pare pigrū/meretricem/ & hystriionē confundere salubrius est:
q̄ quod exigunt elargiri. Quid moror? Quicquid charitas ero-
gat/remunera⁹ a dño. Quod dispēsat vanitas euanescit. In qu-
to confidio saluberrimi exēpli nec sine paruo ipius fructu libera-
litas referente valerio annotata est/qui catheline furore ita con-
stemata republica vt ne a locupletibus quidē debite pecunie p-
pter cumulū p̄cii possessionū diminuti solui creditorib⁹ possent/
cū censies atq; quinq; gies sextertii sūmā in fenore haberet: neq;
de sorte quēq; debitorū suorū neq; de vsura sui pass⁹ est cōueniri:
quātūq; in ip̄o fuit/amaritudinē publice confusiōis/p̄uata trāq̄-
litate/mitigauit. Oportune mirificeq; testatus nūmorū suorū/
non ciuilis sanguinis se esse feneratorē. Nam qui nūc p̄cipue
fenerationi delectantur cum pecuniam domū cruentam retule

Beatitudinis
substantia est
dignis donare

Matth. v.

Quint⁹ p̄sidiū
feneratoris li-
beralitas.

rum q̄ in probando exultant gaudio/cognoscent/si diligenter se
 natus/consultum quo confidio gratie acte sunt/legere non fasti-
 dierint. Subnectit hinc aggregentinum gilliam quem p̄pe mo-
 dum ipsius liberalitatis precordia cōstat habuisse. Erat opibus
 excellēs: sed etiam animo multo q̄ diuitiis locupletior. Sēperq̄
 in eroganda potius q̄ corripienda pecunia occupat⁹: adeo vt do-
 mus eius quasi quedam munificentie officina crederetur. Illinc
 enim publicis vsibus apta monumenta extruebātur. Illinc gra-
 ta publicis oculis spectacula edebantur. Illinc epularum magni-
 fici apparatus/labentiq̄ annone subsidia oriebantur. Et cū hec
 vniuersis priuatim alimenta inopia laborantibus/dotes virgi-
 nibus paup̄tate pressis subsidia detrimetorū/ī cursu quassatis
 solatia erogabānt. Hospites quoq̄ tū vrbānis penatibus:tū etiā
 rusticis tectis/benignissime excepti/variis muneribus honora-
 ti dimittebant. Quodā vero tēpore quingentos simul gelensū
 equites vi tempestatis in possessiones suas cōpulsos/aluit ac ve-
 stiuit. Quid multa? Nō mortalem aliquē: sed propicie fortune
 benignuz esse diceres sinum. Ergo quod gillias possidebat: oīm
 quasi cōmune patrimoniū erat/pro cuius salute & incrementis:
 tū agrigentina ciuitas:tū etiā vicine regiones/tum loca e cōtra-
 ria parte sint archas habentia inexorabilib⁹ claustris obseratas
 nonne prestantiorem aliquanto existimes illā impensam q̄ hāc
 custodiam? Deniq̄ quicquid sapientia disponit approbat. Qd̄
 temeritas presumit: vere laudis fructum nequaq̄ assequitur.

Gillie aggre-
 gētini cōmen-
 dationes in li-
 beralitate pu-
 blica ⁊ puata.

C De duobus naturalibus affectib⁹ scilicet amore iusti & amo-
 re commodi & de sequela corū amore scilicet libertatis & amo-
 re dñandi & de comparatione cesaris & cathonis: & de alexan-
 dro aristotele: augusto & platone & de his qui via deuia ad glo-
 riam pergunt. Capitulum. V.



Vos quidem affectus in homie ab initio extitisse/ sa-
 cre scripture designat auctoritas/appetitū. s. iusti & cō-
 modi appetitū. Quorū alter ī volūtate/alter in neces-
 sitate cōsistit/ & q̄to appetit⁹ iusti qui in voluntate est
 amplius crescit: & tanto melior est & dignus beatitudine am-
 pliori. Nam nimis velle quod iustum est nemo potest: nisi for-
 te quis queat/iustus esse nimium/aut beatus. Porro si appetit⁹
 commodi mensuram necessitatis excedat/vergit ad culpam: &
 cupiditatis conscius vitiorum sibi parat originem. Alter ex-
 go istorum quoniam militat charitati querit que dei sunt: Al

Polícratíci de Curialiū nugis.

ter in propria vtilitate versatur: postponens que dei sunt aut pximorum. Ab hoc duplici fonte mores oriuntur. Recte quidē: si faciat quis alii quod sibi vult fieri: & ab eo abstineat alii inferendo quod sibi ab alio nollet irrogari. Distorti vero: si quis alii ledat vel non profit/cum possit: que quidem, vtrinq; multipliciter fiunt. A priore quidem amor libertatis: amor patrie & tandem extraneorū amor. Nā libertatē nō amare non potest: q se ipsum & patriā amat: & in gradu suo extraneum/quicūq; sincere charitate diligit pximū. Siquidem in eo consistit charitas ordinata. Ab altero vero cupiditas dominationis procedit: & laudis/& glorie: & adeo inualescit: vt ex opinione multorū res tamen parū considerate examinantū virtutibus connumeret. Nā qui rectum sapiunt/hoc vitiiis maioribus aggregant: licet ei ab imperitis qui tamen sapientū nomine censentur virtutes subeē videantur. Vnde & veteres primiq; romani prout eorū docet & cōmendat hystoria laudis auidi pecunie liberales erāt. Ingētem gloriā appetebant: diuitiis spretis & honestatē quātelibet vtilitati preferebāt. Hāc quidē gloriā ardentissime dilexerunt: eo totam vitā referētes & mortem. Ceteras cupiditates huius vnus vigēte cupiditate presserūt. Ipā deniq; patriam suā qm seruire videbatur in gloriā: dominari nō atq; impare gloriosū: prius omni studio liberā: deinde dominam esse concupierunt. Prius enim pro libertate: deinde pro dñio certatū est. fuerūt tñ quibus iustitia quantum gentili dabatur sufficebat/cupiditate deducta. Aliis nil satis erat: sed sub imagine magnanimitatis/vel impossibilia presumētes/laudem maximā consequebant & gloriā. Longe igitur vltus cathonis veritatis videtur ppingor fuisse q̄ cesaris. Quod ex ipā sententia eius facillime liquebit. Nolite (inquit) existimare maiores nostros armis rempublicā ex parua magnam fecisse. Si ita esset/multo pulcherrimā eam nos haberem⁹ nunc. Quippe sociorū atq; ciuiū: p̄terea armorū atq; equorum maior copia nobis q̄ illis est. Sed alia fuere que illos viros magnos fecerūt: que nobis nulla sunt: domi industria: foris iustū impiū: animus in consulendo liber: neq; delicto: neq; libidini obnoxius/pro his nos habemus luxuriam atq; auariciā publice egestatē: priuatam opulentiā. Laudamus diuitias: seq̄mur inertiam. Inter bonos & malos discrimen nullum/oīa virtutis premia ambitio possidet. Neq; murū/vbi vos separatim sibi quisq; p̄silia capitis/vbi domi voluptatibus/hic pecunie aut gratie seruitis. Eo fit vt impetus fiat in vacuam rempublicam.

Verba cathonis de bonis moribus antiq̄orum romanoꝝ et de corruptione eorum morū p̄ posterōs.

Paucorū igitur virt⁹ ad gloriam/honorem/imperiū/via vera est: id est ipsa virtute nitentiū etiā a cathone laudata est. Hinc erat domi industria/quā cōmemorat catho/vt erariū esset opulētum: tennes res priuate: vnde corruptis moribus: vitiū e contrario posuit publice egestatē: priuatim opulētiam. Ipse tulus hoc dissimulare nō potuit in eisdē libris quos de republica scripsit: vbi loquitur de instituēdo principe ciuitatis: quē dicit alendum esse gloria/& cōsequenter cōmemorat maiores suos multa mira atq; p̄clara glorie cupiditate fecisse. Huic ergo vitio nō solū resistebant: verū etiā id excitandū & accēdendū esse censebant: putātes hoc reipublice expedire. In libris quoq; philosophie idem Tulus hāc intulit vniuersalē/generalēq; sententiā. Honos alit artes/& gloria accendūtur omēs ad studia/iacentq; ea semper que apud quosq; improbantur. Huic ergo cupiditate melius est resistere sine dubitatione q̄ cedere. Vt enī ait beat⁹ Augustin⁹ in libro de ciuitate dei. Tāto quisq; deo est similior/quāto & ab imundicia hac mūdior. Que in hac vita/et si funditus nō eradicat̄ ex corde quia beatos & pficiētes aīos tētare nō cessat: saltē cupiditas glorie superet dilectione iustitie: nā san⁹ videt/qui & amorē laudis vitiū esse cognoscit. Nec soli⁹ id augustini sed etiā gentiliū sentētia est: gloriā hanc nil aliud esse q̄ vētosi quodāmodo spūs tumorē fumo similitū. Nā et funus oculorū obtundit aciem: et quo magis ascendit citius deficit: & quo magis deiicit̄ amplius solidat̄. Cū enī ad excelsa puenerit euanescit. Recte quidē/eo q̄ a principe totius vanitatis traxit originē. Nimio sui capiuntur amore qui dū nubes & inania captant: et nescio quid in manu solidū apprehēdere moliant̄/obliscuntur sui/cū tamen nil aliud q̄ se oculis p̄tueātur iniquis. Nolunt enī apprehēdere qd̄ sunt: et illud ad emendationē vero iudicio intueri: sed fantasticas dūtaxat vane opinionis sequūtur vmbas. Siquidē alios spernūt pre se & aspirant ad ipossibilia: de fallaci rerū imagine presumētes. Sic Narcisus in fabulis dū vana sui imagine capitur: abit in florē/& dū seipsum imprudēter aspicit flos sine fructu pueriliter euanescit. Multorū quoq; fuit opinio/& eorū qui in veteri philosophia pre ceteris floruerunt Alexandrū & aristotelem a numinib⁹ esse progenitos eo q̄ in oībus propriā gloriā querebant. Platonē quoq; propter diuinā quodāmodo qua eminebat sapientiā et augustum propter potentiam/fortunamq; tranquillam a diis traxisse originem tradiderunt. Et quidem in cōtrarium rectius collegissent eos/aut

Tulus de re publica.

Augustinus:

Fumi pprietates.

Nō fabulam narcisi q̄ abijt in florē & post flos decidit sine fructu. de hoc ouid. met. De alexandro & aristotele. De platone. De augusto.

Polícratici de Curialiū nugis.

ps. xxv.

Alexātri ver
bū q̄ se miserū
dixit q̄ nōcū
vno potit' est
mundo.

De paufania
q̄ philippū oc
cidit vt clarus
subito fieret.

Hō q̄ ppter
iustitiā obmis
sam excufatur
aliquahter ma
lū in obmittē
tem pmissum.
De eo q̄ tēplū
dyane ephesi
ne incēdere vo
luit vt in orbe
famosus habe
retur.

diuini non esse generis/aut deorum filios eē degeneres: nisi q̄a
dii gentium demonia sunt/& incubi/demones vanitatis & ma
licie sue/certa iudicia: si quem tamen gignunt relinquunt in so
bole. Nam & verus dei filius deus homo propriam non querit
gloriam in omnibus que gloriose fiunt ab eo /sed patris: eoqz il
lustratur gloria ampliori q̄ ad eum ex quo sunt omnia bonorū
operum gloriam refert. Sic & vere sapiēs omnis: vere potens:
& vere bonus: ad vnicum bonorū omnium fontem sua omnia
laudabilia refert summā scilicet creatricem & indiuiduā trinita
tem. Alexandri pectus: laudis infatiabile qui anatarso comiti
suo/ex auctoritate democriti p̄ceptoris innumerabiles mūdos
esse referenti. Heu me (iquit) miserū q̄ nec vno quidē adhuc po
titus sum. Plane miser dignusqz miseria: cuius virtutes omnes
absorbuerat laudis infatiata & infatiabilis fames vna. Insultāt
ei tragedie antiquorū eo q̄ angusta homini possessio fuit: que
deorū omnium domicilio sufficit. Sed tamen licet appetit' glo
rie semper videatur in culpa: eorum error perniciosior est: q̄ vel
sceleribus innotescere magni duxerūt. Pausanias cum hermos
clea percunctatus esset: quonā mō subito clarus posset euadere:
atqz is respōdisset: si occidisset aliquem virū illustrem: futurum
vt in gloriam eius idipm redundaret: cōtinuo philippū intere
mit. Et quidem quod petierat assecutus est. Nam & se parrici
dio notum posteris reddidit: & celebri supplicio patibuli cui af
fixus est corona aurea q̄ mirtalis que & olimpias dicta est capi
ti eius pendentis imposuerit: nullum dante solatium. In vindi
ctam tamen pudicitie per iniuriam prostitute philippo non pu
niente: sed deridente iniuriam potest auctore trogo aliquaten'
crimen sacrilegii excusari. Inuentus est qui dyane ephesine tē
plum vellet incendere: vt pulcherrimo opere consumpto nomē
eius per totum terrarum orbem diffunderetur: furoremqz suum
detexit impositus eculeo: & nisi theopompi magne faciēdie in
genium eum suis comprehendisset hystoriis: bene consuluerāt
ephesii communi decreto statuentes: vt teterrimi hominis me
moria aboleretur silentio. Simili quidem videntur gloriam af
fectare immo maiore insania: qui non ephesine dyane templū
religiosis moribus excidendum sed templum spiritus sancti ho
mines totos: animas scilicet & corpora: vt per hoc hominibus
innotescant: luxurie vastant incendiis. Nam ab eo laudem ap
petunt: & plerūqz assequuntur honorem. vñ equius fuerat igno
miniam sustinere & penam.

C De luxuria & libidine & quinq; partito introitu mortis: & quorum sensuum sit voluptas perniciosior: & triplici genere cō uiuitorū: fm portunianū & pernicie gule: & de cōiunio didonis & euandri apud virgiliū. Capitulum. VI.

E A tenuis iam sermo processit vt aut virtutem aut publicam fere opinionem oporteat impugnari. Imminet enim iā colluctatio aduersus carnē & sanguinem & fores videmur liberalitati precludere / & iocūditatem auferre de vita: cum gemine vias luxurie epicureis reclamationibus coartamus. Est enim blandū (vt ait valerius) luxuria malum: quā accusare aliquāto facilius est q̄ vitare. Nā & volumen quod propheta vorare p̄cipitur in ore quidē dulcescit vt mel: sed amaricatur venter: cū ip̄a dulcedo verborū digerenda est in vsum operū. Est autem libido cognata & p̄iūcta luxurie: cuius sequela imundicia: finis indubitatus cōfusio est: precedat ergo sermone que origine & causa prior est. Licet autē per qnq; sensuum portas lenocinia luxus eque introeāt: voluptas aurīū magis videtur ad immundiciā accedere: & que ex gustu prouenit vel tactu sordidior est: & olfaciendi & vidēdi delectatio: medium locum tenet. Nam neq; satis interdum habet munditie: nec ad sordes perniciosissimas vsq; prolabitur. Siquidem mors per oculorū fenestras ingredit̄: cū quisq; delectat̄ cricensiū certamine athletarū: hystriōnū mobilitate: mulierū formis: gemarū splendore: vestiū metallorū: aliorūq; quibus libertas anime captiuat̄. Rursus si audit̄ vario organorum cantu vocūq; flectionibus mulceatur ad carmina poetarum: comediarum & tragediarum actus: mimorū vrbantates: & strophas & quicquid huiusmodi per aurē incedit: virilitatem mentis effeminat. Odores autē suauitas: & diuersa thimiamata / & amoniū muscus peregrini muris pellicula: q̄ dissolutos moribus faciant: nemo nisi dissolutus negat: nam peregrinos odores non nisi dissolutis & amatoribus conuenire: comicus & cocus docent. Porro ciborū auaritas auaritie mater est: & animum quasi quibusdam comis pedibus degrauatum: tenet in terra: ergo propter breuem gule voluptatem terre lustrantur & maria: & vt mullum vinum preciosusq; cibus fauces pertranseat: totius vite opere desudatur. Ipsi quoq; muri hierusalem & si videantur in petra solidati: tādē ruūt & cōplanant̄ equati solo nabuzardā cocorū p̄ncipe imperatē. Tactus autē alienorū corporū & feminarū ardentior appetitus vicin⁹ insanie est. Quicqd̄ sensus qlibet moliat̄: lud⁹ acio

Valeri⁹. lib. ix
Apocalip. x.

iii. Reg. vlti.
Hiere. xxxix. &
lij.

Polícraticí de Curialiū nugis.

Hieronymus.

De origine q̄
ppter vitā dā
fornicationē r
ipsi⁹ suspitio
nē se castravit
De phis q̄ s̄
bi oculos effo
derūt vt essent
cōtinentes.
Exitus volu
ptatū sunt re
cordādi nō au
tem initia.

cus est pre his qui affert vt verbo comici vtat huiusmōi rabies. Hinc enim cupim⁹/irascimur/gestimur/emulamur/solliciti sumus & expleta voluptate:p quandā penitudinem rursus accendimur:querimusq; facere/qd̄ cū fecerim⁹ iterū peniteamus. Ergo cū per has portas quasi quidā cunei pturbationū ad arcem vestre mentis intrauerint (vt ait beatus hieronym⁹) vbi erit libertas/vbi fortitudo eius/vbi de deo cogitatio/maxīe cū recordatio tactus depingat sibi etiā preteritas voluptates:& renemoratione vitiorū cogat aīam pati/& quodāmō exercere quod nō agit. Forte hinc est quod cū apostolus vitiis oībus censuerit reluctandū:aduersus fornicationem:nō cōgressū:sed fugā indicēs fugite (inquit) fornicationē:nā hec dū exercetur dñi immemor est:& preterita dū ad memoriam redit pestiferas excitat voluptates. Vt de ceteris taceam quos simplicitas egit in culpā philosophus acutissimus & litteratissimus xpianus & feruentissimus in fide origenes sicut ecclesiastica refert hystoria: seipsum castravit fornicationem efficacissime fugiēs: immo & omnem que fingi posset precauens suspensionem: vt ex inde sine nota cū virginibus habitaret. Quod autem mirabilius est:legunt quidam philosophorū sibi etiam oculos effodisse/ne exteriorū illecebris caperentur. Vtiq; admirando boni & honesti feruebant zelo/& si recti sciētiam non haberent. Scitum est/& scitu dignū aristotilis dictum:quo voluptatū initia obliuioni mandanda asseruit:& solos exitus recordandos:fessas enim penitentiaq; plenas quominus auide reputantur subiicit animis/& quod in eis iocundum est ne redeant iubet abscondi. Dicit apostolus quod voluerit:quia fornicationem fugere & gule seruire aut omnino impossibile/aut difficillimū est. Nam & illa pars gule que corpori vires adimit nequaq; mechie expers est. Venerem bach⁹ plerumq; expugnat:& tamē in sacello voluptatis nemine reclamante conueniunt. Si bachus obtinuerit/venerē non voluptatem extinguit aut nulla ebrietas:aut tanta fit: vt tibi vires eripiat. Si qua est inter vtramq; nocet:vtrobicq; a deo receditur:sed qua magis aberretur nō facile dixerim. Sed iam alterū/errorū nomine non censetur:quia auaritie pcellit notam & ingenue liberalitatis habere videtur imaginē. Cum enim liberalitatis effectus nunc a loco/nunc a tēpore/nunc a quantitate/nunc a personis:nunc ab vsu & assiduitate exercende laudetur/illa precipue cōmendabilis creditur:que in alimentis & his quib⁹ natura indiget aut vita ciuilis ornatur clarius enitescit. Ergo qui omnes

admittit ad mensam: exactissime liberalitatis est. Plane quidē
 eoq; liberalior: quo plures admittit. Sed hoc calculo paucissimi
 colliguntur. Proximus est qui & si nō oēs admittat: eos quos in-
 troducit sic cibatur: sic potatur: sic in tricliniis fulsit & locat discubē-
 tes in sedilibus/ vt nihil vel excogitari lautius possit. Multipli-
 cantur fercula/ cibi alii aliis farciuntur. cōdiuntur hec illis/ & in in-
 iuriā nature innatū relinquere: & alienum coguntur sapore af-
 ferre. Cōficiuntur salsamenta garo/ nihil vilius est nisi cōpluriū
 polliciat effectus & iudicia specierū. Egregium tamen est in
 huiusmodi qd mimis & hystriionib⁹ & rumigerulis placet: hec
 enim non ad vtilitatem/ sed ad opinionē omnia fiunt. Cocorū sol-
 licitudo feruet arte multiplici: eliciuntur iura: quid quo die geri
 oporteat: & quotidianis ministrari conuiuiis. Domestic⁹ dicta-
 tor nocte dieq; deliberat: vnde cumq; conquirat irritamēta gule/
 & vnde palati vires excitet: hebetati nihil arbitrans expeditū/
 nisi cum intemperatiē fuerit satisfactum. Sūt & qui poculis fer-
 cula subruant/ & quasi homerici auctoritate decreti/ incentiuū
 ingenii: & fomitē vtilitatis: & quendā hylaritatis fontem opinan-
 tur/ si se omnino mero sicera ve proluerint. Pheatum ergo mo-
 re confurgunt/ & q̄ in exhauriēdis pocul⁹ perditior est/ potior iu-
 dicatur. Dicitur quia aleator quanto in arte doctior/ tanto ne-
 quior: & plane qui bibatior est/ alios malicia & iniquitate transcē-
 dit. Immolauit israel apostatās a salutari suo filios & filias suas
 demoniis: & isti dum ingurgitatione vini aut sicere spm̄ depri-
 mūt: extinguunt scintillulam rationis/ se totos immundicie p-
 stituunt/ & bachantium spiritum deuouēt. Quidnam possūt fa-
 miliarius immolare? Ceterum sunt qui ista contēnant/ qm̄ hec
 vulgarium/ & vt dicā plebeiorū videtur conuiuiorū esse profes-
 sio/ si quidem alia philosophica/ alia ciuilia/ alia dicuntur esse ple-
 beia. In his laudi plerūq; ducitur: si sic tua prodigas semel vt tri-
 mēstruo toto esuriens/ cōiuiua impudēs mensas circumeas alie-
 nas. Hoc quidem sepe prodigalitat⁹ interdū & auaritie nota est
 Nā (vt dicitur) auarus cū incipit modū excedit. Poteris vide-
 re q̄ plurimos/ q̄ fere āno toto p̄simonie student: & ad purgandā
 auaritie labē epulones conuocant & parasitos: & collegiū nuga-
 torum qui aliene nidore culine capiuntur: & quos magis honora-
 re voluerint maioribus oneratos minorib⁹ poculis ingurgitāt/
 & distendunt/ & donec rapidam orexim excutiant: aliqd amici-
 tie aut festiuitati credunt esse subtractū. At hoc ab omni vrbani-
 tate adeo procul est: vt barbari vitis familiaris sit q̄ vite ci-

Sicera est oīs
 potio q̄ extra
 vinū inebria-
 re potest.

Polícratici de Curialiū nugis.

tie comparant / vilibus mutare cibus & grossiori tunica cōpensare. Hec quidē laudabilia sunt: si non fiant ad famā: sed ad conscientiam que oīa equanimiter portat. Vt enim ait xenophon. Conscientia iusti sit maledicta contēnere: vsus ergo rerū laudabilis aut culpabilis est / rerū dūtaxat differentia. Vnde diaspenis. Pecunia profuso decus / auaro supplicium est. Fugienda sunt (inquit macrobius) omnibus modis / & abscindenda igne & ferro: totoq; artificio separanda / languor a corpore / impitia ab animo: luxuria a ventre: a ciuitate seditio: a domo discordia: & in commune a cunctis rebus intemperantia.

¶ De quattuor fluminibus que de fonte libidinis oriuntur epycureis: faciuntq; diluuium quo fere mūdus mergatur: & de aqs contrariis: & de vestibus elau.

Capitulum. XVI.

Quidem hec vniuersa concurrunt vt ostēdatur quietum statū in rebus publicis aut priuatis nisi a fōte sapientie quicqd sentiat epycurus prouenire non posse. Hanc enim esse ortum deliciarū vberriamū superius dictum est: de quo quattuor virtutum flumina oriuntur. E diuerso & epycureorū ortus fontem suū habet libidinem qui & ipse partit in quattuor flumina que irrigant vniuersam hanc valem lachrymarū & miserie: in quā eiectus est exul: qui quod libuit q̄ quod licuit facere p̄legit. Et quidez quasi vnus riuus est amor habendi quo ad sufficientiam rerū copia queritur: in quo auaritia laborat / preter licitū possidere v̄ scire. Alter vero luxurie lenocinia diffundit: & defluit in varias voluptates / dū ad tranquillitatis & letitie gaudia tendens aspirat. Tertius vires colligit / q̄bus tūc nature libertatē / & cuiusuis molestie ppulsare possit iniurias / & cū viribus habundauerit: p̄silit in odibilem tyrānidis venā. Quartus ab appetitu celebritatis & reuerentie: dum eminentiam querit: fallaciter intumescit. Hec sunt quattuor flumina que infundūt & circūeunt orbē / & de fonte puerse voluntatis scaturiunt: qui sedem habēt in imo & originē contrahūt a luto vanitatis. Cū autem excreuerint: diuersos ex se pariūt riuos & quasi intumescitibus aquis diluuii mundum obrunt: animantia p̄imūt: & sic oīa delent: vt terra videri possit in solitudinem redigenda: nisi quia paucas id est octo animas resurrectionis scz filios domus dñi archa conseruat. Hi sunt vtiq; quos ex omni carne dñs p̄celegit. Verūtamen qui sunt in diluuiio aquarum multarum ad eum non approximabūt. Et quidē amor cō-

Quattuor flumina libidinis. de qb̄. s̄. eo. Auaritia. Luxuria. Tyrannidis. Cupiditas dominandi.

ps. xxxi.

modi de quo predictum est: has quasi mare altum fundit aquas & inualefcente malicia velut cataract(celi apertis/ varias pluit dominus in augmentum diluuii delinquendi occasiones: pmit tens vt subtracta gratia qui in sordibus est sordescat amplius. & quem proprio committit arbitrio quasi vlciscens ferit. Non q̄ appetitū cōmodi si temporatus sit/dicam esse culpabilez: aut copiam rerum sufficientē: aut letitiam mentis: aut naturalē libertatis amorem: aut eminen di meritū ducam in crimine: sed nihil istorum qd̄ pollicetur affert/ eo quidem modo quo querē cōtrariū potius operatur effectum. Hec autem omnia bona sūt si eis docente gratia recte filius aduersus carnē luctans & sāgui nem: & a patre gaudii & exultationis benedicendus vtatur: & eisdē quasi florido frugifero & iocundo induitur indumento. Si vero sanguineus frater carnalisq; contēnēs matris gratie familiaritatem: hec oīa morū indumēta vsurpet: nec fragrāt: nec des cent: nec pascendo reficiunt. Et hoc est forte q̄ vestes esau placuisse scribuntur in iacob & eis ante non vsus: aut odorem suauita tis dedisse patri non scribitur esau: nā dum bonis abutitur sensi bus integris/gratus esse non potest. Ergo vana bonorū species nec satiat: nec letificat: nec liberat: nec exaltat. Porro aduersus luxuriā/auaritiā/& xenodochiā: quedā supius dicta sūt. Viriū affectatio quodāmodo hactenus mansit intacta. Que & si liberat & celsitudinis videatur afferre suffragiū/a veritate vtriusq; perniciosius abducit errantem. Hec est enī que perniciosissimā inducit pestem/& tyrannidis procurans ortum: compagem ge tis & pacis qua nihil salubrius est: molitur extinguere. Siquidē hec flumina charitatem extinguūt his quibus vita negatur. In his tantalus laborat in fabulis citra satietatem/& sermo ppheti cus degentium in his aquis increpat sitim. Sitiētes igitur ad aquas inuitat oppositas: que a spiritū profluunt absq; commuta tione gratis accepturus a gratia vinum & lac. Quare (iquit) ap penditis argentum non in panibus: & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me & comedite bonū: & delecta bitur in crassitudine anima vestra: non vtiq; in illa in qua delectationem non habet anima/sed caro. In illa ī qua recalcitrauit dilectus: incrassatus: impinguatus: dilatatus: sed in qua benedi citur filius: vt in rore superuenientis gratie: & pinguedine liberi arbitrii/ voluntatem dei prudenter intelligat: potenter impleat: toleret patienter. ¶ He itaq; impinguentes & dulces aque sunt: & que alias omnes temperant / quia his saluginem

s. lib. vij. c. xv.

Apocal. vlti.

De vestibus
esau.De tantalo:
Esaie. iij.

Ibidem.

Polícraticí de Curialíũ nugis.

earum absorbuít lignum crucis & dulcorauit eas / & sapientie celestis infusio easdem in salutē animarũ & satietatē fecit esse potabiles. He quoq; liberat et totius tyrannidis incursum ípediunt / aut premunt / aut puniunt. Nō ergo vane iures: sed veritas liberat in equitate p̄sistens / & licet vanitas p̄mittat liberationē: vere liberi nequaq; sunt nisi quos filius liberauerit. Tu nature gratie & glorie distingue libertatē & inuenies nullā earũ de vanitate cōtingere: nec tibi cōditio magis seruilis occurret q̄ tyrāni. Si enī ubi sp̄s dñi ibi libertas: miserima p̄fecto seruitute deprimitur quē spiritus nequā exagitat.

ij. Corin. iij.

In quo tyrannus a principe differat: & de tyrannide sacerdotum: & in quo pastor: fur & mercenarius ab inuicem differunt.

Capitulum. XVII.

ſ. lib. v. r. seqn.
per totum.
Sed et hec p̄
misit. ſ. li. iij.
ca. j.
Tyranni diffi
nitio.
Legis descri
ptio.

In quo princeps differat a tyranno dū reuolueret auctore plutarcho institutio traiani superi⁹ dictū est: & que principis sint officia / aut reipublice mēbra diligēter expositū. Vnde facili⁹ & p̄uiciorib⁹ poterunt innotescere q̄ e regione dicēda sunt de tyrāno. Est ergo tyrannus vt eū philosophi depinxerūt qui violēta dominatiōe populū premit: sicut qui legib⁹ regit princeps est. Porro lex donū dei est / equitatis forma / norma iustitie / diuine volūtatis imago: salutē custodia / vnio & cōsolidatio populorū / regula officiorū / exclusio & exterminatio vitiorū: violentie & totius iniurie pena. Hec autē aut violētia / aut dolo impugnat: & quasi aut leonis ímanitate vastatur / aut draconis supplātaf insidiis. Quocūq; autē modo id fiat planū est gratiā oppugnari / & deū quodāmodo puocari ad p̄lium. Princeps pugnat p̄ legib⁹ & populi libertate: tyrannus nil actū putat nisi leges euacuet & populū deuocet in seruitutē. Imago quedā diuinitatis est princeps: & tyrann⁹ est aduersarie fortitudinis / & luciferiane prauitatis effigies. Si quidē illū imitatur qui affectauit sedē ponere ad aquilonē / & similis esse altissimo: bonitate tñ deducta. Si enī bonitati studeret esse conformis nequaq; potētie aut sapientie gloriā preripere moliret: remunerādi tñ auctoritate aspirauit fortasse coequari. Imago diuinitatis princeps / amādus / venerādus est / & colēdus: tyrānus prauitatis imago / plerūq; etiā occidēdus. Origo tyranni iniquitas est: & de radice toxicata mala & pestifera germinat & pululat arbor / securi qualibet succidēda. Nisi enī iniquitas & iniustitia charitatis exterminatrix tyrannidē pcuassent: pax secura & quies p̄petua in eum populos possedisset: nemoq; cogita-

Esaie. xiiij.

ret de finibus pducendis. Essent etiam sicut magnus pater augustinus testis est: ita regna quieta & amica pace gaudentia: sicut in composita ciuitate: diuerse familie: aut in eadē familia: diuerse persone. Aut forte quod credibilius est omnino regna non essent que sicut ab antiquis licet hystoriis iniquitas per se aut presumpfit/ aut extorsit a domino. Et quidem non solum reges tyrannidem exercent. Priuatorum plurimi tyranni sunt: dum id virum quod habent in vetitum efferunt. Nec moueat/ quod reges/ tyrannis/ visus sum sociasse: quia licet rex dicatur a recto: quod principem decet: tamen appellatio eius ab usu cadit etiam in tyrannum. Inde est illud. Quo potuit populus quem perducere liber. Ascendi: supraque nihil nisi regna reliqui. Et illud. Spes mihi pacis erit dexteram tetigisse tyranni. Et si officium/ contra officium & recte viuendi regulam dici licet/ sententia vnus/ omnium operit officia: immo vitia tyrannorum Photinus is est: a quo & ipsi possunt non imerito appellari photiniani: primus in monstris pellee domus id est inter alia portenta egypti: immundicia & crudelitate insignis: qui pompeium leto damnari ausus: aut potius mores tyrannorum sueta presumptione exprimens ait. Ius & fas multos faciunt ptholomee nocentes. Dat penas laudata fides cum sustinet (inquit) Quos fortuna premit: fatis accede deisque. Et cole felices/ miseris fuge: sidera terra: Ut distat ut flama mari: sic vtile recto. Sceptroni vis tota perit: si pedere iusta: Incipit/ euertitque arces/ respectus honesti: Libertas scelerum est que regna iussa tuesitur. Sublatumque modus gladii/ facere omnia seue. Non impune licet nisi cum fatis/ exeat aula. Qui vult esse pius/ virtus & summa postestas. Non coeunt: semper metuet quem seua pudebit. Ergo respectus honesti & iusti/ minimus est aut nullus in facie tyrannorum & siue ecclesiastici siue mundani sint: omnia posse volunt/ contentes: quid potentiam antecedit hanc & sequatur. Vtrisque tamen hoc persuaderi vellem: diuinum nondum expirasse iudicium: quo primigenis & semini eorum inflicta est/ quod quia noluerunt cum possent: inflicta est/ ne possint etiam iustitie obtempere/ cum voluit. Nam & prouerbio dici solet: quia qui non vult cum potest: non utique poterit cum volet. Huius verbi & magnus basilus auctor est. Rogatus enim a muliercula: ut pro ea principi intercederet: carta ei accipiens sic scripsit principi: paupercula hec accessit ad me dicens me posse apud te. Si ergo possum: onde. Et dedit mulieri carta. Que abiens dedit epistolam principi: legensque eam princeps rescripsit hec/ propter vos o pater sancte volui muliercule

A. r. f. u. s.

P. h. o. t. i. n. u. s.

A. e. r. f. u. s. l. u. c. a. n. i. i. n. v. i. j. l. i. b.

B. a. s. i. l. i. u. s.

D

Policratici de Curialiū nugis.

misereri: sed non potui pro eo q̄ tributis subiacet. Sanctus vero rescriptit ei siquidē volēs non potuisti bene / vtcūq; se res habet. Si autē potens noluisti: ducet te xps ad indigentiu chorū / vt quādo voles: non possis. Sed organo suo quo semp electis adest veritas: nequaq; defuit: Nam in breui princeps idē imperiali indignatione temptatus: ductus est inter captiuos vincit⁹: vel pena sua satisfaciēs iniuste oppressis. Oratione tamen basilii post sextum diem: de abductione liberatus est: descendente signo imperiali sicut vir sanctus optauerat. Itaq; & tyrāni nomine rex & econuerso interdū principis noīe tyrannus appellat iuxta illd. Principes tui infideles socii sum. Et alibi / principes sacerdotum consiliū fecerunt vt iesum dolo tenerēt & occiderēt / q̄ vtiq; iusto legis iudicio debuerat liberari. Nam & in sacerdotio inueniuntur q̄ plures id tota agentes ambitione / & oībus artibus ei⁹ / vt sub pretextu officii suā possint tyrannidē exercere. Habet enī & res publica impiorū caput & membra sua: & quasi ciuilib⁹ institutis / legitime reipublice nititur esse cōformis. Caput ergo eius tyrānus est imago dyaboli. Anima heretici: scismatici sacrilegi sacerdotes: & vt verbo plutarchi vtar / prefecti religionū impugnantēs legem dñi. Cor consiliarii impii quasi senat⁹ iniquitatis. Oculi: aures: lingua: manus inermis: iudices & legis: officiales iniusti. Manus armata: milites violenti: quos cicero latrones appellat. Pedes qui in ipsis humilioribus negociis preceptis domini & legitimis institutis aduersantur. Hec quidem oīa possunt a superioribus facillime comprehendī. Mihi vero nō debent indignari sacerdotes: si & in eis fatear inueniri posse tyrannos. Alioquin quorsum est illud ppheticū? Fili hominis propheta de pastoribus israel. Propheta & dices ad eos. Hec dicit dñs deus Ve pastoribus israel qui pascebant semetipos. Nōne greges pascunt a pastoribus? lac comedebatis: lanis opiebamini / & qd̄ crassū erat occidebatis: gregē autē meū nō pascebatis. Qd̄ infirmū fuit non consolidastis: & quod egrotū nō sanastis / quod fractum est non alligastis: quod abiectum / non reduxistis quod perierat nō requisistis: sed cum austeritate iperabatis eis & cū potētia: & disperse sunt oues mee eo q̄ non esset pastor & facte sunt in deuorationē oīm bestiarū agri: & disperse sūt. Quid sibi aliud adesse docet ezechielis hec iprecatio & increpatio / nisi pastorib⁹ abesse q̄ adesse debuerāt: & adesse q̄ abesse oportuit? Propterea hec dicit dñs. Ecce ego ipse sup pastores & regrā gregē meū de manu eorū: & cessare eos faciā vt ultra nō pascāt gre-

Isaie. 1.
Matth. xxvj.

Ezech. xxxiii

gem meum: nec pascant amplius pastores semetipfos & libera-
 bo gregem meū de ore eorum: & non erit vltra eis in escā. Non
 ne tyrannidem sacerdoti videtur exprimere manifestam: & vi-
 tam illorum depingere qui in omnibus que sua sunt querūt: &
 que iesu christi sunt post tergum faciunt? Si quidem non meū/
 sed alienum est: & profecto intemerate veritatis oraculum: quo
 apud familiarem altissimi inter pastorē: mercennariū / & furē /
 differētia manifesta prescribitur. Bonus enim pastor animam
 suam ponit pro ouibus suis. Cuius si queris officium: apud iam
 dictum prophetam inuenies. Ecce ego ipse requiram oues me-
 as: & visitabo eas sicut pastor visitat gregem suum in die quan-
 do fuerit in medio ouium suarum dissipatarū. Educam eas de
 nube & congregabo de caligine: inducam eas in terrā suam: &
 pascam eas in montibus israel / in riuis & in cunctis sedibus ter-
 re: in pascuis vberimis: in montibus excelsis erunt pascua earū
 requiescent in herbis virentibus: & in pascuis pinguibus pasce-
 tur super montes israel pascam eas: & accubare faciā: quod pie-
 rat requiram: quod abiectum erat reducam / quod confractū fue-
 rat alligabo: & quod infirmum erat consolidabo: & quod pigre
 & forte custodiam. Hec est enim diligentia qua gregib⁹ debent
 inuigilare pastores. Quod autem subiūgit: & pasca illas in iudi-
 cio & iustitia: ei utiq; respondet quod p̄misit: s; cum austeritate
 imperabatis eis: & cū potentia. Scriptum est enim quia pond⁹
 & p̄odus / mēsurā & mensura: vtrūq; abhominabile est ap̄d deū.
 Apud hoīes tamen qui negociationē exercēt grandis videtur
 esse prudētie: sed tamen illicite: que calliditas & dolus est: si alio
 pondere vel mensura / sua distrahant & aliis comparent aliena.
 At in prelato ratio exigit equitatis: vt qd aliis imponit onus /
 ipse preferat: & quod docere voluerit: opere studeat adimplere.
 Hoc est enim in iudicio & iustitia pascere: & non in austeritate
 & potentia imperare. Quod utiq; faciunt qui humeris homi-
 num alligant onera graua & importabilia: digito autē suo con-
 tingere recusant. Vnde sequitur. Et cum purissimam aquam bis-
 beretis: reliquam pedibus vestris turbabatis: & oues mee his q̄
 concalcata pedibus vestris fuerant pascebantur: & que pedes ve-
 stri turbauerant hec bibebant. Propterea ecce ego ipse iudico in
 ter pec⁹ pingue & macilētum: p̄ eo p̄ lateribus & humer⁹ im-
 pinguebatis & cornibus vestris ventilabatis: omnia infirma pe-
 cora donec dispergerentur foras. Mercenarius autem oues qui
 dem vel specie pascit. Sed quia omnia facit ad precium / si lux

Joan. x.

Prouerb. xx.

Polícraticí de Curialíū nugís.

pum videat irruentem: dimittit oues & fugit: quia non pastor: sed mercennarius est: nec quidē omiū: sed lucri curam habet. Canis utiq; mutus latrare non valens: ut vel clamore & tumultu/ lupū absterreat venientem/ siquidē eum timet qui temporaliū diripit facultatē/ & eum non attendit qui animā cruciaturus est in gehēna. Cecus siquidē est ad grandia: & que nullius sūt phor
Ezechiel. xiiij. rescit. De his (inquit) Ve prophetis insipientibus qui sequuntur spm̄ suum & nihil vident quasi vulpes ī desertis prophete tui israel erunt/ non ascendistis ex aduerso: neq; opposuistis murum pro domo israel: ut staretis in prelio in die dñi. Nihil enī in eis libertatis est: ut mundi potestatibus obloquantur: nihil virtutis: ut veritatem in periculis tueantur. In omnibus lucrū: in nullis aut paucis querunt salutem animarum: dū in suis obtineāt: dū ad ambitionis aut auaritie succedat votū: eorū que cristi sūt iactura cōtēnitur. Fiat pax in diebus eorū/ sint fetose oues: boues crasse: prōptuaria plena cibus: & vasis onusta mensa/ in ammirationē intuentiū splendeat: varie & preciose suppellectilis opus? cultus abundet: honorētur & colantur a turbis: ditentur visitentur a subditis: in muneribus: sit deniq; liberū impune & sine nota facere quicquid libido dictauerit. Ad singula dicant: euge euge: ut iuxta increpationem propheticam/ luto absq; paleis limif se peccati indurati parietē videantur: qui precipiēte dño fuerat fodiendus ut rueret/ & abhominaciones pessime a domo domini disperirent. Hi sunt qui consuunt puluillos sub capite vniuerse etatis ceruicalia supponētes: ut capiant animas: & lac comedant: lanis operiantur omiū/ & quasi in sōnū negligētie vel audacie induxerunt. Fur autē conuincitur ab opibus suis: quia nō venit nisi ut firetur & occidat: & mactet & perdat. Inimicus utiq; pniciosus & apertus qui necrem pastoris habet nec speciem/ & nec ad lucrū pascit: sed suū lucrū reputat: etiā cū occidit. Pastori itaq; debetur amor: quia diligit/ mercenario patiētia: quia videtur amante imitari: furi x̄o nō debet ecclia nisi penā. Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret utiq; & non finiret pfodi domū suā. Vocem pastoris audiūt oues & sequuntur: vocē mercennarii interdum audiunt: sed eum quia non vadit ad vitā sequi contēnūt: vocē furis aspernantur: horrent & fugiunt: quia in manu eius vidēt & in ore audiunt opa mortis. Siquidē non modo fur est & latro: sed lup⁹ rapax/ sequipeda leonis: q; rugiēs circuit querens quem deuoret. Quis ergo illū non repellat aut saltem fugiat: qui ad hoc ouile ingreditur ut mactet & occidat?

1. Petri. v.

Si quis (inquit) episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Sed nescio quo pacto res in cōtrariū versa est vt cum omēs fere desiderēt episcopari: cū qđ appetūt adepti fuerint: ocio marcēt/ aut qđ turpius est in vanitatis operib⁹ occupātur. Quāta curra tur ambitione/volui quidē superi⁹: sed vt res se habet plene nō potui explanare: et pfecto qđ inutiliter multi versentur in gradu optato/referre difficili⁹ potero. Vnū tamen scio quia nō ea auiditate currūt: vt p aliis aias ponant qui fortune munuscula/vel qđ rectius dixerim gratie dei tēporalia dona: in hūc tñ concessa vsūm vt pmereātur eterna: recusant in necessitate fratrib⁹ erogare. Hāc tñ esse pastoralis officii formā: premōstrauit tam exemplo qđ verbo pastorum princeps. Ergo tāto currētes ambitu mercēnarij pperāt aut fures fieri. Bene tñ agiē cū ouib⁹ que illius custodie demādātur: qđ eas vel ad preciū pascat. Nā & in ipsis mercēnariis/gradus & differētie sunt. Laxāt quidē oēs retia in captura: sed hii in capturā rerū & aiarū/illi res piscātur dum taxat cōtēpto periculo aiarū. Et sepe turbāt oia quo piscandi ad votū vberior succedat occasio. Miraberis variā supellectilē/& cresci (vt dicit⁹) facultates/apud eos qui p̄dicāt pauperē xp̄m: & quia suis nō cogūtur stipēdiis militare/ euāgelisānt vt comedāt et euāgelistarū stipēdiis abutūtur. Calicē quidē in quo ioseph augurari cōsueuerat in sacci sui ore reuoluūt: sed nō descēdit in man⁹. Lingua siquidē sacerdotis calix est ei⁹ qui in veritate est et p̄figuratione noīs interpretat⁹ saluator mūdi: institut⁹ vt vaticines abscōdita/& fidelijū mentes potet eo spū quo repleti discipuli verbū fidei & salutis eructātes in iudea: ebrjū reputati sunt dispēsantes granū frumēti qđ in terrā cordis sui ceciderat: & iā in castitate eloquij eorū fructū plurimū dño germinabat. Alij qđ sine euāgelio de euāgelio viuūt/& bene si viuūt tñ vt nō luxuriētur. Hos vix mercēnarios dixerim: qui non laborant vt māducent: sed sine labore nō manducare qđ necessitatis est: sed ociari & luxuriari desiderāt. Om̄ibus quidem qui pastoris exercent officiū gratia debet & reuerētia/& qui christū quacūq; ratione annūciant & lucrū faciūt: cū sua tamen & p sua utilitate/animarū pastorib⁹/& salutis dispēsatoribus aggregētur: sintq; amici: sint & venerabiles et patrū letētur honore:& si mercēnarij sunt mercede sua me nunq; priuabūtur auctore. Vtinam sit in istis qui verbū dei loquāt qui edificet ecclesiam dei vel ad lucrum. Non inuideo lucro si opera antecedant. Qui vero sic inbiant lucris vt que christi sunt vniuersa cōtemnant:& si nec he

I. ad Thim. iij.

s. lib. v. c. xvj.
et. li. vj. c. xvij.I. ad Corin. ix.
Genek. xlix.

Actus. ij.

Polícraticí de Curialiū nugis.

Nō delegat.
et tñ de eis
caute & pul-
chre submittit
& est color rhe-
toricus qui dicitur
preoccupatio.
ff. de offi. pñ. l.
illicitas. r. ff.
de offi. pñ. l.
l. solet.

S. lib. v. c. xvj.
ff. de offi. pñ. l.
plebiscito.

**Prelatorum
vitia.**

ps. xxv.

**Perf. in. j. sa
tyra.**

Joan. v.

**Matth. vij.
Luce. vij.**

resim doceant: nec contentionibus ecclesiā scindant: nec pasto-
ris: nec mercenarii digni sunt: nec honore nec nomine. Non lo-
quor de legatis. Ecclesiam romanam que parēs auctore deo &
nutricula fidei & morum est: & non potest ab homine iudicari:
neq; argui celesti priuilegio munita: relinquo itactam. Nec enī
credibile est: q̄ ea committere presumant: vel dignētur: que de
iure gentiliū in presidibus prouinciarum & pro consulibus id
est legatis cesaris constat esse illicita. Qua ergo impudētia hoc
attemperare audeat discipulus crucifixi / vicari⁹ petri: pastor ani-
marū quod vigēte in fidelium discipulus vicarius imperatoris
sub officio consulis rector corporum presumere non audebat?
Pena repetundarum ex superioribus liquet & tam institutis le-
gum q̄ hystoriarū exēplis seculo nostro innotuit: & q̄ nisi in cau-
sa esculenti & poculenti iudicia prouincialibus accipere nō lice-
bat: ita tamen vt accepta nequaq; cederent in muneris rationē.
Quis ergo credet q̄ patres ecclesie: iudices orbis: & vt dicā cla-
rissima lumina mundi: diligant munera: sequant retributiōes:
prouincias pcutiāt vt excutiāt: loculos exinaniāt alienos: vt suos
solident: verbis predicent paupertatem: & criminibus ad diuiti-
as properent / bonorum spiritualium damnēt cōmercia: vt cum
eis dūtaxat in talibus contrahere liceat: id agentes vt omnibus
sint terrori: amentur a nullo: quietem doceant: vt faciant rixas:
humilitatem indicant & simulent: vt vendicent fastum: alienā
pulsantes & suam fouētes auariciam: dictantes largitatē: tena-
citati insistentes: & vt paucis loci hui⁹ amfractus & volumina
spaciosa complectar: cum sceleratis & flagitiosis omnib⁹ ponē-
tes portionem aut flagitia vendicantes insolidum vt videant
concilium vanitatis / iniqua gentiū synagoga ecclesia malignā
tium: in quorū manibus iniquitates sunt / & dextera eorum re-
pleta est muneribus? Absit vt hoc quisq; audeat suspicari: nec ca-
dat in quēq; tantū scelus: vt ponat os suum in celus / & patrū que
non sunt pudenda denudet. Oīa eorū alba sunt & decora: nichil
in eis est quod canino morsu pateat: aut saniam / vt satyric⁹ ait
posticam vereatur. Si tamen hec quispiam presumpserit ei vno
validissimo respondetur argumento / cui resistere & contradice-
re nō audebunt omnes aduersarii nostri. Quo inq; Opera inq;
que ipsi faciunt / testimonium perhibent de eis. Si locū queris /
effectum quo de cause sinceritate constet attende. Cuius enim
opus bonū est ipsuz quoq; bonū est. Si auctore eum q̄ ait. A fru-
ctibus eorum cognoscet eos. Non enim potest arbor mala frui-

etus bonos facere: aut conuersim / arbor bona malos fructus? Pos-
 sent pro eis / si quis tamē est: qui eis consentiat detrahendū plu-
 ra proponi: sed in defensione eorum hoc vnum sufficiat. Cōstat
 enim quia apostolorum oportet adorare vestigia: & illos eē vt
 patres honorandos: colendos vt dominos qui eorum possident
 sedem & imitantur vitam. Illos potius hec pagina respicit qui
 plumis vestiuntur pensilibus / in saturitate disputāt de ieiuniis /
 & quod verbis astruunt / operibus destruūt. In curru eunuchi re-
 gine ethyopum clausis oculis scripturas loquuntur & lectitant /
 & eum qui sicut ouis ad occisionem ductus est: & os suū coram
 tondente se non aperuit respicere dedignātur: aut nequeūt: nec
 discipulum veritatis interpretem donec descendant ad aquas:
 quibus mundentur ab operibus mortuis dedignantur colligere
 Vtiq; licet scripturarū infideant rotis & pennatorum anima-
 lium impetu / perferantur: lingua eorum cum de superioribus
 disputauerit: terram lingit / nec scripturas intelligūt / quia cor eo-
 rum non aperit scientiarum dominus / qui aperuit sicut in acti-
 bus apostolorum scriptus est cor lidie purpurarie: vt audiret ea
 que dicebantur a paulo: que fidelius / humili obedientia māda-
 torum: q̄ disputatione verbosa deum timentibus innotescunt.
 Fur autem quis sit duplici ratione colligitur. Nā ille qui de cō-
 uersatione terrena / per superbie scalam ambitionis & vitiorū
 gradibus innitentem in ouile ascendit / christo contempto id est
 neglecta rectā via & plana simiosis amfractibus liminaria suf-
 fodit / aut parietum iuncturas irrumpit / aut per tegulas infusus
 illabitur: profecto fur est & latro. Qui vero christo aperiēte ho-
 stium id est ecclesia vocante ingreditur & postmodum sub vm-
 bra pastoris efficitur persecutor id est spoliat mactat: occidit: &
 perdit. fur indubitatus est. Tu vide in quo gradu ponēdi videā-
 tur quibus non sufficit diuini iuris licentia tondere & deuorare
 pecus / nisi secularium legum implorent auxilia & officiales p̄n-
 cipū facti / ea p̄mittere non verentur que facere alius quilibet pu-
 blicanus erubescat. Interim voluptati seruiant aut auaritie & q̄
 eos elegerūt / v̄ admiserūt in custodiā sui / depopulant & p̄mūt:
 mortēq; eorū desiderāt / quos foueri oportebat i carne & spiritu.
 Tenet p̄fecto memoriter illā p̄pheticā. Ecce cōstitui te sup gē-
 tes & regnavt euellas & destruas & dispdas & edifices & plātes.
 Que ergo plātata inuenerit nititur auellere: vt edificēt sibi do-
 mū dñi in muneribus manus / aut lingue aut obsequii / aut eos
 substituunt explātatis quos elegit affectio carnis id est aut geni

Hier. xxxviii

S. li. vii. ca. xiii

Act. xvj.

Quis pastor
dicitur fur.

Hieremie. i.

Polícratíci de Curialnū nugis.

tos a se aut sibi ab aliis carnaliter genitos. Immenſum híc aperi-
ritur opus & via calamo dilatatur: ſed ſubſiſto parcens articulis
qui publicis aspectibus ingeruntur. Si quis autē híc quippiā dici
durius calūniatur: ſi ea que a patribus dicta ſūt legerit: mihi fa-
cile veniā indulgebit. Si enī tyrannus ſeculari iure diuino & hu-
mano perimit quis tyrannū ī ſacerdotio diligendū cenſeat aut
colendum? Quid ſi iſtud videtur acerbum: illum qui non niſi vera
loquebatur & dulcia ī patrociniū aduoco beatum Gregoriū/
qui acerbius iſta proſequitur. Et vt cetera taceam / hoc ipſis oib⁹
notum eſt: quia ſcire plati debent qd cū ipſi delinquant tot morti-
bus digni ſunt: q̄t ad ſubditos pditionis exēpla tranſmittunt.

Ministros dei eſſe tyrannos & quid tyrānus & de moribus
gaili caligule & nerōis nepot⁹ ei⁹ & exitu vtriuſq; Ca. XVIII.

Ministros dei tamen tyrannos eſſe non abnego qui in
vtrōq; p̄matu ſcilicet animarū & corporū / iuſto iudi-
cio ſuo eſſe nolint / p̄ quos punirentur mali & corrige-
rētur: & exercitarentur boni. Nā & peccata populi fa-
ciunt regnare hypocritā & ſicut regū teſtatur hystoria defectus
ſacerdotum in populo dei tyrannos induxit. Siqdē p̄mi p̄ſes &
patriarche / viuendi ducē optimā naturam ſecuti ſunt. Succeſſe-
runt duces a moyſe ſequētes legē: & iudices qui legis auctori-
te regebant populū & eoſdem fuiſſe legimus ſacerdotes. Tādē
in furore dñi dati ſunt reges: alii quidē boni: alii vero mali. Se-
nuerat enim ſamuel: & cum filiis eius non ambularent in viis
ſuis: ſed auaritiā & immundiciā ſectarentur / populus qui for-
taſſe & ipſe meruerat: vt ei tales preeſſent ſacerdotes: a deo quē
contempſerat ſibi regem / extorſit. Electus eſt ergo ſaul: reg⁹ ta-
men iure p̄redito. i. qui filios eorum tolleret: vt faceret aurigas
& filias vt panifice fierent & focarie: & agros & predia / vt ea p̄-
libito diſtribueret ſeruis ſuis: populūq; totum ſeruitutis preme-
ret iugo. Idem tamen xp̄us dñi dictus eſt: & tyrannidē exercēs
regium non amiſit honorem. Incuſſit enim deus timorem om-
nibus: vt eum quaſi miniſtrum dñi cuius quodammodo geſta-
bat imaginem venerarentur. Amplius quidē adiciā / etiam ty-
ranni gentiū reprobati ab eterno ad mortem / miniſtri dei ſunt /
& xp̄i dñi appellātur. Vnde propheta. Ingredientur portas ba-
bilonis duces videlicet cyrus & darius. Ego enim mandauī ſan-
ctificatis meis: & vocauī fortes meos in ira mea / & exultantes
in gloria mea. Ecce quia ſanctificatos vocat meos & p̄ſas / nō
qd ſancti eſſent: ſed dñi aduerſus babilonem implebant volunta-

Audat bñſi
gregoriū.

xj. q. iij. p̄cipue

Job. xxxiiij.
i. Reg. xiiij.

Josue. i. per
totum.

i. Regū. xvj. &
xxiiij. & xxvj.

Eſate. xiiij.

tem. Alas quoq; Ecce ego adducam (inquit) nabugodonosor seruum meum: & quia seruiuit mihi bene apud thyrū: dabo ei egyptum. Omnis autem potestas bona quoniam ab eo est a quo solo omnia & sola sunt bona. Vtenti tamen interdum bona non est aut patienti sed mala: licet quo ad vniuersitatem sit bona: illo faciente qui bene vtitur malis nostris. Sicut enim in pictura fuscus aut niger color aut aliquis alius per se consideratus indecens est: & tamen in tota pictura decet: sic per se quedam inspecta: indecora & mala: relata ad vniuersitatem bona apparent & pulchra/ eo omnia sibi adaptante cuius omnia opera valde sunt bona. Ergo & tyranni potestas bona quidem est: tyrannide tñ nihil est peius. Est enim tyrannis a deo cōcesse homini potestatis abusus. In hoc tamen malo/ multus & magn⁹ est bonorum vsus. Patet ergo non in solis principibus esse tyrannidē sed oēs esse tyrannos: qui concessa desuper potestate in subditis abutuntur. Porro si potestas accedat sapienti: qui rerū omniū nouit & habet vsus: omnibus bonis grata est & omnibus utilis. Si vero cadat in insipientem/ & si bonis quibus omnia coopant in bonum mala esse non possit: molesta tamen ad modicum temporis est. Nam eam vtriusq; contingere: manifestū est: licet exigente malitia temporis nostri: qui in nos flagellum dñi iugiter puocamus: malis id est insipientibus sepi⁹ concedatur. Quid enī in rebus humanis romano imperio potenti⁹ potest vlla memoria recordari? Si temporum series ab vrbe condita reuoluatur: illud inueniuntur mali gessisse frequētius. Quis enim gayo caligula augusti tertio successore tetrior aut imanior preter nero-nem/ qui antecessores & successores omnes turpitudine vite & inauditis flagitiis supauit? Hic autē caligula oīz flagitiosissim⁹: tantū rexit: aut potius torfit impiū: ea quidem crudelitate vt p̄prie inuidens felicitati: de conditione suorum temporū querentur: eo q̄ nullis insignirentur calamitatib⁹ publicis. Ille siquidē ortu suo pacauerat secula: qui delere venerat cōditionis & mortis imperium. Licet enim hec immensitas pacis ascriberet augusto: christo tamen potius ascribenda est: qui ciuis roman⁹ in dictione census ascriptus est: regnante augusto. Siquidē euangeliōrum & hystoriarum veridica relatione constat: quia sub eo natus est auctor vnicus pacis/ deus homo: virginis filius christ⁹ cuius eterna dispositio ad veram pacem: & felicissimi regni beatitudinem conscripsit electos: cuius aduentus multis prenuñciatus est & patefactus iudiciis. Nam vt orosius refert cum cesar

Tyrānis qd ē

De gayo caligula.
Denerone.

De augusto.

Luce. ij.

Orosij dictū.

Polícratíci de Curialiū nugis.

iulio interfecto: ex apolonia rediēs urbem ingredere / hora cir-
 citer tertia / repente / liquido ac puro sereno / circū ad species ce-
 lestis arcus / orbē solis ambiit: & hoc octavo idus ianuarii die q
 dicitur epiphaniō: creditur accidisse: quo cesar primum iā por-
 tas sopitis finitūq; omnib; ciuilib; bellis clausit: & augusti ade-
 ptus est nomen: apicem declarans imperii: vt penes vnum do-
 ceretur summa rerū & potestatum esse quam monarchiā nomi-
 nant greci. Refert idē hystoriographus q; cū a sicilia rediēs rece-
 ptis legionibus a pompeio & lepidō / triginta milia seruatorū do-
 minis restituisset & omnia superiora populi debita donāda: lit-
 terarū etiam monimētis adhibitis sensuisset. In ipis dieb; fons
 olei largissimus de taberna meritoria per totum diem defluxit
 illum manifeste utiq; adesse imperio nunciāns / qui seruos dyas-
 boli peccatores / iusto dei dominio subdere venerat: & pauperū
 misereri. Cū ergo a facie xpī silerent oīa / & tantas miseratiōes
 altissimi obstupesceret mundus: summa rerum & potestātū in
 tertiū ab augustō / caligulā cecidit. Cuius ferocia: vt breuib; li-
 queat / exclamasse fertur: vtinam populus romanus vnā tan-
 tum cervicē haberet. Et quia hostis deerat: magno & incredi-
 bili apparatu / pfectus est hostem querere ociosisq; viribus ger-
 maniam galliāq; pcurrens in ora oceani circa prospectum bri-
 tannie substitit: romāq; reuersus est belli deficiente materia: &
 nullo expleto negotio nisi q; belinū britannorum regis filiū quē
 pater expulerat cū paucis in deditiōem accepit. Infestissimus
 quidem iudeis extitit: & sacra hierosolymorum loca prophana-
 ri: & statuis repleri iussit: & se coli vt deum. Pylatum iudee p̄si-
 dem tantis coartauit angoribus: vt sua se transuerberās manu:
 malorū compendiū / mort(celeritate quesierit. Sorores quas ca-
 ligula primū stupro polluerat dānauit exilio: & post oēs simul
 exules iussit occidi. Ipse autem a suis p̄tectoribus occisus est. In
 secreto eius inuenti sunt duo libelli continentes lectissimorum
 nomina ciuū quos morti destinauerat: eratq; iscriptio alterius
 gladius alteri pugio. Archa quoq; ingens multipliciū veneno-
 rum inuenta est / quibus claudio cesare iubēte: demersis: maria
 ip̄a / magno pisciū exitio p̄testante / traduntur infecta. Successit
 autē caligule: claudio tamen interposito: nero cesar / rerū vi-
 tiorūq; successor: immo transgressor / petulantiam: libidinem: lu-
 xuriam: auaritiā: crudelitatemq; scelere quouis exercuit. T este
 nāq; orosio ptitus petulātia: omnia pene italie & grecie theatra
 perlustrans: assumpto etiam vari vestitus dedecore: cericas id

De neroue / et
 quid de ipso.

Orosius.

est cornicines: citharistas: tragedos: & aurigas sepe nisus est superasse. Libidinibus quoque tantis exagitatus est: ut ne a matre quidem vel sorore: vlla ve consanguinitatis reuerentia abstinuisset referatur. Virum in uxorem duxerit: ipse a viro ut vxor acceptus sit. Luxurie tam effrenate fuit: ut retibus aureis piscaretur funibus purpureis: frigidis & calidis lauaret unguentis. Nullam vestem bis induit: nec unquam minus mille carrucis confecisse traditur iter. Denique urbis rome incendium / voluptatis sue spectaculum fecit: per sex dies septemque noctes ardens ciuitas regio pavit aspectus. Horrea quadro structa lapide / magneque ille veterum insule / quas discurrens flamma ad ire non poterat: magnis machinis quondam ad externa bella preparatis labefacte atque inflammate sunt: ad aditorum mansiones bustorumque diuersoria infelici plebe compulsa. Quod ille ex altissima illa mecenaciana turre prospectans / letusque flammæ pulchritudine ut aiebat tragico habitu helesifiles odam sonat / sacerdotales hymnos ciuitatis in qua solis splendor colitur decantabat. Auaritie autem tam prurpe extitit: ut post hoc incendium urbis quam se augustus ex lateritia marmoream reddidisse iactauerat / neminem ad reliquias rerum suarum adire permiserit. Cuncta que flammæ quoquomodo superfuerant ipse abstulit / centiescentenam illam sextertium annua / a senatu conserri sibi imperauit. Plurimos senatorum nulla ex tante causa bonis priuauit. Negociatorum omnium / sub vna die / tormentis queque adhibitis / omnem penitus censum abstraxit. Crudelitatis autem rabie ita effrenatus est: ut plurimam senatus partem interficeret / equestrum ordinem pene destitueret. Sed ne parricidiiis quidem abstinuit matrem: fratrem: sororem: uxorem: ceterosque omnes cognatos: & propinquos sine hesitatione prostrauit. Anxit hanc molem facinoris eius temeritas impietatis in deum. Nam primus rome christianos suppliciis & mortibus affecit: ac per omnes prouincias pari persecutione excruciarum imperauit. Ipsumque nomen extirpare conatus beatissimos christi apostolos petrum cruce: paulum gladio interfecit. Mox acerbissime miseram ciuitatem: oborte vndique oppressere clades. Nam subsequente autumno tanta urbi pestilentia incubuit: ut triginta milia funerum in rationem libitiniane venirent. Britannica deinde clades e vestigio accidit: qua duo precipua oppida magna / ciuium sociorumque clade & cede direpta sunt. Preterea in oriente magnis armenie prouinciis amissis Romane legiones sub iugum parthicum misse egregie syria retenta est. In asia tres vrbes hoc est laodicie iera-

Trog⁹ pōpei⁹
 Iosephus.
 Egisippus.
 Suetonius.
 Quir⁹ curti⁹.
 Titus liuius.
 Corneli⁹ taci⁹
 tus. Serenus
 Tranquillus.

polis: colose: terremotu ceciderūt. Hec orosius fere cuius verbis & sensu eo libentius vtor: q̄ scio xp̄ianum & magni discipulum augustini: ppter religionem fidei nostre/ x̄itati diligentiq̄ inste-
 tisse. Hec quidem possunt & apud alios hystoricos iuueniri dis-
 fufius qui tyrannorū atrocitates/ & exitus miseros/ plenius scri-
 bunt. Que si quis diligentius recenferi voluerit: legat ea q̄ tro-
 gus pompeius/ iosephus/ egisippus/ suetoni⁹/ q̄ntus curti⁹/ cor-
 nelius tacitus/ thitus liuius/ seren⁹ & trāquillus: & alii hystori-
 ci quos enumerare longū est: suis comprehenderunt hystoriis.
 Ex quibus liquebit facile quia semper tyranno licuit adulari li-
 cuit eū decipere & honestū fuit occidere: si tamen aliter coerceri
 non poterat. Nō enī de priuatis tyrannis agit: sed de his q̄ rem
 publicam p̄munt. Nā priuati legibus publicis que constringūt
 omniū vitas facile coercent. In sacerdotem tamē & si tyrānum
 induat ppter reuerentiā sacramenti gladiū materialē exercere
 non licet: nisi forte cū exauctoratus fuerit: in ecclīaz dei cūrentā
 manū extendat. Eo quidem perpetuo obtinēte: vt ob eādē cau-
 sam nō consurgat in eū duplex tribulatio. Preter rē tamen non
 videtur si hec que dicta sunt aliquibus astruamus exemplis.

De morte iulii cesaris & aliorum gentilium tyrā-
 norum. Capitulum. XIX.

Laudes cesa-
 ris.

Currit ergo in p̄mis domus cesarea: qua nihil potēs-
 tius aut gloriosius vlla etate recolit mūdus. Siquidē
 iulius cesar primus orbē prudētie/ & rei militaris/ vi-
 ribus/ acquisiuit homo perpaucorū & cui nullū exp̄s-
 se simile adhuc edidit natura mortaliū. Licet enī eū cicero alicui
 bi crimine/ q̄ citra oēm vtilitatis aut honestatis speciē delecta-
 batur iniuriis adeo vt eum ip̄m peccare iuraret/ idem tñ tantis
 laudib⁹ eundē effert: vt deorū censeat mun⁹ ex x̄tutibus tēpera-
 tum romano indultū impio: vtpote q̄ nec p̄sper⁹ extolli/ nec ad-
 uersis frāgi nouerit/ magnific⁹ sine crudelitate: sine temeritate
 magnanim⁹. Quis enī si alius esset: posset temerari⁹ videri ces-
 sar tamen audax videri nō debet: cui⁹ volūtas/ deorū aspirante
 fauore/ semper infra potestatem fuit. Nemo ferum expert⁹ Ce-
 sare/ nisi superbia rebellaret/ prouocatus iniuriis pronus fuit
 ad veniam. Quos vicit viribus: prudentia antecessit. Exces-
 sus eius videbātur sperare & ad iustitiam aspirare. Quod ex
 eo Coniici potest/ q̄ nullum tempus sibi voluit esse Philoso-
 phie expert⁹. His videtur Orosius pro parte consentire. Cum
 enim in egypto magna pars militum ei⁹ cecidisset: & ipse sicut

lucanus meminit cogere tur respicere scenā: qui singulari virtute eminens inter cesarianos obsedit: muris calcantē menia magnū. Insistentiū egyptiorū vi pressus cesar scaphā ascendit: quā mox pondere sequentiū grauata & merfa: p̄ ducētos passus ad nauē/vna manu elata/qua cartas tenebat/natando puenit. Hic tamen quia rempublicam armis occupauerat tyrannus reputatus est: & magna parte senatus cōsentiente/strictis pugionib⁹ occisus in capitolio. Sed & ibi honestat⁹ memor extitit. Vt enī animaduertit se strictis pugionibus peti: toga caput obuoluit si mul sinistra manu sinū ad ima deduxit quo honestius caderet. Successor eius augustus felicissimus oīm/se sub interminatiōe pene dñm est prohibitus appellare & ciuē gerens: tyrannidis rē declinauit & notā. Tyberius autē a iulio tertius veneno obiit/cuius morte ita letatus est popul⁹: vt terram matrē & deos manes orarent: ne mortuo sedem vllā darent nisi inter impios: & licet veneficum detestabile semp fuerit/venenū quo ille extinctus est/orbis censuit esse vitale. Signū veneni certū habitū est q̄ cor inter ossa cremati inuentum est incorruptū. Ea enī rerum estimatur natura/vt tinctū veneno/igne confici neq̄at. Terti⁹ tyrannus gayus caligula occisus est a domesticis suis. Tyberio claudius quintus a iulio & si tyrannidem vitauerit: manifestis vt alter tyberius veneni signis extinctus est. At nero sextus a iulio/omniūz immanissimus & vilissimus hunc exitum habuit. Postq̄ enim deformitate veterum officiorum/& angustiis flexurisq; virorū offensus: vt predictum est urbem incendit ab omni populo sicut Suetonius tranquillus refert desertus est. Et cū ingressus cubiculum quereret p̄cussorē & non inueniret/omnes q̄ppe discesserant. Ergo ego (inquit) nec amicū nec inimicū habeo. Idē paulo anteq̄ se cōfoderet/serobem corā se fieri precepit ad corpus sui modulū/componiq; in ea siqua iuenirent marmoris frustra & aquā simul & ligna conferri ad curādū cadauer/flēs ad singula: atq; itidē dictitans/qualis artifex pereō. Cum autē audiret se a senatu adiudicatum supplicio: quale id esset interrogauit. Et cum comperisset debere nudi hominis ceruicem furce inferi: corpus vero virgis ad necem cedi/conterrit⁹ duos pugiones quos secū extulerat arripuit temptataq; vtriusq; acie rursus condidit/causat⁹ nondū esse fatalē horam/ac modo sporū hortabatur: vt lamentari inciperet/modo orabat: vt se aliq; ad mortem exemplo animaret. Interdum segniciem suam his verbis increpabat viuo deformiter: turpius pereō. Iāq; equites appro-

Lucanus.
De sceua.
Versus sing^l
lucani.

De augusto q̄
fuit octavian⁹

De tyberio I^o
peratore. iij.

De gayo caligula.

De tyberio claudio.

De nerone.

Sporū p̄tisi
nomen est.

Polícratici de Curialíū nugis.

De vitellio. ix
imperatore.

De domitia-
no. xij. ipato-
re. 7 vespasia-
no 7 tito.

pinquabant quibus preceptum erat: vt viuum extraheret. Qd
vt sensit: ferrum adegit iugulo/in eoq; consumpta est ois fami-
lia cesaris. Et ne in sola illa familia aduersus tyrannidem tantū
licere legibus quispiā suspicetur vitellius non? a iulio galba &
othone inter neronē & vitelliū interfertis/turpissime ptractus
est a cellula in quam se contruserat:nudusq; deductus p viam sa-
cram/passim firmū in os eius cōiectatib? aliis/& a pplo romano
apud gemonicas scalas minutissimis ictibus excarnificatus:vn-
co tractus est in tyberim. Duodecim? domitian? vespasiano &
thyto interpositis post multā & cruentā tyrānidē a suis crudeli-
ter infectus est. Ex qua causa tñ in xpianos miti? egerit: aucto-
re Eusebio cesariensi/paucis aperia: cui? vba sunt hec: libro. iiii.
cap. xviii. Apud ipm? no domitianū cū iussisset oēs perimi q; de
gñe dauid & regia stirpe descenderant sicut vet? habet traditio
delati sunt quidam q̄si essent de posteritate iude quē fratrem fuisse
saluatoris fm carnē tradūt: dupliciq; vrgeban? inuidia: veluti q;
ex dauid gñe:& ex ipius xpi ppingtate descenderant: q; egypti-
pus per ordinē his verbis refert. Adhuc aut viuebant quidā de
carnali dñi nri gñe nepotes iude/eius qui fm carnē frat dñi dñ/
quos quidā detulerūt: tanq; ex dauid stirpe veniētes. Hos quidā
reuocat? noie/q; in hoc missus fuerat pducit ad domitianū cesa-
rem. Nā & ipse formidabat de aduētū xpi sicut & in initio herodes.
Interrogati ergo a domitiano: si essent ex familia dauid/cō-
fessi sunt. Tūc q̄sui quantis possessionibus vel quantis faculta-
tibus essent p̄diti. At illi responderūt: q; vtriq; nō āplius esset in
bonis nouē milibus denariis ex qbus singul? pars media pporti-
one deberet. Neq; hec sibi in pecunia subsistere: sed i estimatio-
ne terre q; eis esset in. xl. minus vno iugere constituta per quam
suis eā manib? excolētes: vel ipsi alerent vel tributa depēderēt
simul/& testes ruralis & diurni opis man? labore rigidas & cal-
le obduratas p̄ferebant. Interrogati vero de xpo quale sit regnū
ei? vel quis ipse aut vnde aut quādo vēturus responderunt q; nō
huius mūdi regnū neq; huius terre ei designetur impiū: sed cele-
ste ei per angelorū ministeria p̄paretur. Quando scilicet aduen-
tur? in gloria de viuis & mortuis iudicabit:& restituet vniciq;
pro factis & meritis suis. Ad hec domitianus cū in eis nihil cri-
minis inueniret & vilitatem eorum q; maxime contēneret/ab-
ire eos liberos iussit. Hec illi. Ex qbus patet q; nō ex mansuetu-
dine que decet principem: sed fastu impio/a nonnullis fideliz/
crudelitatis sue rabiem cohibuit. Si ergo ad tātam paucitatem

& paupertatem genus regale deductum est: vt regnante domitiano de stirpe dauid vix duo potuerint inueniri: quis sibi i carne & sanguine propagatis perpetuitatem esse confidit? Et quia ecclesiam dei immo & totum imperiū lacerauit domitianus? eodem in se dei vsus iudicio & ipse laceratus est: cuius cadauer popularis sandapila: per vispilonēs exportatum atq; ignominiose sepultum est. Successor eius nerua omnia acta eius i irritum reuocauit & ascriptus principibus non tyrannis morbo cōfectus diem obiit. Traiano adoptato in regnum qui tanta moderatio ne successit: & sicut augustus felicissimus: ita & iste imperator optimus diutissime habitus sit: & vt ferunt apud seleuciam vrbe isaurie profluuiū ventris extinctus est. Ei successit helius adrianus pater patrie/qui rempublicam iustissimis legibus ordinauit/& iudeos scelerum suorum perturbatione exagitados: vt in palestinam irruerēt/vltima cede perdomuit: vltusq; est christianos quos illi excruciabant: p̄cepitq; ne cui iudeo introeundi hierosolymam esset licentia/christianis tantum permessa ciuitate: quam in optimum statum murorum instructione reparauit: p̄cepitq; vocari helyam de prinomine suo. Anthonius cognomēto pius tranquille & sancte gubernauit imperiū/succedēs adriano cum liberis suis & merito pius & pater patrie nominatus est & intercedēte iustino philosopho se xpianis benignū exhibuit. Marcus anthonius verus successor pii: cū aurelio p̄modo fratre suscepit impiū. Aurelius autē casu morbi quē greci apoplexiā vocant suffocat⁹ interiit. Eoq; defuncto frat̄ solus. R. p. p̄fuit: vir quē amirari q̄ laudare se eutropio credidit facili⁹ est/a p̄cipio vite tragel⁹ & p̄stās/adeo vt ab infātiavultū nec gaudio: nec merore mutauerit. Philosophiam edoctus stoice ei⁹ deditus: vita pariter & eruditione philosophus. Institutus est ad philosophiam per Appollonium Calcedonium/ad scientiam grecarum litterarū percheronensem plutarchi nepotem. Latinas autem eum fronto nobilissimus orator docuit:& pro quorundam opinione plutarchi nepos/inter cetera bellum gessit quod pre magnitudine punice conferri potest. Et licet orationibus militum christianorum: sicut idem imperator litteris suis dicitur attestat⁹ magna bella confecerit/grauius eorum exarsit persecutio multiq; sanctorum martyrio coronati sūt. Postremo lucio commodo filio suo in regnum assumpto in paannonia cōstitutus: repentino morbo interiit. Lucius Anthonius cōmodus quintus decimus ab augusto per omnia crudelitatis luxurie:& obscenitate dedecora de

De nerua. xiiij
imperatore.

De traiana
imperatore qui
cōmendauit.

De adriano.
xv. imperatore.

De anthonio
xvi. imperatore

De marco anthonio. xvij.
imperatore/ &
aurelio cōmodo fratre suo.

De lucio anthonio cōmodo.

Policratici de Curialiū nugis.

prauatus: gladiatoris quoque armis sepiissime depugnauit: & in amphiteatro feris sese frequenter obiecit. Interfecit etiam plurimos senatores: maxime quos aduertit nobilitate industriaque excellere. Flagitia regis pena urbis insequitur: nam fulmine capitolum ictum/ex quo facta flammatio/bibliotheca illa maiorum cura studioque composita/edescit: alias iuxta sitas/rapaci turbine concremauit. Fere tamen beatus Gregorius bibliotheca combussisse gentilem: quo diuine pagine gratior esset locus/& maior auctoritas et diligentia studiosior. Sed hec sibi nequaquam obuiat cum diuersis temporibus potuerint accidisse. Commodus autem cunctis incommodus in domo vestiliani stragulatus est: uir autem hostis humani generis iudicatus. Et hec quidem est descriptio tyranni qua explicat res que latet in nomine. Sicut ergo damnatum hostem licet occidere fictyrannum. Hoc tamen non impedit supputare veritatem historie: quam hic galbe/othonis/& similibus ratio neglecta est. Nec quis quotus sit imperatorum attenditur: sed quomodo omnium domuerit tyrannidem/aut represserit clementia dei qui pro decreto iustitie: quam uult flagellum inducit in delinquentium penam/& quam uult quos fecit penitentes admittit ad veniam. Deceueram hic subsistere: et ad alias a romanis transferre historias: sed quia in cathologum imperatorum ille a quo genti mee nomen est: seuerus occurrit qui aduersus christi nomen tyrannidem grauem exercuit. Illud aduicium adhuc solium: ne seuerie vel ferocitie nostre parcere videar. Sed profecto hac prophanam in christianos & ecclesiam persecutionem: celestis ultio e vestigio persecuta est. Emerferunt enim continuo bella ciuilia quibus romani sanguinis plurimum effusum est. Hic quidem affergere tripolitanus: ab opido lepti: natura seuus: multis sepe bellis laceffitus fortissime quidem rempublicam sed laboriosissime rexit. Congressus est cum multis gentibus ut de multis triumpharet. Pescenninum nigrum ad tyrannidem aspirantem uicit & interfecit. Iudeos & samaritanos rebellantes ferro coercuit. Parthos/arabos adiabenosque superauit. Hic est seuerus gentium victor qui in britaniam defectu pene omnium sociorum tractus/magnis ibi grauiibusque preliis sepe gestis: receptam partem insule a ceteris indomitis gentibus vallo distinguendam putauit. Itaque maximam fossam firmis simamque vallum crebris insuper turribus communitum per. cxxii. milia passuum a mari ad mare duxit. Ibique sicut Orosius & alii historiici referunt apud opidum eboracum morbo obiit. Siquidem britania venena semper exhorruit/et in principes non nouit: sed pro suis principibus iunctos gladios exercere. Prefatum vero opidum in id

De seuerus qui
maximas persecutiones in
christianos fecit.

virium & temeritatis: temporis processu excreuit: vt vrbib⁹ antiquis audeat se conferre. Hoc ei forte tanti imperatoris contulit sepultura. Ipsum tamen gentilium ritu & infidelium prauitate tyrannidē in xpianos exercuisse / & penas sceleris luisse certum est. Nemo enim a seculo se apostate tante angeli egit imaginem qui dānationis eius & confusionis non fuerit particeps.

¶ Qz auctoritate diuine pagine licitū & gloriosum sit tyrānos occidere: si tamen fidelitate non sit tyrāno obnoxius interfecto aut alias iustitiā aut honestatē non admittat. Capm. XX.

Mongum est si gentilium tyrannorū ad tēpora nostra seriem voluero trahere sed vni⁹ hoc etatis nō memorabitur homo. Hoc enim mentem effugit & ligam vincit. Libellus tñ qui de exitu tyrannorū inscriptus est quid de tyrannis sentiā plenius poterit aperire. Diligēti tñ compendio: vt nec de prolixitate tediū nec de breuitate obscuritas generetur: sed ne romane hystorie vilescat auctoritas q̄ plerumq; ab infidelibus & de infidelibus scripta est. Hoc diuine & fidelis hystorie comprobef exemplis: vndiq; enī apparet: quia vt ait valerius ea demū tuta est potētia que viribus suis modū imponit. Et sane nihil tam p̄clarū est aut tā magnificū qđ nō moderatione desideret temperari. Primū ergo tyrannū nobis obiicit diuina pagina nemroth robustū contra dñm venatorem quem & numē dici nō nulle testantur hystorie & si ratio tēporis nō acquiescat eūq; fuisse reprobū superius dictū est. Regnare si quidem voluit & nō a dño & sub eo turrē in celū erigere conata est ceca & disp̄genda & cōfundēda mortalitas. Progrediamur ad eū quem populo diuina p̄fecit electio / datūq; in reprobā dñan di nō regnandi volūtatem deseruit adeoq; affixit: vt vrgēte doloris angustia mortē sibi cogere inferre. Nihil enī aut minimū p̄dest sana assumptio si consequens vita dissentit: nec initia rerū apud iudicē obtinent cuius sententia pendet ex fine: Regū & libri dierū celebris hystoria est: in qua auctore hieronymo israel edocetur: sub tyrannis ab initio laborasse / & iuda preter dauid: Iosiam & Ezechiam / reges oēs reprobos habuisse monstratur. Salomonē tamen & forte aliquos aliorū in iuda conualuisse: facile crediderim dño reuocante. Mihiq; facile persuadebit̄ populū dure cernicis & corde idomabili & qui semp restitit spiritali sancto / & nō modo moysen famulū legis: sed dñi dñm legi abominationibus gentiū ad iracundiā puocauit p̄ principib⁹ tyrannos meruisse. Nā tyrānos quos peccata impetrant indu

Hemroth.

5. lib. j. ca. iij.

Hieronymus
De dauid / iosa / ezechia.
De salomone

E

Polícraticí de Curialíū nugís.

cunt & erigunt/penitentia delet/excludit & perimit. Et quidē ante reges suos/sicut iudicium narrat hystoria/seruierūt sepenu mero filii israel sub tyrannis multis & variis/pro dispensatione diuina afflicti temporibus/sepeq; sunt clamantes ad dominū liberati. Licebatq; finito tempore dispēationis/nece tyrannorū excutere iugū de cernicib⁹ suis: nec quisq; eorum quorū virtute penitens & humiliatus populus liberabatur arguitur: sed iocūda posterorū memoria/quasi minister dñi honorat. Quod suppositis liquet exemplis. Seruierunt ergo filii israel eglon Regi moab decem & octo annis. Et postea clamauerunt ad dominum qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aoth: inclytum filiū gera/filii gemini: qui vtraq; manu utebat p dextera. Miseruntq; filii israel per illū munera eglon regi moab: qui fecit sibi gladiū ancipitē in medio habentē capulum lōgitudinis palme manus: & accinctus est eo subter sagū in dextro femore obtulitq; munera eglon regi moab. Erat autē eglon crassus nimis. Cūq; obtulisset ei munera psecutus est socios qui cū eo venerāt. Et reuersus est de galgalis vbi erāt ydola: dixitq; ad regē. Verbum secretū habeo ad te o rex. Et ille impauit silētiū. Egressisq; oibus qui circa eū erant: ingressus est aoth ad eū. Sedebat autē in estiuo cenaculo sol⁹. Dixitq; ei: x̄bū dei ad te habeo. Qui statim surrexit de throno. Extēdit aoth manū sinistrā: & tulit sicā de dextro femore suo: infixitq; eā in ventrē eius tam valide: vt capulus ferrū sequerēt in vulnere: ac pinguisimo adipe stringeretur: nec eduxit gladiū: sed ita vt p cusserrat reliq; ī corpe: statiq; per secreta nature alui stercorea pruperūt. Aoth autē clausis diligentissime hostiis & obfirmatis fera: p posticū egress⁹ est. Et alibi. Sisara fugiens peruenit ad tentoriū iahel vxoris abner cynei. Erat enī pax īter iabin regē asor & domū abner cynei. Egressa ergo iahel in occursum sisare dixit ad eū/ intra ad me domine mi: intra ne timeas. Qui ingressus tabernaculū eius & optus ab ea pallio: dixit ad eā. Da mihi obsecro paululū aq; quia valde sitio: que apuit vtrē lactis: & dedit eis bibere: & opuit illū. Dixitq; sisara ad eā. Sta ante hostiū tabernaculi & cum venerit aliquis interrogans te & dicens nunquid est hic aliquis? Respondebis & dices nullus est. Tulit itaq; iahel vxor abner clauū tabernaculi: assumens pariter & malleū: & ingressa est abscondite & cū silentio/posuitq; sup tympus capitis eius clauū pcussūq; malleo defixit in cerebrū vsq; ad terram: qui soporem morti socians defecit & mortu⁹ est. Laudē ne ergo aut vituperiū consecuta est poste

Judi. iij.

Judi. iij.

De sisara et iahel.

rorum? Bñdicta (inquit) scriptura iter mulieres iabel: & bñdica-
 tur in tabernaculo suo. Aquā petēti lac dedit/ & in phiala prin-
 cipū obtulit butirū. Sinistrā manū misit ad clauū: & dextrā ad
 fabrorū malleos: percussitq; hisarā querens in capite vulneris locū.
 & tympanus valide pforans. Vt autē & ab alia constet hystoria iu-
 stum esse publicos occidi tyrānos: & populū ad dei obsequiū li-
 berari: ipi quoq; sacerdotes dñi/necē eorū reputant pietatem:&
 si quid doli videat habere ymaginē/ religiōe mysterii dicāt dño
 consecratū. Sic olofernes nō virtute hostili sed suis vitiis/gladio
 mulier occubuit: & q; viris formidabilis fuerat: luxuria & ebrie-
 tate victus/a femina interfectus est. Nec femine ad tyrannum
 patuisset ingressus: nisi hostilē animum pia simulatiōe texisset.
 Non est enī dolus q; seruit fidei: & militat charitati. Siquidem
 fidei est/ q; increpat sacerdotes/ qui diuine miserationi p̄scripse-
 rant temp⁹/ ex pacto hostib⁹ se dedituri & urbē/ nisi infra quīq;
 dies eis dñs subueniret. Charitatis autē q; nulla formidauit peri-
 cula/ dū fratres & populū dñi/ ab hostibus liberaret. Nā & hoc
 egrediētis in salutē indicāt verba. Fac (inquit) dñe: vt gladio p̄
 prio eius superbia amputetur & capiatur laqueo oculorū suorū
 in me & percuties eū ex labiis charitatis mee. Da mihi in aīo
 cōstantiā: vt contēnā illum: & virtutem/ vt euertā eū. Erit enim
 memoriale noīs tui cū manus femine deiecerit eū. Vocauit er-
 go abrahā suā & descēdēs in domū suā abstulit a se ciliciū: & exiit
 se vestibus viduitatis: & lauit corp⁹ suū: & unxit se myrra opti-
 ma: & discriminauit crinē capitis sui: & imposuit mitrā sup ca-
 put suū: & induit se vestibus iocunditatis sue: cingēs sandalibus
 pedes suos/ assūpsitq; dextralia & lilia: & iures & anulos & oī-
 bus ornāmētis suis ornauit se: p̄tulitq; splendorē dñs: qm̄ omīs
 ista p̄positio non ex libidine: sed ex virtute pendeat. Et ideo do-
 minus hanc in illa pulchritudinē ampliauit vt incōparabili de-
 core oculis oīm apperet. Illuc ergo pueniēs & publicū captās ho-
 stem/ dixit iudich oloferni. Sume v̄ba ancille tue: qm̄ si ea secu-
 tus fueris: p̄fectā rem faciet dñs tecū. Viuit enī nabugodonosor
 rex terre: & viuit virtus tua que est in te ad correptionē oīm ani-
 marū errantiū/ qm̄ non solū hoīes: sed & bestie agri seruiunt illi
 p̄ te/ & obtēperant illi. Nunciaf enī virtus & industriā tui vni-
 uersis gentibus/ & indicatū est oī seculo: qā tu sol⁹ potēs & bon⁹
 es in omni regno eius: & disciplina tua oīb⁹ gentib⁹ p̄dicaf. Et
 adiciēs ait/ veniēs nūciabo tibi oīa ita vt adducā te p̄ mediam
 iherl̄m: & habebis omnem pplm̄ israel: sicut oues quibus non est

Judi. ix. ca. et
 sequētib⁹.
 De oloferne p̄
 iudith occisio.

Judi. ix.

Polícraticí de Curialiū nugis.

pastor/ & nō latrabit: vel vnus canis cōtra te: qm̄ hec mihi dicta sunt p̄ prouidentia dei. Quid queso ifidiosius excogitari potest qd̄ captiosius dici hac mystici dispensatione consilii? Dixit itaq; olofernes/nō est talis mulier sup̄ terrā in aspectu & pulchritudine & sensu verborū. Cor enī eius concussum ardebat in concupiscentia eius. Dixitq; bibe nūc & accūbe in iocūditate qm̄ inuenisti gr̄am corā me. Ip̄a nō que luxuriari nō venerat: fidei & fortitudinis sue instrumēto/vsa est luxuria aliena: & crudelitatem quam semel sopiuit blanditiis/in populi liberatione/charitatis armis occidit. Percussit ergo olofernē in ceruicem & ascidit caput eius: & tradidit illud ancille sue: vt poneretur in perā repositandū in urbē: que salutē fuerat consecuta in manu femine. Hoc tamē cauendū docēt hystoric/ne quis illius molias interitū: cui fidei aut sacramēti religione tenetur astrictus. Nā & sedechias ob neglectā fidei religionē legitur captiuatus (& qd̄ in alio regū iude) nō memini/eruti sunt oculi eius quia deū cui iuraf: etiam cū ex iusta causa cauetur tyrāno: laps⁹ in pfidiā nō p̄posuit ante cōspectū suū. Sed nec veneni/licet videā ab ifidelibus aliquādo vsurpatā nullo vnq; iure indultā lego licētā: nō q̄ tyrānos de medio tollēdos esse nō credā: sed sine religionis honestatisq; dispēdio. Nā & dauid eorū quos legerī regū optim⁹/ & q̄ excepto sermone vrie ethei in oībus inculpatus incessit: licet tyrannū grauissimū sustineret/ & cum p̄dendi sepe nactus fuerit occasionē/ ei tñ parcere maluit/ confisus de mīa dei: qui eū sine peccato poterat liberare. Decreuit ergo expectare patiēter vt ille visitaret a dño/ reddita charitate/ aut in plio caderet: aut alas iusto dei iudicio moreretur. Siquidem: vel ex eo pōt insigniri patiētia ei⁹: q̄ cū oram chlamydis saul p̄scidisset in spelunca/ & alibi de nocte castra ingressus: custodū negligentia increpasset: ip̄m regē coegit profiteri: quia dauid causas agebat iustiorē. Et hic quidē modus delendi tyrannos vtilissim⁹ & tutissimus est: si qui p̄mūtur/ ad patrociniū clemētie dei hūiliati confugiant/ & puras manus leuātes ad dñm: deuotis precibus flagellū quo affliguntur auertūt. Peccata etenī delinquentiū/ vires sunt tyrannorū. Vñ achior dux filiorū oīm amō saluberrimū hoc dedit consiliū oloferni. Perquire (inquit) nunc dñe mi si est aliqua iniquitas populi in conspectu dei eorum & ascendamus ad illos: qm̄ tradēs tradet illos de⁹ eorū tibi: & subiugati erūt sub iugo potētie tue. Si aut nō est offēso ppli hui⁹ corā deo suo: nō poterim⁹ resistē: qm̄ dñs eorū defendet illos/ erimusq; in opprobriū vniuerse terre.

iiij. Reg. xxv.

De dauid qui noluit dū potuit occidere saul.

i. Reg. xxiiij.

Ducis achior consilium. Judith. v.

Omniū tyrānorū finē esse miseriā: & quō in eos vindictam de⁹ exercet si man⁹ cesset humana/& hoc in iuliano apostata/ et multis sacre scripture patet exemplis. Cap^m. XXI.

Inis enī tyrānorū confusio est: ad interitū quidē si in malicia pseuerant: si reuocatur/ adueniā. Nā & ipi flagello para^t incēdiū: cū in correctionē filiorū eo fuerit vsus pater. Et inquit. Achab reueritus est faciē meā: nō inducā malū hoc in dieb⁹ eius. At Iezabel in seuitia psenerans: cōdigno crudelitatis exitu sanguinē suū canib⁹ lingendū prebuit in loco vbi sanguinē inocētis naboth linxerāt canes. Quod si ita innocētis nabuthe sanguis exquiri^t: nūquid tot innocētū sanguis irrequisitus erit? Vineā iusti cōcupiuit impietas: & in permutationē eius totius regni iura amisit. Punitur autē malicia semp a dño: sed interdū suo/ interdū quasi hoīs vtitur telo in penā impiorū. Afflixit pharao populū dei: & ab eodē grauissimis est (sicut in Exodo legi^t) flagellat⁹ plagis. Quas breuiter vt fidelius teneatur: metro cōprehensas curauī inserere. Prima rubēs vnda: rane tabesq; secunda. Inde culex tristis: post musca nociuor istis. Quinta pecus strauit: vesicā sexta creauit Pene subit grando/ post bruc⁹ dente nephādo. Nona tegit solem/ priamā necat vltima plem Nec curo quis versus fecerit/ hoc solū attēdens: quia plagas egypti sub pharaone satis cōpendiose cōprehēdit. In his tñ oībus nō est auersus furor ei⁹ a populo dei: sed egredientē perseqns cū curribus & equitib⁹ suis in mari submersus est. Aquis ergo p muro ad populi defensionē/ & p telo ad subuersionē tyrāni vsus est dñs. Salmanazar quoq; regnante ezechia premebat populū dei/ cōuersusq; rex in preces aduersus minas tyrāni clipeū diuine ptectionis opposuit: vnde eū per prophetā cōfortauit dñs dicēs. Non ingrediet vrbē hanc: nec mittet in eā sagittā/ nec occupabit eā clipeus/ nec circūdabit eā munitio. Per viā qua venit reuertet^r: & ciuitatē hanc nō ingrediet dicit dñs. Protegāq; hanc vrbē/ & saluabo eā ppter me/ & propter dauid seruū meū. Factū est ergo in nocte illa venit angel⁹ dñi/ & percussit castra assiriorū: centū octogintaquiq; milia. Cūq; diluculo surrexisset: vidit omīa corpora mortuorū: & recedens abiit: & reuersus est sennacherib rex assiriorū/ & māsit in ninīue. Cūq; adoraret in tēplo nesarach deū suū: adramelech & sarasar filii eius percusserūt eū gladio: fugerūtq; in terrā armeniorū: & regnauit eseradon filius eius p eo. Nec moueat si alio nomine censeatur in diuersis hystoriis: quia p traditione hebreo-

ij. Paral.
xxiiij.
iij. Reg. xxiij.

De pharaone
Exodi. viij.
et seqntib⁹.
Aersus.

vide. lib. vi. ca.
xxiiij.

Exodi. xv.

De salmana⁹
zar & ezechia.

iiij. Reg. xix.

Polícratici de Curialiū nugis.

H. ieronymus. rum sicut Hieronymus auctor est: idem pentanomius. Dicitur est enim salmanazar / & sennacherib / & phul / & teglad phalofar / & fargon. Nisi enim polinominus habeatur: hystoricoꝝ quadam contrarietate dissidētium quādoq; vacillabit auctoritas. Hic ergo angelico gladio primū aduersus exercitū vsus est dñs: deinde aduersus impiū manib; filiorū. Ip̄a quoq; natura vindictas stupet interdū / altissimi / & hominū puocante malicia: creator sui legibus mirabiliter acquiescit. Hinc est q̄ aduers; deū: nabugodonosor intumescens: exacto septēnio bestiā egit / & penitēs est denuo reuersus in hominē reb; restitutus & regno: licet eo post modū meruerit misero exitu spoliari. Ad tēpora trāseo xp̄iana quā in omni gente & populo manifesta est nequitia tyrannorū & euidentis pena. Iulianus vilis apostata & fordid; impator dolo potius q̄ viribus persecutus est xp̄m: neqt̄ viribus temperauit. Nam sub eo grauissima xp̄ianorū exorta est p̄secutio / dum galilei quem dicebat conatu impio nomē moliebat extiguere. Vñ dū aduersus ptos infaustam expeditionē ageret: & ydolis in reditu suo p̄ sacrificio cedem deuoueret xp̄ianorū / magni basilii aliorūq; sanctorū p̄cibus misertus est deus: mercuriūq; martyre destinauit q̄ tyrannū in castris / mandato beate virginis / lācea p̄forauit: morientēq; coegit impiū / confiteri galilei xp̄m scilicet quē persequebatur / esse victorē & de se triūphasse. Cū enim prefatus ep̄us fideles cesaree in ecclia p̄petue x̄ginis genitricis dei p̄noctantes in orationibus collegisset: ip̄a nocte beatā virginem in visiōe sanctus agnouit / & hm̄oi consolationem accepit. **Vocate** (inquit) illa mihi mercuriū & abibit iterficere iulianū in filiū meū & deū tumide blasphemantē. Sanctus aut̄ cum armatura sua adueniens velociter abiit. Et aduocās que apparuerat magnū basilii / dedit ei librū habentē in hystoria oēm mūdi facturam / dextrorsū vero hominē a deo plasmatum. In p̄ncipio autem libri superscriptio erat: die. In fine homine iam plasmato: parce. Suscipiens itaq; librum legit ab iitio vsq; ad p̄ce. Similem quoq; visiōem vidit eadē nocte questor iuliani in expeditione libanius. Rediens basilii ad martyriū sancti mercurii / ipsa nocte mercurii arma non reppit: sed die sequēti inuenit eadem nocte & lanceā recenti sanguine cruentatā. Orosius tamē de mercurio martyrenō facit mētionē: sed in expeditione facit parthica tyrannū refert obuii militis telo esse perēptū. ¶ **Eutropius** quoq; qui romanam eleganti compēdio describit hystoriā peremptū fatef̄ in castris: sed nullū exprimit cedis auctorē. Per

Daniel. iij.

**De iuliano
apostata per
mercuriū mar
tyrē iussu br̄e
x̄ginis occiso.**

Orosius.

Eutropius

secutionem tamē quā eodē auctore in xpianos sup modū exer-
 cunt: ei cōstat plurimū nocuisse. At hystoria triptita diligentius
 psequitur flagitia iuliani: & quanta imanitate psecut⁹ sit xpm:
 quē galileū nominabat: toto sexto volumine comprehendit. Ex
 quibus ad laudem galilei nonnulla inserui: compendiose decer-
 pta ab his que de eo socrates theodericus & sozomen⁹ teste cas-
 fiodoro tradiderūt. Iulianus ergo de sanguine regio oriund⁹: &
 ex constantio magni constantini nepos: qui bizantiū a suo noie
 constantinopolim appellauit: ab initio extitit xpianus: crescēsq;
 in auditoriis constantinopolitane vrbs exercebatur in basilica
 vbi doctores erant: habitu priuato procedens. Pedagogum ha-
 bebat nomie martoniū: grāmaticū melodē laconēsem. Retho-
 ricam vero legebat apud eubolium sophistā: iā opa & diligētia
 magni basilii xpianum. Prouidebat enī imperator ne apud pa-
 ganū sophistā legens: ad impietatis dogmata declinaret. Pro-
 fecit ergo: vt ei fama deferret vires ipii gubernandi. vñ in suspi-
 tionē ductus imperatori: ab vrbe regia iussus est abstinere: mis-
 susq; nycomediam prohibitus est conuenire apud libanū sophi-
 stam syri paganiūq; qui ibi a pedagogis cōstantinopolitanis ex-
 pulsus morabatur. Vtebatur tamē lectione librorum eius: & in
 rethorica proficiens maximo philosopho ephesio: quem postea
 quasi artes magicas exercentem / valētianus imperator fecit
 occidi: familiaris effect⁹ est. Cūq; ab eo verba philosophica pre-
 gustasset: cepit eius imitari religionem / magis ac magis cupi-
 dine succensus imperii. Impatorem vero timēs: suspicionēq; ca-
 uens: tonsus monasticam simulabat vitam: agens proditorē in
 habitu christiano / & in ecclesia nycomedie lector ordinat⁹: sic
 furorem declinauit iperatoris. In manifesto autem sacros chris-
 tianorum libros legebat: & latēter exercebatur in philosophia
 inualefcente semper ambitione imperii. vñ & ipē dicebat ami-
 cis: felicia fore tempora: quibus ipse rerum potiretur imperio.
 Et quidem manus non euasisset imperatoris: nisi Eusebia im-
 peratrix inueniens latitantem: & pro eo intercedens obtinuis-
 set: vt ad philosophandum mitteretur athenas. ¶ Refert the-
 odericus q̄ exinde discurrens omnem helladam / vates quere-
 bat consulens an ad imperium perueniret. Inuentoq; viro qui
 se potentissimum fateretur in magica: introductus est ab eo in
 locum ydolorum: vt in abdito euocatos a mago demones pre-
 sens consuleret. Quibus solenniter apparentibus compulsus
 est Iulianus frontem suam crucis signaculo munire. Quo fa-

Hystoria tri-
 partita.

Iulianus.

Bizantiū est
 ciuitas cōstan-
 tinopolitana .

Martoniū
 pedagogus.

Eubolius so-
 phista.

Imperatrix
 eusebia.

Theodericus

Polícraticí de Curialiū nugis.

cto repente demones disparuerunt. Magus itaq; cepit culpam iulianum. At ille pretēdens metum: crucis se dixit obstupuisse virtutem: eo q̄ signum hoc demones fugerint. Non suspicaris hoc bone vir (inquit magus) quia timuerint sicut ais: sed abhominati hoc signū potius abcesserunt. Et ita capiēs miserū odio xp̄iani signaculi/repleuit iulianū. Post hec sicut socrates auctor est/impator euocans iulianū: eū constituit cesarē: & data sorore cōstātia in vxorē: ip̄m cōtra barbaros destinauit ad gallias. Successit ergo ei: fecitq; sibi initiū vincēdi barbaros q̄ amorē suū apud milites collocauit. Fertur etiam q̄ dū in aliquā ciuitatē fuisset ingressus: corona laurea quibus solent ornari ciuitates iter colūnas pendens rupto fine casu sup caput eius decidit: eūq; apertissime coronauit. Quo facto cūcti clamauerūt: quia ei signū foret imperii. Congrediēs deide cū hostibus tāta felicitate prouectus est: vt a militibus appellaretur augustus. Cūq; corona deesset ip̄erial: vnus signa portantiū/torquē quā habebat/ capiti ei? circūposuit: & hoc modo factus est impator iulianus. Quevero postea gesserit ille philosoph? iudicēt audiētes. Nam in ip̄o p̄ncipio oīa p̄ libito disponebat/figmētūq; xp̄iane religionis abiecit: & singularū vrbiū templa apiens/ idolis offerebat: dicēs se ipsum esse pontificē paganorū. Intestino quoq; bello lacerasset imperiū: nisi ei degenti in tracia fuisset mors imperatoris constantii nunciata. Vt hō fauorē multitudinis sibi conciliaret: ius sibi p̄ferende religionis oībus indulgebat. Studebat ob hoc oīb? oīa fieri. Hinc vane gl̄ie causa largus/hinc affectata simulatiōe philosophi p̄cus/hīc a ciuilitate fictitia comis. Hīc grauis a mole impii/& (q̄d maxime erat) ne crudelis habere/ mansuetudinem mentiebat. Ceterū qual̄ esset religiōe mōstrabat. Ep̄os ergo ī exiliū deportatos iussit euocari: & p̄fiscatas eorū sibi reddi substācias. Tēpla quoq; paganorū velocit̄ suis necessariis precepit apire: & que eis ablata fuerāt incūctantē restituere sanciuit. Palatio expulit eunuchos: tōsores & cocos. Eunuchos q̄dē eo q̄ vxor ei? obierat/postq̄ nō duxit aliā. Cocos autē/qa more philosophi cibus simplicib? vtebat. Tōsores: qm̄ vt ip̄e ait/vn? sufficit multis. Scriptores plurimū venerabat/cultoresq; disciplinarum: sed maxime philosophātes: vñ & fama viros h̄mōi vndiq; congregabat circa palacia: q̄ circūamicti palliis: maḡ habitu q̄ magisterio pandebant. Erantq; graues vniuersis xp̄ianis seductores viri/& impatoris religiōe semper fauentes. Noctib? vigilans cōscribebat libros: quos in senatu publice recitabat. Sol?

enim impator a iulio cesare in curia recitauit orationes. Publicū cū cursum mularū & caballorū inhibuit: iubens eos utilitatibus publicis ministrari. Hec eius opa laudant pauci: plurimiq; vituperant: quia remoto fastu palatii contemptibile videat̃ impiū. Apud sozomenū fertur: quia mox in ip̃o p̃ncipio sic apte & impudenter negauit xp̃ianā fidē vt quibusdā sacrificiis & inuocationib⁹ / quas expeditiones vocant pagani & sanguine imolato nostrū baptisma studeret ablui: & abrenūciare ecclesiastice confessioni. Ex illo enī tēpore tam secrete q̃ publice & in tēplis / pagani licēter sacrificia celebrabāt. Fertur aut̃ quia dū aliquādo sacrificaret ostensum sit ei in visceribus hostie signū crucis corona circumdatū. Quo viso: alii quidē p̃teriti / vere religionis virtutem & xp̃iani dogmatis eternitatem intellexerūt / eo q̃ corona victorie indicium est / & ambitus circularis in se rediens / est finis ignarus. Princeps aut̃ confortans eos sibi p̃spera monstrari assenuit: & quia signū dogmatis xp̃iani coerceretur: ne ei dilatarī liceret circulari termino esse conseptū. Cum aut̃ adhuc pueri gallus & iulianus ad sepulturam māne martyris / ope iter se diuiso certatim basilicam fabricarent: res dictū mirabilis & forsitan incredibilis accidisse narratur. Galli nāq; pars augebatur / vtiliterq; crescebat: iuliani vero labores: alii quidē fodiebantur / alii terra ipsa euomente ruderib⁹ implebantur. Aliquotiēs terre deposita fundamenta copulari non poterant: ac si quedā violenta virtus / ab inferiore loco ea reperiendō depelleret. Res p̃digiosa visa est omnibus existimantibus: quia non esset vir ille in christiana religione salubris: nec falso / quod patuit ex post facto / nam ecclesias & ministros possessionibus & priuilegiis spoliavit: & quod nimis graue & plane iniuriosum est: clericos iussit militibus aggregari: duci prouicie seruituros: plurimosq; eorum curie tradidit. Populum vero christianum cum vxorib⁹ & liberis inscribi precepit: & tanq̃ vicaneos tributa persoluere: & galileos omnes cēsuit infelici diminutioni capitis subiacere. In initio autem xp̃ianis parcens mitior visus est: sciens priores p̃secutores nihil profecisse in pena xp̃ianorum: qui magis idē creuerunt & facti sunt gloriosi: pro vero dogmate morientes. Inuidens ergo eorum glorie abstinuit a tormentis: iudicans esse necessarium: vt sermone potius & admonitione ad paganitatem colendam populū suaderet: sperans etiam hinc se mōstrare clementem. Dicitur enim quia dum cōstantinopoli apud fortunā sacrificaret: vr̃bis accessit ad eum maris episcopus calcedonie /

De appollina
ri viro docto.

& publice impiū & sine deo apostatā vocitauit. At ille solam ei impropers cecitatem: eo q̄ senex cecis manu alterius agebatur adiecit. Neq̄ galileus deus tuus curare te pōt. Respōdit maris. Gratias ago deo qui hoc egit ne te viderē pietate nudatum. Impator aut̄ filens abscessit/philosophū simulās: vt ostētatiōe patientie paganitatē roboraret. Lege aut̄ inhibuit ne galileorū filii poetarū rethorū & philosophorum legerēt disciplinas. Propriis (inquit) telis fm̄ puerbiū vulneramur. Ex nostris enim armati/ex nostris cōscriptorib⁹ contra nos bella suscipiūt. Posuit & aliā legem p̄cipiens galileos expelli militiis. Adiecit & aliā: vt galileis bona auferrentur: quoniā xp̄us eorū eos pauperes eē preceperat. Scripsit appollinaris vir doctus & ingeniosus heroicis versibus pro homeri poemate hebraicam ātiquitatem: & in alio opere imitatus est comedias: menandri fabulositate deducta. Euripedis quoq̄ tragedias & lirā pidari/ secutus est & absolute dicendū: quia ex diuinis scripturis argumēta sumēs: omnes encidias lectiōes tempore paruo composuit: numero: virtute: moribus: conscriptione: caractere & dispositione grecorū valde pares. Fecitq̄ librū nobilem ad ip̄m impatorem siue p̄ philosophos/in quo tacitis sacre scripture testimoniis illos irrefragabili ratione desipere pbauit: & se vera sentire de deo. Que legens impator claris tūc scripsit episcopis. Legi & rephendi. Cui ep̄i rescripserūt. Et si legisti: nō agnouisti. Si enī agnouisses: nequaquā reprehendisses. Basilii aut̄ capadoceni creditur hec fuisse epistola. Veniēs aut̄ antiochiam impator eo q̄ esset ei barba valde p̄lixa derisus est: dicentibus antiochenis Tondeatur: vt ad funes barba eius pficiat. Et quia taurū consueuerat imolare: taurū & aram suo formari p̄cepit in solio. Lachrymantes ergo dicebant Iste taurus euertit mundū. Et nisi eū libani⁹ reuocasset/ grauiē afflixisset antiochenos. Aduersus quos tamē librū satis vrbaniū conscripsit. Vt aut̄ etiā iudeos denuo armaret in xp̄m: templū hierosolymis eos instaurare precepit. Cōcurrentib⁹ quoq̄ quos de toto orbe cōuocauerat: plurima ministravit: misitq̄ p̄fidē impiorum executorē dignissimū preceptorū. Aiunt enī quoniā ad repurgiū faciendum/argenteos hamos & cophinos & scaphas habuerint. Cūq̄ fodere iam cepissent statuta quidē die hec multitudo plurima faciebat. Nocte vero sp̄tanea terra de valle crecebat. Solutis itaq̄ prioris fundamenti reliquiis: noua omnia p̄parabant. Cūq̄ gypsi & calcis multa modiorū milia cōgregassent vis magna ventorū repente respirans tēpestates atq̄ p̄cel-

Ep̄sus.
Calx.

le subito facte/ quicquid congregatū fuerat dispererūt. Adhuc autem vesanientibus eis: & nequaquam diuina longanimitate correptis: maximus primo terremotus factus est: & quisquis non fuerat diuinis mysteriis imbutus: vehementer est attritus. Cū vero neque hoc terrentur iudicio/ ignis ex fundamentis que suffodiebantur egrediens/ plurimos fodientiū concremauit: aliorum membra dissoluit: nocte plurimis in vicina portici dormientibus/ cadens subito ipsa porticus cū tecto dormientes oppressit. Alia vero die in celum signū splēdens salutaris crucis apparuit. Sed etiam iudeorum vestes crucis signaculo sunt implete: non signate tamen splendenti colore sed nigro. Hec itaque dei rebelles considerantes: & diuina contremiscentes flagella: ad propria sunt reuersi confitentes esse deū/ qui ab eorum progenitoribus ligno probatur appensus. ¶ In his tamen omnibus non est auersus furor impij: sed indurato corde precepit ut quicumque sacrificare nollēt: palatiū non intrarēt: & neque collegio: neque foro: neque arbitrio: neque dignitate: nec qualibet amministrazione participarēt. Cū vero torquebantur christiani aut spoliabantur/ eis patientiā indicebat/ quā hāc galileus eorum/ expresso verbo legis & testimonio operis suos docuerat sectatores. vñ & multi christianorum retrorsū abiierunt: aut strati metu: aut capti dolo: & inualescebat seuitia paganorum. Ut autē ad ydolatriam milites facilius assuescerēt: studuit ad priscū scema reformare illud signū sublimi⁹ romanorum quā constantin⁹ in formā crucis mutauerat. Verū in publicis imaginibus iouē quasi de celo sibi coronā deferentē & purpurā/ mercuriū quoque & martē in se respiciētes velut per testimonio sapientis & fortis depingebat. Hoc agēs in imaginibus ut sub occasione impij latentē adorētur dii: & hoc modo subiecti clanculo fallerentur: exinde sic capti facilius impleturi quā vellēt. Si vero detrectaret torquerentur quasi impij contēptores. Approbabat autē studia christianorum: licet persequeretur fidē: & exercitia virtutum/ quo paganorum roboraret errorē. Apud galileos non vera mētiebat eē: sed ficta. Decreuit ergo eis virtutes proprii: & paganos christianis absque fide moribus institutos/ philosophiē voluit eē cultores: sicut arfacio pontifici galathie scripta ab eo in hūc modū docet epistola. Paganorum rit⁹ nodū agis sine intentionē nram propter cultores eius in negligentia positos. Nam deorum claritas: magnitudo atque sublimitas: omnino orōne: omnique spe maior est: sed propitij nobis sint dii propter clementiam quam habemus: cum illorum prouidentia in puo tempore tanta mutatio facta sit quam neque orare aliquis primitus

Epistola iulian⁹.

Polícratici de Curialíū nugis.

presumpserat. Cū ergo credimus hoc posse sufficere: nequaquā respicim⁹ quēadmodū superstitionē xpianorū anxietate cura peregrinorū: & circa sepulturas & mortuos multa solatia, honesteque cōuersationis studia nō vera, sed ficta: quas res arbitror apud nos debere sub veritate geri. Non itaque sat est te talē esse: sed oēs ab solute circa galatiā sacerdotes: quos aut deprecare, aut ratione flecite: aut certe festinanter a sacerdotali ministerio remouere: nisi diis cū cōiugibus & filiis atque seruis colla submiserint nō ferētes ulterius eorū seruos aut filios/hoc facere contēnentes/aut galileos impie cōtra deos agentes: & impietates pietatibus preponentes. Deinde cunctos ammone vt sacerdos neque ad spectacula procedat: neque in tabernis bibat/aut cuiuslibet arti opibusque turbinibus aut impudētibus presit. Qui obediūt honorētur: inobediētes expelle Xenodochia cōstitue per singulas ciuitates: vt nostra peregrini clemētia fruātur/nō tantum nostri: sed & extranei pecunia indigētes. Vt habeas vnde fiat/interim decreui singulis annis triginta milia tritici modios per vniuersam dari galathiam. & lx. milia vini sextarios. Horū quinta pars pauperibus tēpla obseruātibus debet expēdi: reliqua peregrinis indigētibusque distribui. Turpe namque est: vt iudeos nō abiciāt: sed potius nutriāt impij galilei: & suos pariter necnō etiā nostros/nostri vero nostrorū solatio deserātur. Quapropter doce etiam collationes facere paganos ad talia ministeria: paganorūque viros offerre primitias frugum. Eosque huiusmodi benefactis institue docēs eos hoc opus olim fuisse nostrorū. Homerus enim hoc probat: introducens emeniū talia faciētē. Nos ergo neque bonis nostrorū mutamur: sed aliis remittimus/negligētia nō profusi: magis autē deorū reuerentiā respiciētes. Si igitur hec te faciētē ego cognouero leticia plenus ero. Presides puinciarū rarius domi suscipe. Frequēter eis scripta trāsmitte. Ingrediētibus eis ciuitatē/sacerdotū nullus occurrat. Cūque ad tēpla venerint deorū: intra ianuas eos nemo precedat militū/forte aut precedētū officiorū: sed qui voluerit subsequatur. Cum ad ipsum limen templi peruenerit priuatus existat. Tu enim sicut nosti itus es iudex. Hoc enim etiam sacra sanctio videtur exigere. Obediētes igitur pro veritate pii sunt: reluctantes vane glorie comprobantur. Quid enim patiantur: aut quod mereatur auxilium qui matrem deorū habere propiciam noluerint? Qui ergo eam neglexerint non solū sine querela non erunt: sed etiā nostre indignatiōis impetū sustinebunt. Neque enim fas est/ vt illi parcatur qui deos habuerit inimicos.

Suade siquidē eis: vt si mea frui volunt tuitione: omnes matri
 deorū studeant offerre culturā. Hec quidē scripsit & ad similitu-
 dinem ecclesie/demonū templa constituit & istituī ministros
 in diuersis gradibus ad instar clericorū: vt essent qui ceteros do-
 cerent cultū pfidie/& penitentes post culpā fm traditionē chris-
 tianorum correctione mediocri reformarēt. Nihil autē qđ a pa-
 ganis cōmitteretur in xpm enorme videbat: adeo quidem: vt
 nec seuire in mortuos inhumanū aut crudele paganis videret.
 Vñ i ciuitate sebastea iohannis baptiste sepulchrū aperuerūt:
 igniq; tradiderūt/ossa x̄o ac puluerem disperserunt. Si vel capita
 flagitiosorū eius: vel summam/que p ipm in orbe aduers⁹ ec-
 clesiam gesta sunt: voluero enarrare: multis magnisq; volumi-
 nibus tāta egebit materia. Sed p̄grediamur ad finem quē pius
 galileus intemerate virginis filius/īpio persecutori suo ad con-
 solationem ecclesie sue & ad gloriam maiestatis qua patri coeq̄
 lis & substantialis est potenter infixit. Procingens ergo se ad
 persicā expeditionē/p̄ more misit delphos & delū: atq; dodonē:
 consulens an expediret ad bella procedere. Vates itaq; vniuers-
 si victoriam promittebant: vno inter cetera animati responso:
 quod pro exemplo mendacii ac seductionis inserere nō pigebit
 Est autem huiusmodi. Nuncomnes aggredimur dei victorie
 trophea referentes circa flumiū thiren. Horū ergo dux ero bel-
 ligerator mars. Quisquis ergo phitium musarum p̄cipem &
 dñm rationis credit: vim & mentem carmini huius interp̄tes.
 Quo miser animatus oīmodā sibi victoriā sōnians/etiā galile-
 os delere p̄parabat. A plurimis tamē vt oportuit vilis aposta-
 ta contemptus est. In antiochia nāq; vir quidā optimus pedago-
 gus adolescentium habitabat/eratq; illic famosissim⁹ sophista
 libanius: expectans victoriam iuliani/habensq; pre oculis minas
 eius. Ait ergo veram deridēdo religionem. Nūc fabri fili⁹ qđ
 putas agit? At pedagog⁹ cōplet⁹ gratia dixit. O sophista crea-
 tor omnium quem tu fabri filiū nominasti/locellū sepulture iu-
 liano cōponit. Post paucos dies mors nūciatur iuliani & in lo-
 cello aduectus est: minarūq; timor euacuatus. Eodem quoq; tē-
 pore vir religiosissimus iulianus/cognomēto saba/subite hyla-
 ritatis causam/a ministris interrogatus: respondit. Ferus sacre
 vinee deuastator: penas exactus est vastationis sue: iacetq; mor-
 tuus: terroribus minisq; frustratus. Sed exprimendus ordo est/
 quo decessit impius persecutor. Cū ergo tam ciues q̄ hostes bel-
 lo persicco laborib⁹ & fame multipliciter afflixisset: veniēs testi-

Polícratici de Curialiū nugis.

Julianus.

Magica vene-
ficia iuliani.

De morte sua-
ui britanie ty-
rani p eadmu-
dū regē r mar-
tyrem miracu-
lose.

phontem ciuitatem in tantum obsedit regē vt crebris legatio-
nibus ei offerret partem regni dum solut^o bello discederet. Qd
imperator contempsit elatus: nec attendens quidem quia vin-
cere bonum est/superuincere nimis inuidiosum. Cōfidebat enī
magicis artibus: & arbitratus fm pytagoream opinionem ani-
mas diuersa corpora pagrare: se credebat possidere animā ale-
xandri: aut qd poti^o in alio corpore esset alius alexander. Que-
rebant ergo romani de principe qui bellū finire nolebat: resiste-
bant tamen instantibus p̄fis ita vt frequenter nunc hi nunc illi
verterētur in fugam. Porro iulianus in equo residens exercitū
circūfortabat. Inermis quidē/spe felicitatē sue p̄sumens/ contra
quē iaculū repente delatum: discurrens per brachiū in eius latus
immersū est. Ex hoc vulnere suscepit terminū vite. Qui nō ius-
tissimū intulit vuln^o/hacten^o ignorat: Sz alii quēdā inuisibiliū
hoc intulisse ferūt: alii vnū pastorum hismaelitarū: alii militem
fame & itinere fatigatū: Sed siue hō siue āgelus fuerit: patet qa
diuinis iussionibus obtēperauit. Aiunt enī quia cū fuisset vulne-
ratus/mox manū cōpleuit sanguine suo: & in aerē piccit dicēs.
Vicisti galilee vicisti/ & in eo ip̄o victoriā cōfessus est & si blas-
phem^o. Defunctus est autē tertio āno imperii sui/vite tricesimo
primo. Nimiū tamen visus est vixisse bonis/qui nō modo in ec-
clesiis: sed etiā in theatris p̄dicabant victoriā galilei. Om̄s enim
clamabāt. Maxime fatue vbi vaticinia tua? Vicisti de^o & xp̄us
eius. ¶ Defuncto ip̄o inuenta sunt ī templis simulachra stupē-
da principis/ & mira insignia sapientie/ conclamate & famosis-
sime pietatis. Nam ī carris aperto templo qd vsq; ad reditū suū
clausum esse p̄ceperat inuēta est mulier a capillis appensa: ma-
nus extensas habens ap̄to vtero: in cuius iecore euentū p̄fici bel-
li fuerat speculatus. In antiochia quoq; archas in palacio pluri-
mas/humanis capitibus plenas inuenerūt: & dimersa puteis/
innumera corpora mortuorū. Prodigiosa & scelestā illi^o/ q̄ nec
imperatorē: nec philosophū decuerunt: sed impiū & magnū de-
hostē & hoīm/tripertita latius p̄dit historia. ¶ In gēte q̄q; bri-
tannicarū sicut quedam nostratū testatur: hystoria ad compescē-
dā & puniendā tyrānidis rabiē/ gloriosissime martyris & regis
eadmūdi manū exercuit. Cū enī suauus britanie insulā quā ex
magna pte occupauerat vastaret: spoliaret: & mēbra xp̄i p̄secu-
tionib^o multis affligeret: indictione cens^o quē lingua anglorum
danageldum nominant puinciam onerauit: p̄cepitq; possessio-
nes memorati martyris p̄ferre in censum. Supplicatū est ei: cō-

tempfit preces. Missus est a martyre religiosus frater sub interminatione inhiuit ne eccliam xpi / domū martyris & liberā familiā eius tyrānus in debita premeret seruitute. Sed impietas ad preces obsurdit: intumuit ad phibitionē: ad minas iduruit: & cōiitiis & iniuriis afficiens humilē nūcium dei: vlticē acceperavit manū. Flagellum puocauit: & patientia dei contempta temeritate cecus incurrit in mortē. Nec mora. Nā tyrannus e vestigio expirauit. Inter milites enim agēs ī castris solus sicut ipse confessus est: cum telo vidit adesse btm eadmundū: increpātem eū & cedentem ad mortē. Et ab ea quidē die / licet īsula graues tyrannos habuerit: ecclia beati eadmundi a predicta indictione fisci mansit immunis. Nemo enī eorum martyre ausus est puocare: aut in opprimenda eius ecclia periculū facere sui. Nostris tamen temporib⁹ eustachius filius stephani: qui in ecclia dei senire decreuerat. Cū oīa p viribus depopulatus esset: & terrā beati eadmundi cui oēs predones detulerāt videret opulenta: sibiq; nō esset / consūptis opibus regni vñ semel & scdo militibus era pcederent. Iā enim defecerāt donatiua / p̄dia iā dicte ecclie depopulatus est: nondū tamē digesserat cibum: quem de facultatibus loci acceperat. Ipsaq; die anteq; se domi sue recipet que nimis vicina erat tactus est martyris manu & letali puiss⁹ morbo / die circit octaua / reb⁹ cessit & vita. Quid moror ī paucis? Vbi sūt: vt de domesticis loquar gaufridus / milo / rānulfus alan⁹ / symō / gillibert⁹ / nō tā comites regni / q̄ hostes publici vbi villin⁹ facesberieſis: vbi marinio qui impellente beata virgine incidit in foueam quam parabat: vbi alii quorum vel nomina conficerent librum? Horum vtiq; malicia insignis est: infamia celebris: infelix exitus: & quem presens etas ignorare non potest. Si ergo quis antiquas nescit hystorias: si ignorat quomodo tyrus cui reges terga prebebant: a regina scytharum tamiri prostratus est: si casus & precipitia precedentium non recolit tyrannorum: ve ea que oculis ingeruntur inuitis attendat: & luce clarius intuebitur omnes tyrannos miseros esse.

De eustachio
filio regis stephani.

Tamiris.

De gedeone qui forma presidentium est / & antiocho.

Capitulū. XXII.



Vid itaq; sibi velit qui rempublicam id est populum dei ī debito seruitutē iugo nituntē opprimē nō video: nisi forte ea de causa psonā appetāt vt tormēta miserie potentē ferāt. Si enī regē tātū appeterēt / nō dominari onus officii metientes nequaq; tanta curreret auiditate. volun-

Polícratici de Curialíū nugis.

De gedeone.
Judi. viij.

1. Mach. j.

ij. Paral.
xxvi.

ps. lxxxij.

